Intercepta manu. q̃ si tibi fata dedissent
Maiores in luce moras: tu sola furentem
Inde uirum poteras. atq̃ hinc retinere parẽtẽ:
Armatasq̃ manus excusso iungere ferro:
Vt generos soceris mediæ iunxere sabinæ:
Morte tua discussa fides: bellumq̃ mouere
Permissũ ducib⁹: stimulos dedit æmula uirtus
Tu noua ne ueteres obscurẽt fata triumphos:
Et uictis cedat piratica laurea gallis

Ferales: Quia tres duces male Reipublicæ sociati fuerãt. Thedas: Idest nuptias: nã sæpe uno istrumẽto totius rei ꝑprietas idicat. posuit. n. thedã ꝑ nuptiis. Antiq. n. ĩ nuptiis thedis. i. facib⁹ utebãt: eo q̃ uir spõsã noctu ducere solebat. Ferales: Quomõ ferales: qa tres duces his nuptiis magno Rei Publicæ malo cõsociati erant. Ad manes: Idest mortua ẽ. Parcaꝝ: Quia tres sũt parcæ: Lachesis: Cloto: Atropos: quæ uitã hoĩum significare uidẽt. nã Lachesis quæ filat: pricipiũ uitæ cuiuslibet psõæ ostẽdit: Cloto quæ colũ sustiet uitã hoĩum ducit. Atropos quæ fila rũpit: significat finẽ uitæ hoĩs: & drq̃ si iexorabilis: qa uerti nõ põt cũ ad finẽ puenerit: pcæ quoq̃ similiter fila uitæ Iuliæ duxerũt. q̃ si fata tibi: Vere ĩnq̃ mors Iuliæ cã fuit huius belli ciuilis: qa si diu uixisses tu sola potuisses ĩ amicitiã cõiũgere uiꝝ & prẽm. Fata: numia. Maiores moras. i. diuturniora spacia uitæ. Luce: Vita: qa Iulia signũ erat pacis. Mãus: nã manuũ cõiũctio signũ ẽ pacis. Vt generos: ꝑ similitudinẽ dclarat historiã rãgẽs: Rõulus istituto ludo cõsũde cõsciĩ: sualia ludi illi: quos ĩgẽti apparatu fecit: oẽs ciuitates cõuenerũt romã: sed dixit prius militib⁹ suis cũ signũ daret: ut unusq̃sq̃ uirgies rapet: raptis itaq̃ sabinis patres irati sũt romãis. Tatius rex sabioꝝ: sed dux ãte Curius ꝑgnauerat cũ exercitu oẽs sũptis armis bellũ rõanis itulerũt. Cũ ãt ĩ tarpeiã ubi erat arx rõana: ĩ uallẽq̃ descẽdisset mõtis romãi obuiã ueientes: illic ĩ medio foro acriter pugnatũ ẽ. Virgines autẽ raptæ q̃rũ iniuria bellũ motũ erat: scissa ueste: & crinib⁹ sparsis: hic uiros: ide parẽtes arma depõere coegerũt. dicẽtes: nos iraꝝ cã sumus: ĩ nos cõuertite ferrũ: melius peribimus cũ uiri: q̃ sine uiris uiuere poterimus: unde his uerbis tunc pax tranqlla secuta ẽ: & uires simul cõicarunt romani cũ sabinis: & Tatius Romæ uixit. queadmodum ergo sabinæ uirgines: uiros & parentes armatos ĩ amicitiã duxerunt: sic & Iulia si uixisset media fuisset inter manus armatas cæsaris: & põpei: & illos ĩ amicitiã cõiunxisset. Morte sua: cœpit numerare Lucanus discordiæ causas iter cæsarẽ & põpeium: quibus sublatis deide discordia subsecuta ẽ. uidelicet Crassi & iuliæ filiæ cæsaris morte: adhuc de ipsa ꝑsequit. Fides dis. i. dissoluta est o iulia. Permissum. i. cõcessum. Aemula uirtus: accessit uirtutis æmula iuidia. nã uterque dux & priceps erat: & res maximas gesserat: põpeius ĩquit dum mare a piratis liberat: dum Mitridatẽ subigit: dum Arabiam: Iudeamque bello superat. At uero cæsar dũ Galliã: Germaniã: Britaniã cum illirico decẽ annis populi romani ĩperio adiũxit. Virtus æmula: Quia nõ poterat sibi ꝑsuadere: ut alter alteri cederet: nec parem põpeius nec cæsar supiorẽ patiebat: ergo æmula: quia æmuli uirtutis ĩuicẽ erant. Tu magne: Scilicet põpei. nã magnus appellatus ẽ a magnitudiẽ rerũ q̃s gessit. Noua acta times. s. Cæsaris: q̃ ꝑ decenniũ subegerat septẽtriõis ꝑtẽ: & Britaniã quæ ab orbe terrarũ quodãmõ rmota ẽ. Triũphos ueteres. Quia triũphauit sæpe Põpeius de Aphrica: de Hispãia: de Mitridate. Piratica laurea: Nã piratæ mare supũ & iferũ ita occupauerãt: ut itercepta eẽt mercatorib⁹ nauigatio. hi primo a Seruilio Isaurico uicti fuerũt: deide a põpeio fũditus deleti: qui: ut refert Strabo: supra mille & trecenta nauigia concremauit. eorũ uero habitatões: ex hoĩbus qui ĩ prælio supfuere: alios ĩ urbẽ solos hitatum deduxit: quã ille põpeiopoli appellauit alios Didymẽa hoĩnib⁹ effetã: quæ nũc rõanorũ colonia ẽ. Cedat gallis. i. ne uictoria gallorũ maior uideret q̃ piratarũ: his reb⁹ sublatus erat Põpeius: sed cæsar sua gesta hẽbat: quæ illius aĩum extollerẽt. s. o cæsar.

Magnæ times:te iam series usuſq; laborum
Exigit: impatienſq; loci fortuna ſecundi
Nec quenq̃ iam ferre pōt: cæſar ue priorem
Pōpeius ue par eſt. quis iuſtius induit arma
Scire nefas. magno ſe iudice quiſque tuetur.
Victrix cauſa deis placuit. ſed uicta catoni
Nec coire pares. alter urgentibus annis
In ſenium longoq; togæ tranquillior uſu
Dedicit iam pace ducem famæq; petitor
Multa dare in uulgus tot popularibus auris
Impellit: plauſuſq; ſui gaudere theatri.
Nec repare nouas uires multumque priori
Credere fortunæ ſtat magni nominis umbra
Qualis frugifero quærcus ſublimis in agro
Exuuias ueteres populi ſacrataque geſtans
Dona ducum. nec iam ualidis radicibꝫ hærēs
Pondere fixa ſuo eſt: nudoſque ꝑ aera ramos
Effūdens. trunco nō frōdibus efficit umbrā
Sed q̃uis primo nutet caſura ſub euro
Tot circum ſyluæ firmo ſe robore tollant

Series: Ideſt ordo cōtinuus q̄ tuo tenore uictorias cōſecutus fueris. Vſuſq; laboꝝ: Quia bellū ꝑ decēniū geſſiſti ſemꝑ īuictus. Secūdi loci: Quia nō poteras ſecūdus eē a pōpeio: ſed iā illuc pōpei & cæſaris æmulatio ꝓceſſerat: ut nō poſſent aīum īducere: ut alter alteri cederet. Priorē: Scilicet ſe: nec poſſet pōpeius parē ſibi fore. Ille: Scilicet cæſar non uult ſupiorē: neceſſe ē ergo ut diſſenſio īcendaṫ: & ardeat. Quis iuſtius: magna laus Catonis cuius ſētētiā cōparat iudicio deoꝝ. nā magnū uterq; iudicē hēt belli ſuſcepti: dii iudices ſunt ꝓ cæſare. cato uero ꝓ pōpeio: ut nō īferior uideaṫ eē ſētētia catōis iudicio deoꝝ. Nefas: Ideſt nō licet ſcire. Quis: Pro uter poſuit: qs de pluribus: uter de duobꝫ tātū diciṫ. Victrix: Declarat. quo iudice: Iudicio deorum ſe defendit cæſar: pōpeius ſentētia Catonis. Pares: nō ætate: ſed pares cōgreſſu erāt: qa iā ī ſeniū uergebaṫ pōpeius. nā q̃dragesimū q̃rtū ānū agebat: ſed cæſar iuuenis erat: pōpeius īqt q ꝓuectioris erat ætatis cū diu ī pace uixiſſet: iā res bellicas dedicerat: & illis oblitus fuerat. At Cæſar tūc maxīe uigebat: & oēm ætatē ꝑ cōtinuū decēniū ī bello gerēdo cōſumpſerat. Lōgo uſu togæ: Ideſt lōga pace. Dedicit: Oblitus erat. i. iā neſcit ſe eē ducē. Famæ petitor: Ideſt cupidus gloriæ & laudis. Daṙ: Pro dabat. In uulgus: Quia largitiōbus liberior erat ī populū romanū. Impelli: Pro īpellebaṫ ē caracteris hiſtorici: īfinitū ꝓ præterito pfecto īdicatiui pōeṙ. Auris: Ideſt fauoribꝫ populi. nā apud hiſtoricos aura ꝓ fauore poniṫ. Virglius. Gaudēs popularibus auris. Gaudere: Pro gaudebat. Sui theatri: Ideſt qđ īpe cōdiderat. nā āte pōpeiū nullū theatꝝ lapidibus cōſtructum fuerat: ſed Pōpeius primo illud cōſtruxit. gaudebat ergo plauſu populi quē ī theatro ſuo dabat illi īcidēti ꝑ theatꝝ populus romāus. Plauſu: Quia lætitia q̄dā ſignificabat q̄ Pōpeio uniuerſus populus faueret. Reparare: Probat hoc īqt nulli curæ erat pōpeio nouas uires prioribus adiungere q̄ſi opes ſuæ ad culmen ſuū euaſiſſent: declarat. Credere priori fortunæ: Quia nō putabat priorē fortunā poſſe mutari. Vires nouas: Hoc autē qđ dicit nō cōuenit ad illud quod Pōpeius reſpōdit: cū Senatus eū admonuiſſet: ut ꝓuideret & caueret: neqd detrimēti Reſpublica pateret: nō ignarus q̄ cæſar cū īgētibus copiis cōtra ſenatus auctoritatē in Galliā ciſalpinam uenerat. pōpeius uero dixit: nihil timeatis Patres cōſcripti. nā ubi ego terrā pede ꝑcuſſero omnis italia mihi fauebit: poſtea cū īferior eſſet pōpeius numātius q̄dā miles cæſaris iubebat ut terrā pede ꝑcuteret. hic autē miles ab Apiāo Faonius noīe diciṫ. Credere: Quia ille nimiū priori fortūæ cōfidebat.

Stat: Per ſimilitudinē oſtēdit: q̃lis erat fortuna Pōpei: cōparat pōpeiū quærcui uetuſtæ: quæ ioui cōſecrata ſæpe magnoꝝ ducū ſpolia ſuſtinuit. Antiq enim ſolebāt cæſoꝝ hoſtiū ſpolia quærcui ſuſpēdere. Tropheū diciṫ qđ fiebat fuſis hoſtibꝫ: ſed triūphus ꝓ deuictis & cæſis hoſtibꝫ: quēadmodū illa quærcus quæ ſpolia cæſoꝝ ducū ſuſtinet: nā cū eſt ſine frōdibus nullā pōt ſine ramis umbrā facere: Ideo ē uetuſta. frōdes. n. ſigna ſunt uiriditatis ī arbore. at uero cū frōdes ceciderunt: ſignificat arborē iam uetuſtā. eodē mō ātiquum & ueterē pōpeiū dicit fuiſſe: ſed prioris dignitatis adhuc īſignia retīere. Noīs: Scilicet pōpei. Stat: Recta ē & ſtabilis ꝑmāet. Vmbra: Nō īpa gloria: ſed gloriæ q̃ſi ueſtigia: ſic ſtat quærcus. Frugifero: ꝓducēte fruges. Exuuias ueteres: Antiq̃ ſpolia populi declarat. uidelicet. Dōa ducū: Quia duces uouebāt: ſi hoſtes uiciſſēt illoꝝ ſpolia ſe quærcui ioui cōſecratæ ſuſpēſuros. Nec ualidis radicibꝫ: Quia nō nimis ualidæ ſunt radices: nā nimia uetuſtate ſunt cōmotæ. hæc cōpatio ꝑtiet ad illud ut oſtēdat pōpeiū ꝓuectioris ætatis fuiſſe. Suo pōdeṙ: Quia ipſū arboris pōdus eā ſtabilē faciet: ſic res geſtæ maxīe ī ſingulari pōpeio ꝑtienṫ. Nudos: Frōdibus ſpoliatos. Nō efficit umbrā: Nō uigore ſuo efficit umbrā arbor: ſic Pōpeius nō uigore ſuo honoraṫ: ſed reꝝ geſtaꝝ uigoṙ. Sed q̃uis: Quāuis īpa quærcus īqt adeo uetuſta ſit: ut primo īpetu uēti caſura eē uideaṫ: tamē cū aliæ arbores ualidiſſime ſit īpa præ cætæris in honore habetur: ſic ītidē pompeio contigit. nam licet multi Duces romani illo uiribus corporis & animi præſtātiores eſſent: tamen pompeius præ cæteris ī honore habebaṫ. Euro: Ideſt primo uēto ſpecies ꝓ generṙ. i. ſimul ac primus uētus flare cœperit. Nutet: moueaṫ. Robur: Quia ī radicibꝫ ſunt.

Sola tamen colit̃. ſed nõ i cæſare tantum
Nomen erat:nec fama ducis.ſed neſcia uirtus
Stare locos:ſoluſq; pudor:nõ uicere bello
Acer & ĩdomitus. quo ſpes quoq; ira uocaſſet
Ferre manum. & nũq̃ temerato parcere ferro
Succeſſus urgere ſuos. ĩſtare fauori
Numinis impellens quicquid ſibi ſũma patẽti
Obſtaret:gaudenſq; uiã feciſſe ruina
Qualiter expreſſũ uẽtis p nubila fulmen
Aetheris ĩpulſu ſonitu mundiq; fragore
Emicuit rupitq; die: populoſq; pauentes
Terruit obliqua perſtrĩgẽs lumina flamma
In ſua templa furit:nullaq; exire uetante
Materia magnãq; cadẽs: magnãq; reuertẽs
Dat ſtragem late ſparſoſq; recolligit ignes.
Hæ ducibꝫ cauſæ ſuberant.ſed publica belli
Semina: quæ populos ſemp merſere potẽtes.
Nãq; ut opes nimias mũdo fortuna ſubacto
Intulit.& rebus mores ceſſere ſecundis.

Sola: Scilicet quærcus uetuſta. Sed nõ: Talis erat põpeius: ſed Cæſar qdẽ nõ erat tantæ gloriæ dux: ſed uigebat & magis animũ habebat acrẽ: ut nihil niſi uiribus & bello gerere gauderet. Neſcia uirtus: Quia nullius uictoriæ grauis eẽ uolebat: hoc tãtũ pudebat cæſarẽ ut uinceret uolũtarie: nã coactos bello uincere uolebat: nõ ſeditiõe hoſtes: ſed bello ſupare uolebat. Acer & ĩdomitus: unũ ſeqt̃ ex altero. nã qa ĩdomitus. ideo uæhemẽs erat:ſolent enĩ duces uictoria fieri ĩſolẽtiores. Quo ira:pudebat aggredi illud quod ſeq poſſe ſperabat: ſed quo ira illũ uocaſſet. Manũ: uires ſuas. Ferre: Scilicet ad illud. Quo: Ideſt ad quod. Temerato ferro: polluto.ſ.ſanguĩe hoſtili. Vrgere: p urgebat.i. ĩpellebat: nõ expectabat fortunã ſecũdã: ſed urgebat. Succeſſus: pſpitates. Inſtar̃ fauori: Ideſt ĩminebat fortuna: ut ei faueret: & eũ ĩſeq̃bat̃. Impellẽs: qa quicquid ipſi obſiſteret tũ ad ſũmũ for tũa faſtigiũ ppellit uiribꝫ ſuis. Ruĩa: Ideſt cũ nõ ſpõte noſtrũ: ſed cõtra illoꝝ uolũtatẽ. Qualiter: Per ſimilitudinẽ oſtẽdit cæſaris ĩpetũ. Talis ĩqt cæſar erat aduerſus hoſtes: q̃lis ĩpetus ſolet eẽ fulminis: quod magno ſonitu fragoreq; torq̃tur. Expſſũ uẽtis: Cauſã fulminis tetigit. nã fulmen uẽtoꝝ cõflictu & nubibus ĩ mediũ cohærẽtibꝫ exprimit̃: quẽadmodũ os cæraſi a digitis exprimit̃. nã cũ uẽti cõcurrũt nubes etiã ĩ medio coercent. Expſſũ: Quia fulmen a uentis: ſicut os cæraſi a digitis exprimit̃. Mũdiq; fragor̃: Strepitu cæli. Nã fragor dicit̃ ſtrepitus fractaꝝ arboꝝ. Rupitq; diẽ: Ideſt emiſit lucẽ.i. coruſcationẽ. prĩo coruſcat tonitrus & oſtẽdit̃: q̃uis tõitrus primo ſit: deide ſeqt̃ lux illa: quã coruſcationẽ uocãt. ſed prĩo lux uidet̃: qa oculoꝝ ſenſus celerior ẽ: q̃ auriũ ſẽſus: nã prius uidemus: q̃ audimus: qa certior aure arbiter ẽ oculus. ideo dixit rũpit diẽ: p emiſit lucẽ. Virg. Rupitq; has pector̃ uoces. Perſtrĩgẽs: Ideſt obtenebrãs. nã pſtrĩger̃ ẽ obtenebrar̃: ſicut pſtrĩgit oculoꝝ aciẽ. Lumina: Oculos. Obliq̃ flãma: Coruſcatõe: qa ſemp fulmẽ p obliquũ ĩcedit. In ſua tẽpla: Scilicet ipſius iouis.i. ætheris bene dixit cũ fulmẽ nihil ſit niſi ignis æthereus. Virg. Fœcũdis nubibus æter Cõiugis ĩ gremiũ lætæ deſcẽdit.i. iunonis: q̃ ẽ aer. Iuppiter uero æther dr̃. Tẽpla: Quia alta & excelſa loca fulmĩa capiũt. Nulla materia. Quia nulla moles ui fulminis coercer̃ põt: qa cũ ſemel greſſũ ẽ tẽplũ: ẽt ſi moles ĩmẽſæ magnitudĩs fuerit: tamẽ facile exilit. Magnãq; cadẽs: Quia ſi ĩgrediẽs ruinã fecerit: ita exiẽs ruinã facit. Nulla materia: Ideſt nulla mole cadens cũ ĩgredit̃. Reuertẽs: Cũ exit. Recolligit: Colligit ſimul illos ignes ſparſos. Hæ ducibus: In ſupioribus cauſas attulit multas: cur bellũ ĩter ſe cõſeruerit cæſar & põpeius: priuatas qꝫ ad craſſũ & iuliã ptinebãt. Nũc alia dicit fuiſſe illius belli prĩcipia.ſ. nõ priuata: ſed publica.ſ. cupiditas & libido ĩpãdi: quæ cauſa ẽ belli: & hãc cauſam r̃petit & dicit: poſt belli amor dedit luxũ: & ſupfluitas reꝝ haberi cœpit: ut corrupti ſunt mores: tũc habẽdi & dominãdi libido ĩuaſit hoĩes quæ maximaꝝ ſeditionũ ĩ republica cauſa eẽ cõſueuit. Hæ cauſæ: Supra memoratæ. Suberant: Ideſt fuerãt. Sed publica ſemĩa: Scilicet fuerũt prĩcipia. Merſere: Oppſſer̃. Fortuna: Scilicet regnãdi.i. cupiditas dominãdi: Has cauſas etiã pdẽdi Rẽpublicã cõmemorat liuius ĩ præfatiõe ſui opis. Nulla reſpublica fuit: ĩ q̃ tãtas diuitias honor: pauptaſq; pſtrauerit: & luxuria & auaritia abũdauerit: nec ergo cupiditas regnãdi & pdẽdi rẽpublicã oĩa p luxũ ĩuaſit: has cãs publicas cõmemorat: qa labẽte diſciplĩa: ut ſemel lapſi ſũt mores oĩa corruerũt ad ea uſq; tẽpora. Vt: Pro poſtq̃. Opes nimias: Nõ neceſſarias. Mũdo ſubacto: Orbe terraꝝ ĩpio romão ſubiecto. Mores: Scilicet bõi & tẽpati. Ceſſer̃ ſecũdis r̃bꝫ: Ideſt pp ſucceſſũ & pſpitatẽ abierũt bõi mores. Mores: Quia diu populus romãus nõ argẽto uſus eſt. nã familia tota æmilioꝝ q̃ .xiiii. uiros habuit claros: nec ſcrupulũ argẽti poſſederat. ſed Paulus æmilius prĩus æmilio tuberõi genero qnq; põdo argẽti dõauit ſicut Val. dicit. Licinius cẽſor Corneliũ ruffũ cẽſoria nota dãnauit qꝫ quĩq; põdo argẽti poſſideret. Seruius rex prĩus ſignauit æs nota pecudũ teſte Plinio: unde & pecũia appellata. Argẽtũ ſignatũ ẽ anno Vrbis qngẽteſimo quĩto Quĩto Fabio cõſule. Populus Romãus ne qdẽ argẽto ſignato ante Pyrrhũ Regẽ deuictum uſus eſt. Nota argenti fuer̃ bigæ atq; q̃drigæ. nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus ex altera roſtꝝ nauis: aureus nũmus poſt annum ſexageſimum ſecundũ pcuſſus eſt: q̃ argenteus.

Prædaque & hostiles luxum suasere rapinæ.
Non auro tectisque modus: mensasq; priores
Aspernata fames. cultus gestare decoros
Vix nuribus rapuere mares: fœcunda uirorũ
Paupertas fugitur: totoque accersitur orbe
Quo gens quæq; perit. cũ lõgos iũgere fines
Agrorum: & quondam duro sulcata camilli
Vomere. & ãtiquos curiorum passa ligones
Longa sub ignotis extendere rura colonis
Nõ erat is populus: quẽ pax trãquilla iuuaret
Quem sua libertas immotis pasceret armis
Inde iræ faciles: & quod suasisset egestas.
Vile nefas: magnumque decus: ferroq; petẽdũ
Plus patria potuisse sua: mensuraque iuris
Vis erat: hinc leges & plebiscita coactæ
Et cum consulibus turbantes iura tribuni:
Hinc rapti precio fasces: sectorque fauoris
Ipse sui populus lætalique ambitus urbi

Præda & hostiles rapiæ. Idest pda hostiliũ rapiaꝝ p Endiadi. Suasere luxũ: Quia qto maiores opes eẽ cœpũt: tãto maior cupiditas habẽdi romãis uẽit. Modus Idest mẽsura nulla fuit ĩ opibꝫ Fames: nõ modo ĩ ædificioꝝ magnificẽtia & ĩ auro possidẽdo mẽsura nõ fuit. ueꝝ etiã ĩ cõuiuiis & epulis modũ excesserũt romãi. Aspnata: Scilicet ẽ. Mẽsas priores: Quæ eiusmodi fuerãt. s. q adeo cõtinẽtes romãi erãt: ut frequẽtior usus apud eos eẽt pultis: q̃ pãis. i. ornatus uestiũ oĩum: & habitus ĩ possidẽdo auro & ĩ ædiũ magnificẽtia & ĩ epulis simul etiã ĩ uestitu cœpũt romãi exceder̃ modũ: & creuit habẽdi cupiditas: & causa bellorũ: & seditiões. Viroꝝ: Scilicet fortiũ. Fœcũda pauptas: Quomodo fœcũda dixit. uir dicit̃ strenuus a uirtute. s. fortitudĩe: uel a uiriditate: Sic uirtus dicit̃ qa semp uiret. Viroꝝ pauptas fœcũda: Scilicet q bonoꝝ uiroꝝ pauptas abũdãs: qa ĩ paupꝑtate duri: ĩ diuitiis molles & effœmiati nascunt̃. Fugit̃: Scilicet a romanis etiã ab omni natiõe & populo. Accersit̃: appetit̃ ĩ toto orbe. s. id auꝝ & argẽtũ. Tũc: Scilicet ubi opes abũdare cœpũt romani cõtẽti erãt modicis finibus agroꝝ: nũc latifundia possidere uoluerũt: ut finẽ agroꝝ nullũ facerẽt. Iũgere: Pro. bãt romani. Extẽdere rura: pro. bãt. Quõdã sulcata: quæ quõdã romãi pricipes colueẽ: nã romãi pricipes gloriose coler̃ agros solebãt: & ab agris ad cõsulatũ uel alios magistratus accersebant̃. Ouidius fastoꝝ primo. Iura dabat populus posito modo prætor aratro. Pascebatq; suas ipse senator oues. Vnde uiatores mĩstri illi dicti sint a uia: q ab urbe ad agros missi a romanis: q ab agris ĩ urbẽ colonos arãtes accirẽt ad magistratus: siue cõsules: siue dictatores crẽati eẽnt. Lõga rura: Quia ĩ agris habitabant: & culturæ dediti erant. Lõgos fines: Quia agrũ agro cõiũgebãt. Sulcata: Idest Arata. Vomere camilli: Nã Camillus agriculturã exercuit. hic fuit qui gallos e ciuitate eiecit: ciuesq; ĩ urbe Romana retinuit: cum cõsiliũ capẽt migrãdi ueiios. Curiorum: p curiis posuit: Curius fuit qui cæsis sannitibus & Sabinis deuictis: magistratu relicto agꝝ coluit. Nõ erat is populus: Iã nõ talis erat populus romanus: q ut ante cõsueuerat p libertate bellũ gereret: & ĩ pace sine ĩiuria uiueret. ideo ĩ bello uiuebat. uidelicet cupiditate possidẽdi. Sua libertas: Vt cõtẽtus eẽt libertate. Iræ faciles: Quia romani facile irasci cœpũt: ut parua causa subsistẽte bellũ gẽtibus ĩferrẽt. Vile nefas: Idest ut satisfacerẽt cupiditatibus suis: nihil nefas eẽ putabãt. Decus: Scilicet romanis: erat. s. plus patria potuisse: q opibus atq; potẽtia cæteros uĩcerẽt id putabãt eẽ decus: q ferro & armis acquirerẽt: ut uidelicet ipsi supiores cæteris eẽnt: hoc totũ. Potuisse plus patria. i. sibi suæ patriæ iura subiicere. Ferroq;: Nõ solũ ĩqt esse magnũ decus: sed de quo dimicarẽt ferro & armis. Mẽsuraq; iuris Vis erat: Tãtũ qsq; poterat q̃tũ uiribus supior erat. nã ĩ uiribus ius ẽ positũ. Hĩc ex uiolẽtia: ut supior uiribꝫ erat: ita iur̃ præstabat. Plebiscita: Scilicet coacta sunt: leges ĩqt erãt cõmunes tã patriciis: q̃ plebeis: sed plebiscita dicunt̃ quæ a plebeis ferebant̃: Tribuni autẽ abrogabãt leges: plebs uero statuebat. Plebiscita igitur sunt plebis statuta. Iura cũ cõsulibus: qa sẽp tribuni ĩfesti fuere cõsulibus: nã tribuni plebis rẽ auger̃ uolebãt. At uero cõsules studebãt pĩciis & nobilitati. Hĩc: Idest a ui. Rapti fasces: Scilicet cœpit eẽ largitio ĩ populo romano: ut nõ bonis artibus. i. uirtutibus ciuitati cõsulerẽt: sed pecunia & largitionibus corrũpent populũ. Sector: Iuris uerbũ ẽ. sector dr̃ æstimator r̃dẽptorq; bonoꝝ & uẽditor demũ atq; pscriptoꝝ: q̃si sui lucri spẽ secaret. i. seq̃ret̃. nã ãtiq secar̃ p seq ponebãt. Virg. Ille uiã secat ad naues. i. seqt̃. Sector teste Ascõio pedião significat accusatorẽ q ex dãnatõe accusati dimidiũ bonoꝝ expectat aut aliq̃ partẽ. Sectorq; fauoris. i. populus erat sui fauoris uẽditor: ita populus fauorẽ suũ uẽdebat: & q maius pciũ largiret̃ ei sua suffragia dabat. romãi legẽ habebãt pscribẽdi: ut siqs cõtra Rẽpublicã fecisset pscribebat̃ tabella: & suspẽsa ĩ foro romão ĩ publicũ põebat̃: ĩ q̃ pscribebãt̃ q læsæ maiestatis accusati eẽnt. ũde pscribi p patria scribi. Et tũc unusqsq; pscriptos occidẽdi ius habebat: & bõa eoꝝ publicabãt̃ pcio uili: aderãt cõtĩuo sectatoꝝs: q æstiarẽt bõa illa: & sicut æstiabãt: ita ipi illa emebãt: ẽpta deĩde maiori pcio uẽdebãt ũde. dr̃ sectator q sui lucri spẽ sectaret̃. ideo dicit populũ uẽditorẽ fauoris: qa plus dãti suffragabat̃. Ambitus: cupiditas honoris: ĩmoderata cõsuetudo habẽdi magistratus. nã petituri magistratus pcibus & pecuniis senatores ambibãt: ut suis suffragiis pueherẽt̃ ad magistratus: ideo. Letalis ambitus: Idest pestifera cupiditas fuit.

Annua certamia:Quia cõſulatus magiſtratus annuus fuit:& p ſpatiũ unius ãni durabat. Cãpo uẽalit Ideſt populo ro.qa ĩ cãpo martio ſua ſuffragia uẽdebãt cõtinẽs ꝓ cõtẽto poſuit. Hic uſura uorax: Quia nõ ſupabũdabãt diuitiæ:ut poſſẽt ſuũ luxũ iplere:ideo erat neceſſe:ut pecuniã ĩ fœnus accipẽt. Vorax.i. quæ ſẽp deuorat. In tẽpore:Quia uſura tpe creſcit. Cõcuſſa .i. cõmota & fracta:qa fides piit populi ro. Multis utile bel.Quia ĩ ea fortũa ſũt:ut ſẽp deſiderẽt aliẽa appetãt:& iõ.his utile bel.ẽ. Iã gelidas cæſar ĩ ſie lectõis externæ belli ciuilis cãs dixit:ut expõeret q̃ nã ipſius belli ſemĩa atq̧ pricipia fuerãt tã priuata:q̃ uniuerſalia:attulitque rationes quæ ſeditiones ciuitatibus cõmunicare ſolent. Nunc dicit quid cæſar fecerit poſtquam animo bellum gerere cõcœperit:nã ſicut in primo diximus:cum cauſas & ſeditiones inter cæſarem & pompeium expoſuiſſet poeta: poſtquam audiuit:ſuoſque animi motus ad bellum concœpit: promoto exercitu in galliam Rhauennam appulit: deinde Ariminum ſe recepit:unde poeta non ab hiſtoria declinat. nam Cæſar in Galliam uenerat ciſalpinam: & Rhauennam appulit: deinde Ariminum. Curſu:Ideſt celeritate. nam celeriter omnia agebat Cæſar. Cœperat: pro concœperat animo. Motus: Magni belli maximos motus concœperat. Vt uentũ eſt par. Cum cæſar perueniſſet ad rhubricõẽ amnẽ:& ibi aliquãdiu cogitaſſet qd facer̃ deberet cogitatõis cãm ĩferius d̃clarabit:& ibi feſſũ laboribꝰ & diuturnis ſollicitudinibꝰ aĩ ſõnum oppſſiſſe dicũt: & ĩ ſõniis obuerſatã eẽ urbis romæ magnitudinem:quæ quaſi illum alloqui uidebat̃.

Annua uenali referens certamina campo
Hic uſura uorax:auidumq̧ ĩ tempore fœnus
Et concuſſa fides:& multis utile bellum. pes
Am gelidas cæſar curſu ſupauerat al
Ingẽteſq̧ aĩo motus: bellumq̧ futurũ
Cœpat:ut uentum eſt pui rubicõis ad undas
Ingens uiſa duci patriæ trepidãtis imago
Clara per obſcurã uultu mœſtiſſima noctẽ.
Turrigero canos affundens uer tice crines
Cæſarie lacera:nudiſq̧ aſtare lacertis:
Et gemitu pmixta loqui:quo tenditis ultra
Q uo fertis mea ſigna uiri? ſi iure uenitis:
Si ciues: hucuſq̧ licet.tunc peulit horror
Mẽbra ducis:riguere comæ.greſſuſq̧ coer
Lãgor:& extrema tenuit ueſtigia ripa. cẽs
Mox ait:o magne qui mœnia ꝓſpicis urbis
Tarpeia de rupe tonans:frigiique penates
Gentis iuliæ.& rapti ſecreta quirini

Quo tẽditis ultra: Sicut Virgilius. Quo tenditis inquit. Vt: poſtquam. Parui rubi. Quia rubicon ãnis eſt haud ꝓcul ab Arimĩo oppido: ad quẽ Cæſar cũ uẽiſſet ſubſtitit:cã ãt cogitatiõis fuit.Dubitabat.n.q̧ decretũ erat :ut qſq̧ armatus hũc ãnẽ trãſiret : ſiue ille ĩpator eẽt:ſiue miles:ſiue tyro fuiſſet patriæ diiudicaret̃ hoſtis,qui ẽt ĩ portu Arimini ꝓpe rhubiconẽ adhuc erat marmorea cruſta: ĩ q̃ hæc ſcripta erãt.ĩpator ſiue miles ſiue tyro armatus qſqſ ſiſtito:uexillũ armaq̧ depõito : nec citra hũc amnẽ arma ſignaue traducito : & ſiqs cõtra fecerit hoſtis diiudicabit̃ populi ro.ac ſi arma cõtra patriã tulerit penateſq̧ deos abſtulerit. Patriæ trepidãtis : cõtra morem dubitantis hoc dicit:quia cæſar ut hiſtorici tradunt & maxime Suetonius ſomniauit ſe cum matre ſua coire. aruſpices reſponderũt ipſũ ſubacturũ urbẽ romã:quæ eſt mater cõis omniũ ciuiũ. Clara: .ſ. imago & mœſtiſſĩa d̃clamationẽ fecit tãq̃ mœſtiſſĩa eẽt Roma. Turrigero uertice:Quia turrita ẽ urbs Roma. Cãos cries. Quia iã ſeptĩgẽti ferme ãni p̃terierant: ex quo Roma cõdita erat. Lacera cæſarie: Laceratis crinibꝰ: ſignificabat mœrorẽ futurũ:&.ſ.ẽ uiſa. Nudis lacertis:Quia mos eſt plorantium ut pulſent lacertos. Gemitu : Scilicet cum. O uiri quo tenditis ultra:Quia non licet uobis tranſire rhubiconem armatis. Iure:Quia dicit inſcriptio:quiſquis armatus ſiſtito:Hucuſq̧ licet uobis armatis uenire. Ciues:Sicut ciues debent: alioquin patriæ hoſtes iudicabimini:ſi amnem tranſiueritis. Horror: Eſt tremor cum frigore. Riguere: Pro erectæ ſunt:quod ſignum eſt timentis. Langor: Quia torpor̃ quodam membra feſſa ſunt. Tenuit. pro continuit ueſtigia cæſaris. Mox:deinde amnem tranſiuit:dicens. Iacta eſt iacula. Vulgo tracto eſſer el dardo:& dicit quibus uerbis uſus fuerit cæſar cum tranſiret

Magne: Scilicet iuppiter: nam maximus appellatus eſt. Proſpicis mœnia: Quia præſes urbis Romæ iuppiter erat. nam in arce Tarpeia quæ eſt in capitolio templum iouis cum iunone colebatur: & cætera omnia deorum templa ſuperabat. Rupe: Capitolium enim appellatum eſt rupes Tarpeia a duce Tarpeio qui primus arcem illam tenuit. Phrygii penates: Ideſt troiani dii:quia æneas in italiam penates deos ſecum tulit. Gentis iuleæ. Ideſt cõſecrati a gente iulia: nam Iulius conſecrauit deos in Alba: deinde ab Alba trãſlati ſunt Romam. Secreta quirini: Hiſtoriam tetigit. nam cũ Romulus qui quirinus eſt appellatus ſuos milites ad capreæ paludem recenſeret:ſubito tempeſtas cũ procella exorta eſt: ut cælum nubes obtexerit & aſpectum oculis adimeret: in hac turbine tempeſtatis euãuit Romulus:nec poſtea ĩ cõſpectũ rediit. Vulgo creditũ ẽ illũ a patribꝰ fuiſſe laceratũ quod ueriſimile uidebat̃:q uero proximi romulo ſteterãt dixerũt illũ ſublatũ ĩ cælũ euãuiſſe. populus mœſtus q deſiderio Romuli tenebatur regis ſui non aliter ſibi perſuadere poterat:quia apparebat rem ad ſeditionẽ ſpectare.

Et reſidens celſa latialis iuppiter alba
Veſtaleſque foci: ſummique numinis inſtar
Roma faue cœptis. non te furialibus armis
Perſequor: en adſum uictor terraq; marique
Cæſar ubiq; tuus liceat mō nūc quoq; miles.
Ille erit ille nocens qui me tibi fecerit hoſtem
Inde moras ſoluit belli: tumidūq; per amnē:
Signa tulit propere ſicut ſqualletibus aruis
Aeſtiferæ libyes uiſo leo cominus hoſte
Subſedit dubius: totam dum colligit iram.
Mox ubi ſe ſæuæ ſtimulauit uerbere caudæ
Erexitq; iubā: & uaſto graue murmur hiatu
Infremuit: tum torta leuis ſi lancea mauri
Hæreat: aut latum ſubeant uenabula pectus.
Per ferrum tanti ſecurus uulneris exit.
Fonte cadit modico: paruiſq; impellitur undis
Puniceus rubicō cum feruida canduit æſtas.

Poſt dies aliquot Iulius pculus: ſiue id ratus: ſiue ut populi dolorem mœroreq; cōciliaret i cōcionem p/diit: & his uerbis cōſolatus ē populū Ro. dicēs mane: & prima luce ſibi obuiā factū eē Romulū & dixiſſe .I & populo meo nūcia ut arma & bellū exerceat: fore enim ut totius orbis iperiū teneat: mihi Quirino tē/plū ædificet. ego uero populo romano: & genti meæ ſemper adero & quodcūq; bellū geſſerit: illā fauore ſēp iuuabo: q pp uerbis huius pculi fides ē adhibita: ut oēs iuſſerit ſaluere romulū deūq; ſalutauerit. Se/creta: Quia ipſū Romu. ſūma ope occultata diſcerptū atq; laniatū ſciebat. Latialis. qa i oppido alba qd cō/diderat Aſca. tēplū Iouis erat: nomē accepit: nā alta erat Alba. Latialis ergo iuppiter appellatus: qa latiæ illi erāt ſacrificia dedicata. latiæ. n. erāt ſacra: ad quæ ex omni latio populi cōueniebāt. et ea ſacrificia tā/tū po. latino cōueniebāt. Foci ueſtales: Ideſt ueſtæ nam ueſta græce ἑςια interpretat ignis: eo q i tēplo eius ppetuus ignis ſeruaret: huic cōſecratæ erāt uir/gies: q ppet uā uirginitatē ſeruarēt: ideo ignis i tēplo eius repoſitus ē: qa ex oībus elemētis ignis purior ē. unde uirgines intemeratæ eſſe debent & icorruptæ ſicut ignis. Foci ueſtales .i. æterni ignes. Roma: Obſeruata mihi tua ē imago. Inſtar: Ideſt quæ es mihi ad ſimilitudinē nūinis. Cœptis: urīs. Furi/alibus: Ideſt pernitioſis & læτiferis armis: hoc dicit: ideo arma ſumo: ut pro imperio tuo augendo atq; amplificando pugnem. Perſequor: Fateor me ar/ma ſumere: ut imperium tuum defenſem. Adſū: Scilicet mō. Ille erit nocens. Scilicet dico. Qui me tibi hoſtem iudicauerit: Ego iniuriam illius quam tibi fecerit ulciſcar. Incertus cæſar his uerbis quid fa/ceret: amnem tranſiuit. Tumidum: Quomodo dixit tumidum nunc eſſe amnem: cum ſæpius dixe/rit parui rhubiconis: ſed hoc dixit quia creuerat am/nis uſque ad ripas. Sicut ſquallentibus: Per ſimili/tudinem oſtēdit qualiter ſe habuerit cæſar cum ad rubiconem peruenit: hoc inquit quomodo leo facer ſolet cum uenator aut paſtor inſtaret obiiciens uena/bulum. primo horret: deinde cum cauda iram cōceperit: non timet uenatorem: nec ipſa arma inuadere: ita cæſar ſubſtitit aliquantulum: ſicut leo. Squal. Incultis ſterilibus nimio calore. nam aphrica eſt in me/ridie: ubi ſol rapidiſſimus eſt: ideo ſterilitatem in agris generat. declarat. Aeſtiferæ: feruentis. Libyæ aphricæ. Cominus: prope. Colligit: Ideſt recipit iram. Verbere caudæ: Ideſt ſe cauda uerberando nam qui de animalibus ſcripſere dicunt leonem ſe cauda uerberare: ut ad iram ſe concitet. Stimulauit Vbi ſe incitauit in iram. Sæuæ caudæ: pro ipſe ſæuus. Infremuit: Cum fremitu emiſit. Tunc: Sci/licet ita iratus: nec ferrum timet: ſed medios ruit moriturus i hoſtes. Si. pro quamuis ſcilicet facit hoc. Mauri ſunt populi Aphricæ de leone aphro dicit: uel eſt ſpecies pro genere: ſed mauri dixit: quia i aphri/ca maiores & ſæuiores leones naſcuntur quam alibi. Venabula: Venabulum ferrum aptum uenationi. Iuuenalis: & nuda teneat uenabula mamma. Subeant: Succedant. Exit: Emicat exilit. Securus. Quaſi ſine cura. Fonte: nunc deſcribit hunc fluuium: quem cæſar tranſiuit contra præceptum fatorum Rhubicon: ut oſtendit Strabo inter Ariminum & Rhauennam excurrit i adriaticum pelagus: hunc flu/uium & Eſim amnem qui labitur inter Anconem & Senegalliam: fecere antea terminos Italiæ atque Galliæ iperatores. delatus Cæſar ad rhubiconē: q italiā diffinit: parūper: ut refert Apianus: ſubſtitit: & ad fluuiū proſpectās: quæcūq; euenire poſſēt mala: ſi illū trāſiſſet armatus: mēte cogitare cœpit: deide ad præſētes cōuerſus: hæc effatus dicit. Cōtinētia huiuſcemodi trāſitus o amici malorū initiū mihi affert: trā/ſitus uero uniuerſis mortalibꝰ iponet. his dictis ueluti furore cōcitus trāſire pgit. hoc cōe inqēs. Iacta alea ē. deide curſu arrepto Ariminū circa aurorā igreſſus ē: nec diu moratus ad ulteriora cōtendit: arcibꝰ pſidia iponens: & quæcūq; i curſu obſtiterāt uel ui uel hūanitate ſibi uēdicans. fugæ igit & cōuerſiōes oībꝰ i locis ſūma trepidatiōe fieri cœptæ. curſus quoq; nullo ordine admixto fletu. quæ oia itelligētes cōſules pōpeiū qui p italiā delectus agere ueluti re. p. extrēo i piculo poita: iuſſerūt: reliqui uero ſenatorii ordinis cū cæſa/ris ipetū tā ſubito adeſſe ītuerent: trepidabāt: & pœniter eos cōtigit q cæſaris petitiōes ueluti iniqs ſ iecīſ/ſēt: tūc qdē iuſtas arbitrati: cū tior eorū aīos a cōtentiōe ad cōſilii maturitatē traduxiſſet. Fōte modico: pua aqua a natura abūdat: ſed iugibꝰ ac ppetuis ibribꝰ iflat et euro i alpibꝰ reſolutis: niuibꝰ. Pūiceus: cuius ūda pūicea ē .i. rubicūda. a quo ergo nomē accepit rubi. Cāduit. i. accēſa ē tpe æſtatis. Serpit: Ingredit.

Per imas ual.qa ipse hũilis ẽ p imas ẽt ualles labit. Certus li. ẽ quidã q̃si terminus galliæ cisalpinæ.Nã ab urbe Rhauenna usq̧ ariminũ ꝑtẽdit gallia cisalpina:cuius rubicon amnis ẽ:haud ꝑcul ab urbe Arimini icipit:sed ab Arimino flaminia usq̧ ad Anconã tendit.deĩde icipit ager picenus uulgo la marcha de Ancona:qui usq̧ ad fines urbis Romæ tẽdit. Discriminat:distĩguit:unde discrimẽ dicit differẽtia:& discriminare est differentiã facere:uel discriminat ĩ duas partes findit:quia diuisionẽ facit inter Galliã & Italiã. Ausoniis:Italis. Tũ:tu dicis hũc Rubiconem eẽ paruũ: & p humiles descẽdere ualles. quomõ dixit tumidũ amnẽ transire cæsarẽ? quia tunc cũ humidũ amnẽ hyems fecerat:trãsiuit. Cynthia tertia: significauit tribꝫ mẽsibus pluuiam iugẽ fuisse. Cynthia dicta ẽ luna a cyntho mõte deli. Grauido cornu:significat pluuiosam fuisse lunam eo q̧ ĩbres cœperat: & auxerat amnẽ. Alpes euri reso. fla. quia Eurus ab oriẽte flans semp alpes.i.niues q̧bus alpes tegunt ĩ pluuias ĩducit. Primus:Ostendit quomõ transcẽdit amnẽ cæsar. ex obliquo enĩ amnis obiecit ualidiores equos: q tantisper obtinerent amnẽ quoad ĩbecilles transirent. Obliquũ: Quia rubicon obliquus altiores facit ripas. Sonipes:a sonitu pedũ equus dr̃. Vulgo el cauallo grosso. Opponit:Scilicet corpore suo. Rumpit:ꝓ irrumpit:Aphæresis est. Molli uado:Molliori facto equis ferocibꝫ amnis ĩpetum retinentibꝫ. Fracti: Oppositõe equoꝝ Cæsar: ut superius dixerat quomõ rubicõ cœpat tumefieri: Nũc ꝓseqt dicẽs: quid Cæsar fecerit postq̃ leges semel trãsierat. dicit .n.cæsarẽ inuitũ fecisse & cætera omnia facis ꝑmittere.Sũto:ꝓ sint hæc uerba dixit cæsar. Vt.i.postq̃.Ripã aduersã.Oppositã uel ulteriorẽ. Superato .i.trãsgresso. Aruis ueti. Quia de Gallia ĩ italiam uetabat trãsire cæsar. Hesperiæ:ꝓ italia posuit. Hic ait: cõscius uiolatæ legis ĩquit. Hic hic:Anadiplosis ẽ.i.geminatio quæ uæhemẽtiã aliquam significat. Temerata: Violata. Te fortu. seq.quẽ admodũ mihi exitũ dederis te sequar. Pro.sũ. fœdera. ꝓ sint .i. nulla fœdera posthac ꝑuẽtura sunt: sed oĩa ferro gerent.Credi.i.fidẽ dedimus.ergo utendũ est fatis. Vi dice bel.quia bellũ erit quod iniuriam nostrã ulcisci poterit:& ostẽdere an iuste belũ suscepim. Sic fatus:semp cæsarẽ celeritatẽ faciẽdi præstitisse cæteris ostẽdit.dicit.n. omnes moras dispulisse:nec diẽ expectauisse:cõparatq̧ eum uelocitati Glãdis.quã fũdæ baleares mittere solẽt.nã in mari gaditaneo ĩsulæ baleares noĩe sunt: quæ hoc nomẽ iõ cõsecutæ sunt.q̧ ibi originẽ habuerint pitissimi iaculãdi fundã: & dicit ἀπὸ τοῦ βάλλω.i.iaciẽdo. Scribunt historici illic matres filiis suis ꝓponere præmium:si metã dsignatã fũda tetigerit:nec prius eos præmia ferre:q̃ destitutam metã funda ꝑcusserint:unde pitissimi sunt.dicit ergo motum cæsaris tanta celeritate fuisse:ut missæ glandis funda celeritatẽ supauit. Ocior:Velocior. Torto:Quia circa caput rotãt fundã.Funda:dicta a fundẽdo: q̧ glandẽ plumbeã fundebãt. Sagitta mis. post terga parthi.Quia parthi fugieents tanta arte sagittas mittũt:ut ꝓsequẽtes ꝑcutiant.Vicinũ:post rubiconẽ cæsar trãsiisset:dicit ariminũ ipsũ uenisse:unde ĩcipit flaminia.Ariminũ: ut docet Strabo ẽ umbroꝝ colonia:sicut & Rhauenna:ueꝝ utraq̧ romanos accepit ĩquilinos.hẽt aũt Ariminũ portũ & eiusdẽ noĩs amnẽ. Minax:minabũdus:quia quocũq̧ iret exitiũ minabat. Astra fu. Quia nocte quidẽ cœperat iter cũ Ariminũ uenit:iam solis splẽdore astra cedebãt.i.iã dies aduẽtabat. Ignes.s.splendorẽ solis. Luci. Quia stella est nũcia diei. ĩ mane ergo & ĩ ortu solis apparet lucifer:sicut nocte ueniẽte ĩ occasu uidet eadẽ stella. Relic.luci.Quia ultima stella cæli est lucifer:quæ splendore solis offuscat.stellæ aũt nunq̃ occidunt: sed fixæ sunt semp in firmamẽto:iõ lucifer:nec aliæ stellæ nõ uident ĩ die:quia maiore solis splendore offuscant :sed quia lucifer maior ẽ stella cæteris:iõ splẽdor eius diuturnior est. Iãq̧ dies:Iã dies belli oriri cœpat:ĩ quo pricipiũ belli cœpat. Tumultus:dr̃ q̃si timor multus:qa motu belli prĩo hoĩes timẽt.dicit illã diẽ obortã fuisse obscuratã:siue qa ita dii uoluerũt:siue naturaliter q̧ cœlũ nubes penetrauerit. Nubila:ꝓ nubes. Tẽuerũt: texerũt:qa nubes obscuritatẽ ĩducũt:qđ signũ mœroris ẽ:sicut lux letitiæ:unũ seqt ex reliquo qa si obscurũ est cœlũ:mœstũ iõ uidet. Spõte deũ:ut significarẽt futuꝝ malũ Dii. Aũster.q uẽtus pluuiã ĩducit.

Perq̧ imas serpit ualles:& gallica certus
Limes ab ausoniis discriminat arua colonis.
Tũc uires præbebat hyems:atq̧ auxerat ũdas
Tertia iam grauido pluuialis cynthia cornu.
Et madidis euri resolutæ flatibus alpes.
Primus in obliquũ sonipes opponit amnem
Excepturus aquas: molli tũ cætera rũpit
Turba uado faciles iam fracti fluminis ũdas
Cæsar ut aduersam superato gurgite ripam
Attigit hæsperiæ uetitis & constitit aruis
Hic ait:hic pacem temerataq̧ iura relinquo
Te fortuna sequor:ꝑcul hĩc iã fœdera sũto.
Credidimus fatis utendũ est uidice bello.
Sic fatus:noctis tenebris rapit agmĩa ductor
Impiger:& torto balearis uerbere fundæ
Ocior:& missa parthi post terga sagitta
Vicinũq̧ minax inuadit ariminũ:& ignes
Solis lucifero fugiebant astra relicto:
Iamq̧ dies primos belli uisura tumultus
Exoritur:seu sponte deũ:seu turbidus auster

Impulerit.s.illas nubes. Cōstitit:ubi cæsar oppidū irrupit:primo forum cœpit: deinde iussit classica
canere:ut terreret Ariminēses:qui nōdum somno excitati erant: qui audito strepitu tubarum expgefacti
sunt ad armaq; pperauerunt:quæ diu fixa steterant:& his armis īstructi in foꝝ cōcurrebant: sed ut uide
runt cæsaré sublimē in medio agmine stantem: stati perterriti sunt. Vt:p postquā. Miles: exercitus
posuit in singulari pro militia. Deponere signa.i.figere in medio foro. Lituus dicit incurua tuba ad si
militudinē litui uirgæ:qua usus est romulus cū auspicia urbis caperet. Lituum:p lituoꝝ. Clangor:fi
ctitiū est nomē. Classica: co. sūt signe belli.

Impulerit. mœstam tenuerunt nubila lucem
Constitit ut capto iussus deponere miles
Signa foro. stridor lituū clāgorq; tubarum
Non pia concinuit cum rauco classica cornu.
Rupta quies populi: stratisq; excita iuuentus
Diripuit sacris affixa penatibus arma.
Quæ pax lōga dabat nuda iā crate fluētes
Inuadunt clypeos: curuataq; cuspide tela
Et scabros nigræ morsu rubiginis enses.
Vt notæ fulsere aquilæ. romanaq; signa
Et celsus medio conspectus in agmine cæsar
Diriguere metu:gelidos pauor alligat artus
Et tacito mutos uoluūt in pectore questus.
O male uicinis hæc mœnia condita gallis
O tristi damnata loco:pax alta per omnes
Et tranqlla quies populos: nos præda furētū
Primaq; castra sumus.melius fortūa dedisses
Orbe sub eoo sedē:gelidaq; sub arcto
Errantesq; domos:latii q̄ claustra tueri
Nos primi senonū motus:cimbrūq; furentē
Vidimus.& martem libyes:cursūque furoris

Ra
uco cornu:Quia uox & cātus cornu raucitatē hēnt.
Rupta.s.est qes populis. Excita.mota:nā excio cis
exciere penultima correpta ē tertiæ cōiugationis:di
citur & excire quartæ coniugationis penultima p
ducta. Stratis:lectis. Diripuit:Rapti abstulit.
Arma fixa:nā mos fuit ueteꝝ: ut tempore pacis ar
ma templis suspenderent. Lōga pax: Quia longa
pace usi: nullis armis instructi fuerant. Fluen.di.
.i.tabescentes. Crate:a cratin tenere:quia se inuicē
uimina tenebant.Cratibus enī antiqui solebant uti
pro scutis:nā crates uiminibus textas fuisse legimus
quibus cōglutinatōnibus cōiungebant:ut eas ualidi
ores facerent: ideo dicit inuasisse clypeos nudis cra
tibus: cū tabescerent coria superimposita. Nuda:
aperta crate quæ coriis bouū tecta erat. Curuata:
pila:quia antea illis nō usi fuerāt cuspidē obtuderāt
Scabros.i.asperos enses & declarat.s. Morsu ru
biginis:Quia rubigo mordet ferrū.i.cōsumit.iō di
xit morsu. Vt notæ:Nunc dicit quomō se Arimi
nenses habuerint postq̄ signa romana ī medio foro
fixa cognouerint:& aquilas lucidas: & Cæsarē ī me
dio agmīe sublimem cōstitisse.Notæ aquilæ: Quia
nouerunt signa romana ariminenses. Romanaque
signa. Declarat illud notæ aquilæ & illud quod pro
idest ponitur & est epexegesis: & ut celsus cæsar ui
sus est: idest in sublimiore loco. Diriguere: idest
horruere. Gelidos artus: quia metu membra ta
bescunt. Alligat:Quasi contracta essent membra
Et tacito mutos uoluunt in pectore questus:Hy
palage est: pro ipsi muti non audentes uocem facer
Questus:Querelas. Voluunt: Volutant quia secum taciti conquerebantur. O male: Secum hoc
modo conquerebantur .o.s. dicimus hæç mœnia male esse condita: & reddit rationem: quia pax per
omnes tranquilla est. nam querimur quod nos Ariminenses prima bella romanis illata sentiremus:
siue domestica: siue externa fuerunt: ideo urbem suam male conditam fuisse dicebant. Vicinis
gallis: dicit quia teste Apiano: hæc ciuitas gallia egredientibus: prima in Italia sese offert. Tristi
loco: scilicet galliæ cisalpinæ quæ usque ad rubiconem fluuium tendit. Damnata: Quia uobis pro
damnatione contigit: ut hoc loco ædificaremini. Pax:per cōparationē ostēdit ipsos esse miseriores
alibi pax omnia tenet: nos iam initia belli sentimus. Alta: profunda:& est locus commiserationis.
idest cum ostendimus nos ī maioribus miseriis & malis semper præ cæteris fuisse: ad cōmiserationem
commouentur auditores. Præda furentum: Idest gerentium bella. Quia gerentes bella insaniunt.
Castra:Quia sumus tanquam castra quotiēs bellū hic īcipit. Orbe sub eoo: Idest ī india. Gelidaq;
sub arcto:Idest ī scythia & ī septētrione:quæ regio frigidissima ē:sed q̄uis frigore rigida sit regio illa: tamē
nobis eēt gratior. Errātes.s. ī meridie:nā ī aphrica quæ ē meridiei subiecta numidiæ hītatores sūt:q nunq̄
ī eodē loco cōsistūt:una cū plaustris liberos & oīa bona uehūt errātes:& ubi nox dephenderit: ibi hītant:
sicut Virg. dicit.Armēta uehūt ignēq; larēq;. Clau. Quia pricipiū italiæ ē flaminia & ager picenus. Nos
primi motus senonū. Videlicet qa nos primū īuaser senones:Teutones: Cymbri:cū derelictis sedibꝫ suis
cū uxoribus liberis ī Italiā uenere:ut illi īperarēt: & prīo qdē dicit eos Ariminum uenisse. Furētē.bello.
Libyes.s. Hannibalis. Nam Hannibal de Pirreneis mōtibus primum Placentiam uenit: quæ ciuitas est
Galliæ cisalpinæ. Martem libyes: Idest Hannibalem libycum qui de libya exercitum in italiā deduxit.
Cursūque: Teutonici cum illis fuerunt: & cum magno ac ppe īnumerabili exercitu italiam inuasere.

Teuthonici: quotiens romam fortuna lacessit
Hac iter est bellis: gemitu sic quisq; latenti
Non ausus timuisse palam. uox nulla dolori
Credita: sed q̄tū uolucres cū bruma coercet
Rura silēt: mediisq; tacet sine murmur̄ pōtus.
Tāta quies noctis: gelidas lux soluerat ūbras.
Ecce faces belli: dubiæq; in prælia menti
Vrgentes addūt stimulos: cunctasq; pudoris
Rumpunt fata moras: iustos fortuna laborat
Esse ducis motus: & causas inuenit armis.
Expulit ancipiti discordes urbe tribunos
Victo iure minax iactatis curia gracchis.

Quotiens romam fortuna lacessit: Idest nunquam bellum romanis infertur: quin nos illud primi sē tiamus: redit ad illud quod cæperat: nos primi senonum motus. Hac. i. p nostram urbem bella sentiūt Sic quisq;: Supple a superiori cōquerebat̄. Latenti. i. suppresso: ne quis audiret qa timebat dicere palā. Credita: cōmissa. Sed q̄tū uolucres: Similitudinē ostēdit: qua illos tenuisse silentium declarat. Tanta iq̄t fuit Ariminensium quies: quāta est auium tempore hyemis: aut quāta est in mari cum tranquilum fuerit: subaudi tanta fuit quies ariminensium. Bru. coer. uolu. Nam cum bruma tecta sunt rura: uolucres frigent: nec canere possunt. Pont. me. tacet. Scilicet ut de mari mediterraneo. Lux sol. Rapta dies erat: quū hæc gererentur. Ecce faces belli. Iā inq̄t dies aderat cum Curio & Marcus Antonius tribuni plebis ex urbe depulsi: q; partem cæsaris defenderent Ariminum uenerunt cōtumelia se affectos querentes cum cæsare: quia quod fortuna etiā uolebat: ut iuste bellum atque arma mouisse uideretur cæsar: nam quū senatus cōsulto deliberaretur: ut successor cæsari mitterent̄ Marcus Antonius & curio & Quītus crassus. quoniā intercedebant: ut illi successor aliquis nō eligeret̄ ī curia: primū quidē grauiter reprehēsi sunt: & deīde cū ī ꝓposito suo p̄stare uellēt: senatus cōsulto a cōsulibꝫ ex urbe pulsi sunt. ūde ariminū uenerūt conq̄rētes apud cæsarē de īiuria sibi illata a Romanis: ūde tūc multo magis indignatus ē cæsar cōtra romanos. Duo fuere marcelli cæsari aduersantes & cōsules ābo: primus Claudius marcellus qui teste Suetonio rettulit ad senatum: ut ei succederetur ante tēpus: quoniam bello confecto pax esset: ac dimitti deberet uictor exercitus: uerum ut Apianus refert: hunc Marcellum Pōpeius orationis placabilitate & beniuolentiæ simulatione compescuit. Nec multo post alter Caius Marcellus in consulatu successit fratri patrueli suo claudio Marcello: & Aemilius Paulus una cum eo ad consulatum eligitur. Tribunus uero curio: & ipse inimicissimus Cæsari: populo acceptus: præterea ad dicendum paratissimus. ex his teste Apiano Cæsar marcellum nullis pollicitationibus ad se allicere potuit. Paulum uero mille & quingentis talentis beniuolū sibi reddidit: ut neque pro illo quicquam ageret: aut moliretur contra. Curionem autem ut pro se ageret: plurimo ære alieno oppressum facile adegit. Paulus Basilicam longe censeret: paulus e contra silentium teneret: Curio apertius ac turbatius rem protulit: nec successores Cæsari mittendos esse decreuit: nisi & pompeio mitterentur. egressis autem urbe consulibus: enseque pompeio oblato: ut pro patria in cæsarem surgeret. Curioni ulterius nulla supra urbem potestas erat: cum nihil proficeret: nec cæsari quicquam auxilii afferre posset: & iam tribunatus elaberetur tempus: ueritus pro seipso Curio summa celeritate ad cæsarē contendit rauennam: blande admodum suscepto a Cæsare: cum gratias ageret ob ea quæ egisset: rerum gestarū cœpit inquirere. Curio copias omnes in unum conferre suadet: uniuersumque exercitum ad urbem agere: cæsari econtra de conciliatione adhuc agendum uidebatur. Consules porro Marcellus & Lentulus Antonium & Cassium: qui tribunatum una cum Curione gesserunt senatu excedere imperant: ne in tribunatu assidentes quicquam acerbius ab ullo patiantur. Ii celeriter nocte iam multa clanculum ad cæsarem uenere: curru mercenarium aduecti: seruilibus amicti uestibus: quos Cæsar cum habitu indutos: exercitui ostendit: uerbis milites irritans: q; uiros tam præclaros: tamque ingentia operatos hostes iudicassent: ac pro ipsis uerba facientes turpissime expulissent. hæc tangit Lucanus. Antonius tamen iussu consulum postquam e tribunali descendit: questus q; sacrosanctam dignitatem contumelia affecissent: e senatu egreditur: bella: occisiones: proscriptiones: ciuium fugā: bonorum publicationes annuncians: execrationes etiam impias extulit in eos qui harum rerum causam attulissent. Ecce faces. s. Marcus Antonius Cu. & Crassus tribuni plebis. Dubiæ menti: Non q; cæsar dubius esset bellum susciperet an non: sed dubius erat quid faceret: immo illis hoc exploratum: dubium erat nedum menti cæsaris: sed potuerunt addere stimulum. Fata: deorum fortuna. Cūctasque pudo. quia siquis pudor inerat menti cæ. illum penitus sustulerant. Quia iu. fortuna laborat: Quia fortuna uidetur hoc uoluisse ostendere: ut bellum iuste mouere uideretur cæsar. Armis: idest bellis. Ancipiti urbe: Nō iur̄. Quia ius āceps non erat. Vrbe ancipiti: Quia pars Cæsari: pars pompeio fauebat. Discordes trib. idest An. Cras. & Curionē: qa īterccessērt ne successor cæsari ī gallia mitteret̄. Victo iure: s. tribunitio qa tribūitia potās erat sacrosācta: ūde dicit curia minax: qa iur̄ nemini tribuno plebis poterat nocere. Iactatis: īpropatis: qa q̄d gracchis cōtigerat tribunis: idē & uobis cōtigit q̄a expulsi estis e curia.

Hos iam mota ducis:uicinaq; signa petentes
Audax uenali comitatur curio lingua.
Vox quondam populi:libertatemq; tueri
Ausus:& armatos plebi miscere potentes
Vtq; ducem uarias uoluentem pectore curas
Conspexit:dum uoce tuæ potuere iuuari
Cæsar ait partes quanuis nolente senatu
Traximus imperiū.tūc cū mihi rostra tenere
Ius erat.& dubios in te transfere quirites.
Sed postq̄ bello leges siluere coactæ
Pellimur e patriis laribꝰ:patimurq; uolentes
Exilium:tua nos faciet uictoria ciues
Dum trepidans nullo firmatæ robore partes
Tolle moras semper nocuit differe paratis.
Par labor atq; metus precio maiore petuntur
Bellantem geminis tenuit te gallia lustris
Pars quota terrarū.facili si prælia pauca
Gesseris euentu.tibi roma subegerit orbem:
Nūc neq; te longi remeantem pompa triūphi
Excipit aut sacras poscūt capitolia lauros.

Hos iā & c.Superius dixerat Antoniū Crassum & Curionē a senatu expulsos quia intercedebant senatuī
cōsulto quod factum erat de mittēdo successore cæsari:& ī castra ad cæsarē Ariminū uenisse:ipsū quoq; iā
spōte sua cōmotū ēt maioribus stimulis īcitasse.nūc dicit curionē qui superiore anno tribunus fuerat ie il
lis comitē dedisse. hic Curio plurimū eloquētia ualebat & contionē sæpe ī plebē habuerat : ut inter se dis/
cordantē plebē & seditionē in populo faceret his stimulis īpulsus Cæsar est : ut qđ aīo cōceperat : Nūc tan
dē efficeret. Hos.s.tribunos plebis.M.Antoniū & Quintū Crassū. Vicina:Quia Ariminū erat haud ꝓ
cul ab urbe. Curio audax:Quia ausus ē cōtra sena/
tus auctoritatē ptes cæsaris defēdere. Venali līgua:
Quia causidicus erat:& causas ꝑcio ægerat.illi līguā
uēdere dicunť q ꝑcio causas agunt ī foro. Vox quō
dā populi.i.tribunus: qa uox populi ē tribunus ple/
bis:eo q; agere solet de cōmodis plebis. Libertatē.
.s.cōtra nobilitatē nō dubitat senatui:& patriciis si o
pus eēt resistere. Potētes:nobiles . Vtq; du.ergo qa
talis erat īgenio & eloquētia : ut cæsarē uidit cogita/
bundū & īcertum:quid primū qdue secundū aggre
dereť:his uerbis quæ sequunť illū aggressus ē. Vol
uētē:Cogitātē. Varias curas : Quia ī diuersas ptes
cogitās trahebať. Dū uoce:Dū oratiōe mea factio/
nē tuā potui defendere. Traximus:Produximus ī
periū tuū:etiā īuito senatu:ut ēt ꝓuinciā galliā cum
īperio teneres. Nolēte senatu:Vt tibi successor mit
tereť. Impiū ut dux esses. Tenere rostra: rostra e
rant sedilia ī foro : ubi tribuni plebis cōcionari sole/
bant.i.orōnem hēre ad populū. Rostra dicta sūt:qa
deuictis Anciatibus bello nauali a romanis ante sug
gestū illud.i.sedile erat ornatū.unde qa locus ille ro/
stris nauiū ornatus erat:rostra appellata sunt. Du
bios q̄rites : Quia cōcionibus crebris ego romanos
īcertos ad ptes tuas transtuli. Dubios : An tibi an
Pōpeio fauerēt. Quirites romani:Dicti sūt a curi
bus ciuitate sabinoꝝ.nā.T.Tatius Curius & Romu
lus paribꝰ auspiciis īperiū romanū regebāt: Romu
lus ut tū sibi beniuolētiā cōiūgeret rōanos oēs qrites
appellari uoluit. Sed postq̄.ait o cæsar ubi oppres
sæ sūt bello leges:nec potuimus ꝓ m̄ratu nr̄o agere q̄ ad dignitatē tuā spectarēt: sed uiolētiā adhibētes e ci
uitate expulsi sumus:ad te cōfugimus:ī te spē nostrā omnē reponētes.ut tua uictoria nos ī p̄ria restituat.
Leges siluere:qa cōtra bellū & arma leges nihil ualēt.nā leges silēt īter arma. Patimurq; uolētes exiliū:Nō
īuiti:sed nr̄a spōte libēter exulamus cā tua. Facit uictoria ciues : Sed uictoria tua nos q hostes iudicati su
mus ciues restituet. Dū trepidās: sed si uis scire sētētiā meā declarabo:& arguit a facili:sicut romanis pu/
nire seruos ē utile:& sicut ab honesto arguimus:sic a facili .i. cū ostēdimus qđ fiēdū ē cēsemus facile eē:qđ
magnā uī ꝑsuasionis hēat:declarat. Nā cū exercitu tuo romā īuaseris Pōpeiū & alios romanos armatus &
paratus īperator īermes offēdes:facile ergo erit illos subigere.deide arguit a minori ad maius . si maior la/
bor fuit:maiusq; piculū debellādi galliā.q̄ minus erit ī debellāda roma.debes ergo hāc rē suscipeř o Cæsar.
Tolle.i.aufer. Partes.s.cæsaris & pōpei:quæ ī dubio sūt. Tolle moras : qa nocuit sēp differre paratis:
sētētia ē generalis. Par labor:Si par eēt labor & piculū ī capiēda roma:q̄tus fuerit ī debellāda gallia:appe
Sternere arguit a facili ꝑ ſimile. Sternere :ꝓ ſterneris a me. Vt:ꝓ ſicuti. Catulo lepidus:nũc arguit a facili.ſ.facile erit Põpeio uincere cæſarẽ: qui ſemꝑ uincere cõſueuit:arguit ẽt a poſſibili:a maiori ad minus:nã ſi magnos imꝑatores uici:uincã ẽt minores:ulterius uult cõparare cæſarẽ fugitiuis ut bellum hoc nõ dici poſſit:ſed potius latrociniũ. Catulo lepidus.M.æmilius lepidus cũ tentaſſet acta Syllæ reſcidere bellũ excitauit:unde a.Qu.Catulo eius collega pulſus ẽ:qui cũ ſe ĩ Sardiniã recepiſſet bellum molitus ẽ:ubi paulo poſt periit:& ſternere. Vt:pro ſicut. Carbo: q paſſus noſtras ſecures tegit̃ ſicano ſepulchro.Cn.Pom.cũ imperio miſſus ẽ in ſicilia aduerſus carbonẽ a Sylla ꝓſcriptũ:quẽ ẽt occidit:& turpiter mortuus ẽ:nã cũ ducerent̃ ad ſuppliciũ:periit tãtũ tẽporis ſpaciũ ut aluũ leuaret ut Val.in cap.de his qui turpiter uixerũt. Secures:quia iuſſit cũ uirgis cædi:& ſecuri ꝑcuti. Sicano ſepl.in ſcicilia.n.res geſta ẽ. Quique feros mouit.Sertorius a ſylla proſcriptus in hiſpania citeriore bellũ ingens excitauit:& profligatus a.M.Antonio:&.M.Perpenna:aliiſque coniuratoribs in conuiuio trucidatus eſt: imperium per Mar.perpennam tranſlatum eſt:quem paulo poſt uicit Pompeius atque interfecit ĩ hoc bello. Mouit feros hiberos:quia prius ꝙ bellum motum fuerat illum recepit hiſpania. Exul:quia proſcriptus ẽ a Sylla. Hiberia:hiſpania ab hibero fluuio appellata. Quanꝗ:arguit a facili per argumentum a maiori ad minus:q̃ſi dicat hoc mihi dedecori eẽ uidebitur:ut te o Cæſar uincam qui magnos imperatores uincere conſueui cum tu fugitiuis & gladiatoribus aſcribi potius debueris q̃ ducibus romanis.Vtinam inqt Craſſus e parthia uictor rediiſſet:quẽadmodum enim ſparthacum fugitiuum & gladiatorem Sparthorũ ducem uicit:ita te quoque fugitiuum & gladiatorem uinceret:unde dicit indignor quaſi ut tibi obiiciar:cũ alios imperatores præſtantiſſimos uicerim. Quãꝗ:tu ſternere a me o Cæſar:ſicut ſtratus eſt Lepidus: Carbo & Sertorius qui fuerunt imperatores romani minime:contemnendi. Sed tamen inuideo:indignor tunc cum his annumerari qui connumerandus es cum fugitiuis. His:magnis imperatoribꝰ quos ſupra dixi. Si qua fides:ſcilicet eſt tibi. Noſtraſque manus: ſcilicet indignor & inuideo. Oppoſuit furenti:ideſt tibi gloria erit periiſſe auſpiciis noſtris:ideo inuideo tibi quia mereris ſterni a minori duce: ut pote a Craſſo. Parthorum:utinam ſi fieri poſſet Craſſus e Parthia uictor rediiſſet:qui fugitiuos uincere conſueuit. Hoſtis:ſcilicet cedit. Ab oris ſcithicis:ſcilicet ubi delatus eſt Craſſus cum exercitu a rege Syriorum:ſcilicet ab Arſacide. Simili cauſa:uidelicet latrocinii:quia ſicut Sparthacum gladiatorem & fugitiuum ſupetauit:ita te fugitiuum uinceret.Tres gladiatores legitur fuiſſe:qui bellum periculoſum populo Romano intulerunt.ſcilicet Craſſus:Oenomaus & Sparthacus:nam Sparthacus cũ triginta milibus eiuſdem fortunæ uiris bellum fecit populo ro.erupitque per campaniam communẽ: & infeſtam illam regionem reddidit cum uniuerſa acie cum imperatoribus romanis conflixit eoſque cum exercitu ſuperauit:Tandem a Lucio Craſſo uicti pulſi atꝙ fugati:is ad extremum angulum Brutioꝝ incluſus fugam fruſtra tẽtauit:eruptiõe deĩde facta ut dignum uiris erat:mortẽ ſparthacus non timens in bello fortiterꝙ dimicãs taquã bonus imperator occiſus eſt:ita te uincam o Cæſar qui Sparthaco potius es comparãdus.

Nec magis hoc bellũ quã cũ catilina parauit
Arſuras in tecta faces:ſociuſꝙ furoris
Lentulus exertiꝙ manus ueſanã cethegi.
O rabies miſeranda ducis:cũ fata camillis
Te cæſar magniſꝙ uelint miſcere metellis
Ad cinnas marioſꝙ uenis: ſternere profecto:
Vt catulo iacuit lepidus:noſtraſꝙ ſecures
Paſſus ſicanio tegitur qui carbo ſepulchro.
Quique feros mouit ſertorius exul hiberos:
Quãꝗ ſiqua fides his te quoꝙ iũgere cæſar
Inuideo:noſtraſꝙ manus quod roma furẽti
Oppoſuit:parthorũ utinã poſt prœlia ſoſpes
Et ſcythicis craſſus uictor remeaſſet ab oris
Vt ſimili cã crederes qua ſpartacus hoſtis.

Te quoq;: Arguit a facili:nunc arguit a possibili.uidelicet uires sub sua cõsistere potestãte ostendit atque uirtute qua possit uicere Cæsarem:non usque adeo inquit ætate ,puectus sum: ut arma tractare non possim. Te quoque:Idest similiter cum cæteris. Titulis: Idest uictoris trophæis. Torquendo pilo.i.iaculando telo contra cæsarem. Hæc præcordia:demonstratiue dixit. Disces: o cæsar disces nunc meũ animum ociosum esse: & a bellis dissuetum: q in pace diu fui:quia qui in pace fuerunt: possunt etiam gerere bella si necessitas incideret. Pacem potuere pati: quia sicut pacẽ ita bellũ sustinere possum. Licet

Te quoque si superi titulis accedere nostris
Iusserunt:ualet intorquendo dextera pilo.
Feruidus hic iterum circa præcordia sãguis
Incaluit: discet non esse ad bella fugaces:
Qui pacem potuere pati:licet ille solutum
Defectumq; uocet ne uos mea tereat ætas:
Dux sit in his castris senior.dum miles in illis
Quo potuit ciuem populus pducere liber:
Ascendi:supraque nihil nisi regno reliqui.
Non priuata cupit romana quisquis in urbe
Pompeium transire parat:hic consul uterq; ẽ:
Hinc acies statuta ducũ est:cæsar ne senatus
Victor erit: nõ tam cæco trahis omnia cursu
Teque nihil fortuna pudet: multis ne rebellis
Gallia iam lustris ætasque impensa labori
Dant aĩos: rheni gelidis qđ fugit ab undis:

ille:Nunc Põpeius suis cõfirmatis argumẽtis debere milites suos bellum suscipe aduersus Cæsarem: nunc refellit argumẽta aduersariorũ.s. Cæsaris qui dicebat superius uẽiat lõga dux pace solutus ille appellat me solutũ pace refello: ergo cõmilitones oratorie refellit & defendit:q ille obiiciebat ĩ suã uertit utilitatẽ:sed q senior esset: & longa pace solutus: respõdet hoc uerbo q utilitates incõmodũ suũ uertit. Dux:cõcedo q ego sim senior uobis:sed quãto magis sum senior:tãto magis etiã peritior ĩ re militari. At ille uero Cæsar iuuenis est ut miles potius q imperator appellari possit. Licet: ,p quãuis. Senior.s. sit miles illis castris: & sit iuuenis dux.sed nobis sit senior dux & milites iuuenes. Quo potuit. Arguit nunc ab auctoritate.nam hæ sunt pres quæ ualẽt ad Impatorẽ ,pbãdũ:ut dicit Cicero.s. uirtus & auctoritas:ostenditq; auctoritatem senatus tantã esse ut fortunã sine pudore pati nõ possit uno a latrone superari:ab auctoritate sui:ergo refellit dicẽs sed ad eum dignitatis gradum euasisse:quo nullus superior est:nisi si aliquis regnũ appetat: ideo Cæsarẽ in inuidiã adducit: qui maior uult esse Põpeio. sed hic nõ ciuicam: sed tyrãnicam cõditiõnem appetit: sicut Cæsar: Ascendi: ad eum dignitatis gradum euasi. Quo:ad quẽ gradũ. Liber.i.q in libertate sit nõ sub tyrãno. Supraq; nihil: Supra gradũ illum quo euasi nihil reliq nisi regnũ:nisi si aliqs fieri rex appetit:plane hic ĩ cæsarẽ loquit:q cũ maior esse Põpeio uelit regnũ appetit. Quisq; ,p quicũq;. Pom.trãsire.i.pat esse Pom.supior. Nõ pri. nõ priuatã uitã ĩ Romana urbe:sed regiã dignitatẽ appetit. Hinc cõs.nunc ab auctoritate cõsulũ arguit:totiusq; senatus. Hinc a ptẽnsa. Vterq; cõsul.s.Lẽtulus & Gabinius uel Marcellus. Cæsar ne.s.uictor erit senatus cũ indignatiõe legẽdũ.i.uicet ne Cæsar senatũ: Trahis oĩa cæco cursu.i.adeo impudẽs ẽ fortuna:ut tãtũ decus patiat senatus. Nil pudet: ,p non ullius rei te pudet. nomẽ ,p aduerbio. Multis ne rebellis: refellit ea quæ ab aduersario dici poterãt.s.nõ uices Cæsarẽ o Põpei:q galliã & fortissimas gẽtes subegit:ũde Põpeius hoc argumẽtis leuat qđ negare nõ põt:sed qđ ẽ qđ tibi spẽ dederit: o Cæsar:ut arma cõtra me uel senatũ ausus fueris sũere. Gallia.s.quã uicisti.x.ãni fluxerũt:ex quo cõtra gallos bellũ geris:q tibi sẽp rebelles fuere:nec unq eos subigere potuisti. Multis lustris:nõ erãt multa lustra:sed duob tantũ lustris galliã oẽm subegit cæsar:qa cũ cæsar qnq;ãnis galliã tẽuisset eã senatui populoq; ro. subegisset & eã tributariã fecisset: ps illius restabat:ũde obtinuit ĩ alterũ lustrũ:ut sibi ,puĩcia ,progaret:ergo duob lustris galliã dbellauit. Aetasq; ĩpẽsa labori.qa ætatẽ cõsũpsisti ĩ debellãda gallia. Dãt aĩos:& loq ad Cæsarẽ:qsi nõ ad secũdã psonã sed ad tertiã:sed scio q es demẽs ac temerarius q bellũ cõtra nos inferre uis. Rheni dãt aĩos: tibi q ad rhenũ flu.ptinet ita legi:cũ hunc flu.cæsar põte iũxisset:cũq; bellũ suscepisset: q nõ alius ũq fecit traductis copiis ĩ finib hostiũ paucos dies moratus est:ut uicis & ædificiis exutis in fines ureorũ se cõtulit:& ad auxiliũ pducti sũt ne a Sueuis puenireẽ a qb cognouit sueuos more suo liberos: uxores resq; suas oẽs ĩ syluis dposuisse:& oẽs q arma ferre possẽt ĩ unũ locũ cõuenisse hoc ubi cõpit cæsar bellatis oib rebus: p qs exercitũ uehi posset:tũ exercitũ trãs rhenũ duceẽ statuit:ut germãis metũ ĩferret:& urbãos obsidiõe liberaret ũde satis eẽ ad gloriã & utilitatẽ arbitrãs exercitũ ĩ galliã traduxit:põteq; rescidit: iste uero dicit fugisse ex oceano ĩ galliã:sed nõ uerũ ẽ qa domitis hostib se ĩ galliã ,puĩciã recepit. Hæc.s. dãt aĩos Cæsari. Terga britãnis:sicut a germãis:ita a britãnis dicit fugisse Cæsarẽ.Ita se hẽt de britãnis historia. Cassiuelinus dux britãnorũ uastatis agris dtrimẽtisq; acceptis:& ĩ primis ciuitatis defẽsiõe pmotus Atrebatẽ:Onomiũ legatos ad cæsarẽ de dditiõe misit:Cæsar q ĩ cõtinẽti firmare cupiebat obsides Britãnis ĩpauit Britãniãq; po. Ro tributariã fecit:& obsidib acceptis in Galliã copias traduxit non igiẽ fugit immo subactis britannis spõte sua se cum exercitu recepit in Galliam: sed Pompeius res quas negare non potest Cæsari leuat,

Oceanuq́: nã uenit in britãniã cæsar:& duxerat ad oceanũ usque exercitum:post quẽ est britãnia: quæ alter orbis terrarũ a nõnullis dicit.unde & Virgilius. Et penitus toto diuisos orbe britãnos. Incerti ꝓfundi stagna:qa uocat oceanũ tanq̃ stagnũ. Britãnis:quos ipse temere iuaserat: ideo terga dare coactus ẽ cæsar. An uanæ:refellit ꝙ cæsar dicere posset.Facile erit uĩcere Pom.q romã deseruit.ũde dicebat iferius Cæsar ꝓ qua pugnabit urbe: ac si.d.si parũ tutus in urbe romana uidebat Pom.ubi tutus eẽ poterit a cæsare:ũde se nõ fugere inqt:sed senatus me secutus est nõ fugiẽtẽ:sed cõsilio bella gerẽtẽ: nam ciuibꝫ parere uolui: ne si ĩ urbe ꝑmanerẽt detrimẽti aliqd ciuitas caperet. Vanæ minæ.s.cæsaris:rursus oratoriæ ĩ laudẽ & utilitatem suã uertit: ꝙ cæsar dicere poterat:o demẽs cæsar nõ ẽ ita:ut tibi ꝑsuasũ ẽ .s.ꝙ fugerĩ ex urbe metu tuo:sed me ducẽ sequunt quocũq; signa tuli. Sequũt.s.Ro. Demẽs: temerarie. Qui:ab auctoritate sui & uictoriis arguit:& a maiori ad mius ego põ. q maiora bella cõfeci: minora ẽt cõficere potero & uicere: ũde introducit a poeta Põpeius q res oẽs gestas suas breuiter & succicte cõmemorat. Signa tuli: me ideo iqt sequũt:qa me ducẽ existimãt idoneũ:cũ ea ãte oculos ponũt:q̃ toto orbe terrarũ magna uirtute gessi. Ante bis exactũ:lege gabinia ꝑfectus ẽ Pom. maritimæ regioni:nã mare ĩfestũ reddiderant pyrratæ adeo ut nec portus Caietæ: ĩmo nec hostiæ tutus esset qn ĩ terras ascẽdebãt:& latrociniũ exercebant: duo priores Ro.cũ insignibꝫ ipii capti sũt: capta est ẽt .M. Antonii filia:cũ ĩ agrũ ꝓficisceret : & magna redẽpta est pecunia:illi ergo regioni maritimæ ꝑfectus ẽ Põpeius:q postq̃ infestaret eos pyrratas mar totũ duorũ mensiũ spatio liberauit:quos maiore ex ꝑte captos nõ occidit:sed cogitans hominẽ eẽ rationis participem: existimauit uitæ mutatione atque locorũ posse feritatem deponere: constituit eos in continentem deferre:& ꝑte quidẽ eorũ urbes pu æ desertæq; receperũt : cõcludẽs cũ plures ĩ solorum urbe accepit:quæ urbs restituta a Pompeio fuit: quam tygrannes armeniæ rex nuper desertam fecerat. Alii Tygnem Achaiæ ciuitatem tunc ciuiubus uiduatam incoluerũt: hoc narrat Põpeius ꝙ bellum ingens aduersus pyrratas con fecerat.usque ad illum locum cõstrue:pyrrata pelagi & cætera. Qui:ego. Signa:aquilas. Ante bis exactum & cætera : Idest ante duos menses : quia singulis mensibus luna crescit & decrescit. Pyrata: prædator. Idest transeundo:quia ex transuerso simul ac nauem uiderent in eam transeundo mare impetum facientes eam depredabãtur. Metuens: Scilicet me & arma mea. Angustamque domũ: Idest paruam habitationem qui tantum mare infestum reddebant contenti fuere breui spatio terræ. In sede::in urbibꝫ paruis ut solorum urbe quam Põpeius restituit a tygrãne Rege armeniæ:& in urbe tygnæ Achaiæ ciuitate: quam Pompeius ciuibus uiduatam pyrratis habitandam restituit. Idem per scythici. Narrare cœperat uictorias suas Pompeius quas in uniuerso orbe terrarum pepererat:quod nunc etiam facit:nam gentes bello subactas dinumerat: dum fugientem Regẽ prosequitur Mitridatẽ ut supra dictum primo quidem Mitridates a lucullo sæpe acie uictus:tãdem ad tygrãnẽ confugere coactus est: cũ quo & ipi tygrãnes aliquotiens fusus atque fugatus: postq̃ nulla spes esset a tygrãne defendi : alias gentes & ignotas quærere constituit. Fugit igitur in Bosphorũ atque Meotĩ in ultimas terras se recipiebat Ponpeius:tamen fugientem persequitur qui per populos Bosphoro ac Meotidi uicinos incõmoda multa passus est : sed nationes ac gentes per quas iter faciebat bello subegit : nam hac Pompeii expedititione domitta insula ponti Armenia: Cappadocia:Palestina:Arabia: India: & pyaratæ omnes : Paphlagonia : Media:Colchis:Hyberes:Albani:Syria:cilicia:Mesopotamia:Phœnicia:hæc igitur enumerat Pompeius breuiter:quæ in excursione illa breui temporis spacio cõfecerat. Idem : Ego Pompeius. Profugum regem coegi: Scilicet mitridatem. Per diuortia : per diuerticula: quia huc & illuc fugiebat Mitridates salutis suæ incertus. Schytici pontí:Scilicet per gentes Bosphoro ac Meotidi paludi accolas. Indomitum regem : Mitridatem qui antea uinci non poterat ab imperatoribus Romanis : non a Lucullo: non a Sylla. Sylla fœlicior: quia neque sylla hoc effecit: quanuis ipsum regno mutilasset. Pars mũdi: & profecto hoc Pompeio cõtigit: qđ nemini alii impatorũ Romanorũ:nã de tribus partibus orbis terrarũ triũphauit:de Lidia uicto Domitio:de Europa pulsis e maritima regiõe pyrratis:postremo de Asia:de uictis gentibus & nationibus paulo ante dictis. Quocũq; sub sole:siue ĩ libya siue in Europa:siue in Asia.

Oceanũque uocans incerti stagna profundi
Terita quæsitis ostendit terga britannis?
An uanæ timuere minæ quod fama furoris
Expulit armatam patriis e sedibus urbem?
Heu demens nõ te fugiũt:me cũcta sequũtur
Qui cum signa tuli toto fulgentia ponto
Ante bis exactum quã cynthia cõderet orbẽ
Omne fretum metuẽs pelagi pyrrata reliquit
Angustãque domũ terrarũ in sede poposcit.
Idem per scythici profugum diuortia ponti
Indomitũ regem:romanaq; fata morantem
Ad mortem sylla fœlicior ire coegi.
Pars mũdi mihi nulla uacat:sed tota tenetur
Terra meis quocũque iacet sub sole tropheis.
Hinc me uictorem gelidas ad phasidos ũdas

Arctos.i.septētrio. Ad phasidos ūdas:qa dū ꝓsequitur Mitridatē cœpit populos oēs pōtū: Armeniā: Cappadociā:Paphlagoniā:Mediā:Colchidē:ubi ē flu.phasidos. Phasidos flu. colchoꝝ ī septētriōe. Cognitus axis Aegipto:ꝓpter palestinā dixit:q̄ est ps ægypti ꝓuīciæ. Medius axis:uidelicet meridies:nullā mūdi ptē uult relinquere:nā septētrionē:meridiē: oriētē & occidētē:oēs ptes mundi cōmemorat Pōpeius: ubi uictoriā cōsecutus est:dixit de septētrione:qa uidelicet colchidē uicit: nūc de meridie dicit ꝓpter palestinā. Calida ægypto:qa in meridie est:ideo calida & sub torrida zona exposita. Atq̄.s.est cognitus.

Arctos hēt:calida medius nihil cognitus axis
Aegypto:atq̄ umbras nusq̄ flectente syene:
Occasus mea iura timēt tethymque fugacem
Q ui ferit hesperius post oīa flumina bethys
Me dōitus cognouit arabs:me marte feroces
Eniochi.notiq̄ erepto uellere colchi:
Cappadoces mea signa timēt & dedita sacris
Incerti iudea dei.mollesque sophenæ
Armenios cilicasq̄ feros taurosque subegi.
Q uid socero bellū præter ciuile reliqui?
Verba ducis nullo ptes clamore sequuntur:
Nec matura petunt promissæ classica pugnæ.
Sensit & ipse metū magnus: placuitq̄ referri
Signa.nec in tātæ discrimina mittere pungæ

Axis syene.i. ꝓpter syenē ablatiue positus ē:nā græce locutus sicut thebe thebes:ita syene syenes. Nusq̄ flectente ūbras.qa syene ciuitas ī ægipto ē: ubi radii solis terrā ppēdiculariter adeo fuerit: ut ī nullū corpus ūbrā faciāt qa quāto magis sol capiti nostro ppēdiculariter positū ē tāto breuiorē capit umbrā: sed si ppēdiculariter ē: nulla penitus ūbra suscipere tur: hæc ciuitas ꝓbaꝛ eē ī medio mūdo. Occasus de septētrione & oriēte dixit: nūc de occidēte dicit ꝓpter hispaniā:quæ ī occidēte ē ubi Sertoriū expugnauit. Mea iura:meā potestatē. Bethis:q flu.ē hispāiæ:ūde dicit Solius ꝗ memorabilib9:q̄ Bethica hispania ē appellata. Me domitus: nūc de oriēte dicit. Arabs:ꝓpter Arabiā dicit:iudeā: phœniciā:& Palestinā. Eniochi.s. me cognouerūt sūt populi colchidos. Noti.i.cogniti & famosi. Eniochi.i.noti colchi. Erepto uellere: nā colchoꝝ nomē uulgatū ē ꝓpter aureū uellus qꝺ Iasō cum argonautis rapuit:fabula nota. Cappadoces:qa dū ꝓseqꝛ fugientē Mitridatē oīa lustrauit loca Pōpeius oriētis:sed primo ēt tygrānē uicit: q cū Pōpeiū successisse lucullo audiuisset: nam filius eius a pr̄e tygrāne defecerat:& Pōpeiū in Armeniā uocauerat tygrannes certior factus de humanitate Pōpeii ipsū adire cōstituit: & cū equo ueheretꝛ a lictorib9 Pōpeii iussus ē descēdere:q̄ uidelicet nemo peregrinus in castra romana equo uectus uenire cōsueuerit:paruit tygrannes & gladiū eductū præbuit militibus:deīde cū ad cōspectū Pōpeii uenisset:& coronā ante pedes Pōpeii deponere uellet:Pōpeius præuentus est:qui eum dextera porrectū ī proximā sedē:idest sinistrā apud se collocauit.Tūc Pōpeius inqt q̄ tibi ablatæ fuerāt Armeniæ partes.s.Siria Cilicia:cappadocia: Gallatia:Sophone: lucullo ascribēdū est:quæ autē nunc usq̄ tenuisti: si nouē milia talēta pro reliquo solueris:oīa possidebis: delectatus est his uerbis tygrānes:cū etiā Pōpeii milites eum Regē salutarēt: ꝓmisit militi eminā: Cēturiōi uero eminas.x.Tribuno aūt militū.x.talēta:hæc cū audiuisset filius eius ægre tulit:ad cœnāq̄ uocatus uenire noluit:q̄ diceret se nō ægre Pōpeio:q res has magnifaciebat:& Romanoꝝ aliū inuētutū esse Pōpeius: tradidit illū custodibus ad triūphū seruādū:q'in triūphū a Pōpeio cū cæteris captiuis ductus ē. Cappadoces mea signa tenēt:qa cappadociā ablatā Regi tigrāni restituit: Cappadoces sūt populi ī capite Syriæ:taurū mōtē ab oriēte Cappadocia spectat:cui mōti tauro & Isauria subiacet atq̄ Cilicia:ideo cum dixit Cappadoces: statī has ꝓuīcias noīauit cū tauro mōte. Incerti iudea dei: īmo tu īcertū deū colis īsane poeta:sed iudei unū deū ueꝝ solūq̄ colebāt. ideo locutus ē sicut uulgo crediderūt gētes: quia deū unū uerū colebāt iudei:necnomē īponebāt:ideo deos īcertos colere dicebāꝛ: se uero deos certos colere dicebāt ueteres:qa illis noīa īponebāt:noīaq̄ appellabāt:Ioué:Martē:Neptunū. Iudea dedita sacris:iudeā ut āte dictum subegit Pōpeius:& tēplū ad id tēpus īuiolatū spoliauit:Aristibolūq̄ Regē indiæ cœpit: & secūq̄ illū ī captiuū duxit. Sophenæ armenios:gallatiæ finitimi sūt. Molles:dixit ꝓpter benignitatem aeris sic.Virgilius:Et mollis gētes.p.m. cœpit. Cilicas.ꝓpter pyrratas dixit. Taurosq̄:q iuxta taurū mōtē habitabāt:nā tauꝝ mōtē Cappadocia ab oriēte spectat cui subiecta ē Isauria & Cilicia. Quid socero bellū: qꝺ deniq̄ reliq socero cæsari præter ciuile bellum.q.d.nihil.omnia eni bella confeci toto orbe terrarū. Socero:cæsari. Verba ducis:Hæc ubi dixit Pompeius nulla subclamatiōe probata sunt:ut taciturnitas Pompeio suspecta fuerit:ideo non est ausus contra cæsarem ducere exercitum timentē:sed satius esse existimauit in locū tutum.s.brūdusium. Nullo clamore non esse subclamatum a militibus: ut solet fieri cū orationem ducis comprobant. Matura classica: Idest signa propere data. Promissæ linguæ: quia promiserat si animus ita fuisset Pom.militibus se signum daturum ut castra mouerent: & cæsarem qui Italiam populabaꝛ uniuerso exercitu petere. Matura:oportuna. Sensit & ipse metum magnus: Idest Pompeius: uidelicet ex eo q̄ tacitos milites uidit: cœpit & ipse metuere. Metum : militum suorum. Placuit: Pompeio. Referri:retro ferri:iam enim milites procedere cœperunt: Mittere:exponere. Discrimina:pericula.

Iam uictum fama:quia antequã cæsarem uideret.iam ferme uictum metu uidebatur. Nõ uili:nondũ
uenerat in conspectum. Pulsus ut armẽtis:similiter ostendit quomodo Pompeius se in tutum locum re
cepit metu suorum militum deterritus: quemadmodum facit taurus. Incertus inquit & pudibundus ag/
men auertit Pompeius nõ aliter q̃ taurus alterius tauri metu deterritus & uictus solitudinem petit: ubi se/
tantisper exerceat: & resumptis uiribus aduersarium repetat: ita Pompeius fecit. Sic: eo modo. Tra/
didit:Scilicet cæsari. Armentis:pro ab armẽtis. Primo certamine: Idest prima pugna.primo dixit: qa

Iam uictum fama non uisi cæsaris agmen
Pulsus ut armentis primo certamine taurus
Syluarum secreta petit:uacuosque p agros
Exul in aduersis explorat cornua truncis.
Nec redit impastus nisi cum ceruice recepta
Excussi placuere tori: mox reddita uictor
Quoslibet i saltus comitãtibꝫ agmina tauris
Inuito pastore trahit. sic uiribus impar
Tradidit hesperiã: ꝓfugusque p appula rura
Brundusii tutas concessit magnus in arces.
Vrbs est dicteis olim possessa colonis
Quos creta ꝓfugos uexere p æquora pupes
Cicropiæ.uictum mentitis thesea uelis.
Hanc latus angustum iam se cogẽtis in arctũ
Hesperiæ tenuem ꝓducit in æquora linguam
Adriacas flexis clauditq; cornibus undas
Nec tamẽ hoc arctis immissũ faucibꝫ æquor
Portus erat.si non uiolentos insula choros
Exciperet saxis.lassasq; refunderet undas

non secunda uice pugnauit. Siluarum secreta:per
solitudines. Vacuos:armẽtis. Exul:qa pascuis suis
depulsus ẽ quasi extra ꝓpriũ solum sit. Explorat
.i. exercet tẽtat. In aduersis truncis:in oppositis qa
ipse cornibus inuadit tunc arbores: ut ita exercita/
tus acrior ad pugnam redeat. Impastus: qa quasi
dedignatur carpere gramẽ:donec uires suas perfece
rit:ut se nõ parem modo:sed superiorẽ eẽ existimet
aduersariis. Ceruice re.pla.to.sicut Virgi.Et cru/
rum tenus pẽdent palearia mẽto. Excussi:quia cũ
caput excutitur colla quatiũtur & palearia. Reple
ta.s. sanguine: qa ante sanguinẽ fuderat:dum certã
do uincitur ab aduersario. Mox reddita uictor:qa
quæ ãtea uictus amiserat: nũc rediit uictor. Inui
to:nolente pastore. Quoslibet in saltus: quocũq;
uolueritipse. Trahit agmina.s.armenta. Comi
tãtibus tauris.s.ipsum quasi triũphãtem & uictorẽ
Sic:pari rõne. Mox:secunda pugna. Vrbs est
dictei::dixit supius Põpeiũ:postquã sensit aĩos mili
tum suoꝝ non satis cõfirmatos ad bellũ:metu cæsa
ris deteritos petiisse brũdusium:nunc describit sitũ
urbis Brũdusii:& topographia est:Idest ueri loci de
scriptio:potesia ẽ ficta q̃lis apd̃ Vir. Est i secessu lon
go locus.Hæc urbs brũdusii a cretẽsibꝫ cõdita fuit:
his q uecti sũt naue thesei:postq̃ deuicto Mĩotauro
Athenas uictor rediit:nec mẽinit mutare uela:sicut
ægeus pr̃ mandauerat.Fabula hoc hẽt Androgæus
erat minois regis filius nobilissimus athleta:q cũ iu
uenes atheniẽsiũ uirtute superet:ĩuidiã cõtraxit nimiã:hũc igiẽ æq̃les ĩ terrã editissimã subductũ ĩ mare p̃/
cipitauerũt.minos Rex cũ frustra filiũ suũ repeteret bellũ atheniẽsibꝫ ĩtulit:cũ uniuersa classe: q cũ obsidio/
nẽ ãplius tolerare nõ possẽt ĩ deditõem uenerũt hac lege:ut quot ãnis septẽ uiros Mĩotauro deuorãdos mit/
terẽt:mittebãt igit singulis qbusq; ãnis septẽ uiri:q cũ Minotauro certarẽt:& si uicti fuissent ab eo deuorabã
tur:primo mittebãt plebei.multitudo cũ gẽtẽ suã pdi uideret facta seditiõe ĩ urbe diutius hoc passi nõ sũt:
& ita coactus ẽ ægeus Rex Atheniẽsiũ:sorte nobiles eos educerẽ q mitterẽt. Accidit igr̃ ut sors caderet ĩ The
seũ ægei Regis filiũ & nobilissimũ quẽq; atheniẽsẽ:cui igit filio Theseo ꝓficiscẽti & nauigãti ĩcretã:pr̃ mã
dauit & si uictor occiso Minotauro rediret:uela ex nigris ĩ alba mutaret:Theseus igit occiso Mĩotauro ope
Adrianæ filiæ minois:cũ eã phedrãq; sororẽ adduceret p̃nimia festinatõe oblitus ẽ uela mutare: pr̃ ægeus
cũ filiũ redeũtẽ ꝓspiceret locũ eminẽtẽ cõscẽdit nauẽ rdeũtẽ uidit uelis nigris:& existimãs filiũ suũ a mino
tauro deuoratũ:cũ supstes post illũ eẽ nollet:se p̃cipitẽ dedit ĩ mare:& de suo noĩe mare ægeũ appellatũ ẽ.di
cit ergo q; cretẽses:q uecti sũt naue Thesei hãc urbẽ condidisse:& reuera ætholii q cũ duce diomede uenerũt
ĩ italiã brũdusiũ cõdiderũt:deĩde ab appulis pulsi sũt. Creta.s.a. Velis mẽtitis:qa uelis nigris rdiit These/
us uictor:& mẽtitæ sũt uictorẽ eẽ theseũ. Hic latus:Italia a circio ĩ eurũ extẽdit.i.a uẽto: qa collateralis oc
ciduo ẽ:habẽs ab Africo mare tyrrhenũ:ab oriẽte Ioniũ:a borea adriaticũ sinũ:ubi ẽt ĩ ãgustũ cõtrahit:ibi si
ta ẽ ciuitas Brũdisii de q̃ loqt hoc loco:& dicit ĩ liguæ modũ eẽ qa ĩ oxigonũ.i. ĩ acutũ ãgulũ extendit Italia:
ubi ædificata fuit brũdusiũ. Ligũã tenuẽ:q ĩ modũ tẽuis liguæ subit adriaticũ. Producit:porrigit. Hespe
riæ:italiæ. Cogẽtis se ĩ ar.qa Italia desinit ĩ oxigonũ.i.ĩ acutũ ãgulũ. Quæ:ligua. Claudit ũdas.i.facit por
tũ. Cornibꝫ flexis: dicit ex hac ligua oriri duo cornua qbꝫ mare coercet:ut sit nauibꝫ tutissimus portus.
Nec tamẽ:& q̃q̃ ĩqt:lingua illa q̃ mare coercet portũ faciat:tamen nisi rupes altissiæ ĩsulæ.ubi oppositus est
portus uẽtos prohiberẽt:non sic tutus esset nauibus portus:ergo saxa defẽdũt locũ illũ a uentis ut sit statio
fida carinis. Tũ:Idest q̃q̃ ligua obductis cornibꝫ claudat mare. Faucibꝫ.s. liguæ illius. Saxis:rupibꝫ altis.
Lassas ũdas: fatigatas: qa q̃si frãgũt ũdæ cũ sæpe scopulũ pcutiũt:sicut Vir.iq; sius scĩdit se se ũda rductos.

Hinc illinc mõtes scopulosæqꝫ rupis aperto
Opposuit natura mari:flatusqꝫ remouit
Vt tremulo starent contentæ funæ carinæ:
Hinc late patet omne fretum seu uela ferantur
In portus corcyra tuos.seu leua petatur
Illyris.ionias uergens epidaurus in undas:
Huc fuga nautarũ:cum totas adria uires
Mouit.& in nubes abiere ceraunia cunque
Spumoso calaber perfunditur æquora sason
Ergo ubi nulla fides rebus post terga relictis.
Nec licet ad duros martẽ cõuerter̃ hyberos.
Cum mediæ iaceãt immensis tractibus alpes
Tunc sobole e tanta natum cui firmior ætas
Affatur:mundi iubeo tentare recessus.
Euphraten:nilumqꝫ moue: quo nominis usqꝫ
Nostri fama uenit quas est uulgata per urbes
Post me roma ducẽ.sparsos ꝑ rura colonos
Redde mari cilicas.pharios hĩc cõcute reges
Tigranemqꝫ meũ: nec farnacis arma r̃liquas
Admoneo:nec tu populos utraqꝫ uagantes
Armenia.pontiqꝫ feras per littora gentes:

Hinc illinc:uere inq̃ isula illa locũ illũ ut portus sit tutus utrinqꝫ:nã rupes altius insurgũt:ut mare ab utroqꝫ latere coerceãt. Hinc illinc:a dextera & a sinistra. Scopulosæ rupis.i.cũ saxis scopulosis. Apto ma. qa mare ante aptũ erat. Flatus remouit:his scopulis altioribꝰ remouit insula uẽtos:& ut in portu naues retineri possit etiã sine anchora. Tremulo:tremẽti:qa nec tẽdit̃ funis:adeo placidus est portus. Hĩc late: nũc dicit portũ illũ cõmodissimũ nautis:ꝙ ĩ diuersas asiæ ptes dirigit nauigationẽ. Fretũ:adriaticũ. Seu uela ferant̃.s.ĩ aduersas ptes. Corcyra:hãc ĩsulã nũc appellãt Corfu. Illyris leua:a apte sinistra illyricum mare. Epidaurus:quæ ciuitas ãtea Epitaurus appelabat̃:ut refert Strabo:eã cares Aristotile teste occuparũt:nec hæc urbs dicit̃ nũc dyrrachiũ: ut affirmãt nõ nulli:nã dyrrachiũ ut idẽ ĩquit Strabo:alio noĩe dr̃ epidãnũ. Huc fuga:dicit ergo ꝙ fuga nautarꝫ excitat̃ ad hũc portũ:siquãdo uiderint ĩ mari tẽpestatẽ. Adria:adriaticũ mare. Mouit rates.i.uẽtis agitatas naues cõcutit. In nubes abiere craunia qa tãtæ nubes sunt cumulatæ ꝙ cacumĩa cerauniũ tegant.Ceraunia sũt mõtes epyri sic appellata a crebro fulminũ iactu: nã cheraunos græce:latĩe fulmẽ significat. Sason:Sason ut refert Strabo:ĩsula ĩterualli:qđ ĩter Epyrrũ & brũdusiũ ĩteriacet:media sita ẽ:ea pp qui rectũ nauigãdo tenere cursũ nequeũt a Sasone ad hydrũtẽ:leuorsũ iter faciũt. Calaber: dixit ad differẽtiã alterius:qa Sason mõs ẽ germãiæ unde Sasonia ẽ appellata germania. Ergo ubi:reddit ad historiam cũ se brũdusii recepisset Pompeius uidens spem nullã repositã esse in Italia:ꝙ uidelicet iã oẽm eã Cæsar occupaturus esset: nec transire posset in hispaniã:quia oppositæ erant alpes:statuit mittere ĩ Asiã filiũ natu grãdiorẽ Cn.Põpeiũ & consules qui gẽtes illas & natiões orientales oẽs ad bellũ cõtra Cæsa.cõcitarẽt:ꝙ aliq̃do deuicerat:eius beneficio & liberalitate deuĩctos hẽbat:misit igit̃ Cn. Põpeiũ filiũ suũ in Asiã.Relictis rebꝰ.uidelicet Italis qa iã omne latiũ occupauerat Cæsar. Hiberos: qa claudit̃ hispania alpibꝰ. Cũ:declarat. Natũ.Cn. Põpeiũ uerbis quæ sequũt̃. Cũ:ꝓ q̃do. ad hiberos cõuertere uidelicet transire hispaniã. Immẽsis tractibus alpes:ea ꝑs italiæ:quæ cõmunis ẽ:& cõtigua cõtiuo alpium obicibꝰ obstrĩgit̃:ideo dicit alpes mediæ. Sobole:stirpe Põpeii. Iubeo:uerba põpeii ad filiũ Cn.Põpeiũ. Iubeo tibi o nate. Recessus:idest loca extrema mũdi:recessus dicit̃ locus seorsũ remotus

Eufratẽ:qa ut ante dictũ:dũ Põpeius prosequit̃ fugientẽ Mitridatẽ ad Aegyptũ usqꝫ gẽtes omnes domuerat. Eufratẽ:flu.orientis Nilũ:flu.ægypti. Vsqꝫ quo.ad quem nilũ. Nostri fama uenit:qa postquã dux Romanorũ fui nomẽ romanũ peruẽit ad extrema usqꝫ terrarũ loca:antea enĩ populus romanus gentibꝰ illis ĩcognitus fuerat. Quo nominis usqꝫ.i.ad illũ locũ usqꝫ. Rõa:fama romæ. Cilicas:uidelicet pyratas quos aliquando expuli. Colonas:scilicet cilicas. Pharios:Reges ægypti:uidelicet Ptolemæũ. Tigraneqꝫ meum: Tigranem suum appellauit: quia cum tigranes Mitridatem dimisisset: ꝙ nullius sibi auxilii spes foret filius tygranis a patre defecerat:& in armeniam Pompeium uocauerat: cum quo progrediens multas urbes Pompeius capiebat:certior factus Tigranes de humanitate Pompeii:ad eum uenire constituit:& cum in illius conspectum uenisset:coronam a capite demptam ad pedes Pompeii deponere uoluit sed eum pompeius præuenit illumque correctumdextera in proximam sedem collocauit:deinde ipsum Regem cum uniuerso exercitu appellauit. Tigranem meum:quia uictum in regnum restituit. Nec pharnacis:Pharnax filius Mitridatis fuit:qui patrem & ipse ꝑdidit propter Pompeium: & pater monitus se a filio prodi: sumpto ueneno: quod secum gestabat: ne in triumphum Pompeii duceretur se occidit.

Hyberis:populus scythiæ non procul a monte caucaso. Populos hos: scilicet histrios & Cilicas: colchos: cappadoces uicerat pompeius: dum prosequitur Mitridatem. Dicit igitur hos populos omnes concitet filius meus. Vtraque armenia: maiore & minore usque ad illum locum: pendet scythici: nec subaudi relinquas a superioribus: non relinquas quin ad bella concites. Armenia: cuius Regem Mitridatem uici. Pontique feras gentes: idest maris quod nunc mare magnum appellatur.

Ripheaſq; manus: & quas tenet æquora dēſo
Pigra palus ſcythici patiens mæotica plauſtri
Sed quid plura moror. totos mea nate ꝑ ortus
Bella feres: totoq; urbes agitabis in orbe
Perdomitas. omnes redeant in caſtra triūphi
Et uos qui latio ſignatis nomine faſtos.
Primus in epyrū boreas agat inde per arua
Graiorū macedūq; nouas acquirite uires
Dū paci dat tempus hyems. ſic fat̃ & omnes
Iuſſa gerūt. ſoluuntq; cauas a littore pupes
At nunq̃ patiens pacis: longæque quietis
Armorū: ne quid fatis mutare liceret
Aſſequitur: generiq; premit ueſtigia cæſar
Sufficerent aliis primo tot mœnia curſu
Rupta. tot oppreſſæ depulſis hoſtibus arces
Ipſa caput mūdi: bellorū maxima merces
Roma. capi facilis: ſed cæſar ĩ omnia preceps
Nil actum credēs: cū quid ſupereſſet agēdū
Inſtat atrox: & adhuc q̃uis poſſederit omnē
Italiam extremo ſedeat quod littore magnus
Communē tamen eſſe dolet: nec rurſus apto
Vult hoſtes errare freto. ſed molibus undas
Obſtruit. & latum deiectis rupibus æquor

Riphæaſq; manus. i. ſcythicas: nã de riphæis montibus naſcitur thanais: ad quem uſq; perſequens Mitridatem pompeius gentes omnes Boſphoro & Meotidi uicinas debellauit. Riphæum iugum regio eſt: ut ait Solinus aſſiduis obſeſſa niuibus: pterophon dicūt: quippe caſus continuantium pruinarum quidã ita exprimunt ſimile pruinarum: ſola terrarum non nouit uices temporum: nec de cœlo accipit aliud q̃ hyemem ſempirernam: dannata pars mondi: & rerum natura in nubem æternæ caliginis miſſa. Aequore denſo: Ideſt planicie congelata: quia terga glaciem Meotidis paludis appellat: quæ adeo duro & cõgelato erat tergore: ut plauſtra ſuſtineret. Scythici: declarat illud: pigram paludem. ſcilicet Meotidem. Sed quid plura moror: quid opus eſt inquit ut ſigula loca commemorē: ubi gentes habitant meo bello domitæ: ſed longum eſt ſi omnia narrare uelim. Per totos ortus: per totum orientem. Omnes rdeant in caſtra triumphi: omnes populi de quibus triumphaui in caſtra redeant. Et uos qui latio: Núc pompeius mandat conſulibus quid fieri uelit: & eos in Græciam mittit atque Macedoniá: ut ubicunq; nomen ſuum cognitum eſſet: inde gētes omnes ad bellum excitent: inde ab epyro. Et uos: cõſules Qui ſignatis faſtos. ideſt libros ubi magiſtratuū nomina continebãtur: in quibus ánui magiſtratus continebantur. Agat uos boreas: quia ut ſupra dixi habet a borea: ideſt a ſeptentrione adriaticum ſinum: ubi ſitus eſt Epydaurus oppidum: quod antea uocabatur epidãnum. Vide Strabonem. Primus: pro primum: unde ſuperius ita declarauit poeta portum hunc brunduſii aptum in Græciam nauigantibus in epyrum & in indiam: ſcilicet hinc late patet omne fretum &c. Seu uela ferãtur in. p. cor. tuos. Epydaurus in epyrro eſt Corcyra eſt ĩſula grciæ: unde ab epyro: quæ eſt finitima macedoniæ. Macedum: pro nū. ſincopa eſt. Dat tẽpus hyẽs. i. dū tẽpus hyemis bellū differt. Sic fat̃: primo ad Cn. põpeiū: deinde cõſules. Oẽs: filius & cõſules. Soluunt puppes. nauigant quo qſq; mittebat̃. At nūq̃: Núc redit ad cæſarẽ & dicit quomõ ĩgẽio ꝓmpto erat: & impigro q celeritate cõficiẽdi gauderet: nec unq̃ ſatis feciſſe uideret̃: ubi aliqd ſupeſſe uider̃tur. Aſſeqt̃ ueſtigia Cæſar Segnis. i. tardæ & diut̃næ pacis: qa nõ poterat pacem intermitter̃: ſed bella bellis continuare gaudebat. Ne qd fatis mutare liceret: ne interea dum morã facit fata. i. fortuna: quã ſecundã habebat in aduerſã mutaret̃. Aſſeqtur: urget inſtat fortunæ. Generi. põpeii. Premit: urget. Sufficerent aliis. Oſtẽdit quãtum differat Cæſar ab aliis. cæteri enim ſibi ipſis grande facinus feciſſe uiderent ſi omnem Italiam uiribꝰ occupaſſẽt. At uero cæſar nihil feciſſe uidebat̃: cum nondū tota Italia Põpeius pulſus eſſet: & exercitū ĩ anguſtiis italiæ teneret cūq; adhuc pars italiæ eſſet cū põpeio: ſcilicet Brūduſium quod ẽ in fine italiæ: ꝙ Cæſar pati non poterat. Sufficerent aliis: ſcilicet habere Italiã: & ex omnibus oppidis præſidia Põpeii & ſenatus quem expulerat. Curſu: primo impetu. Ipſa caput: & etiã Roma ſuffiVreret aliis: ſed relicta Roma quæ ẽ caput mondi perſeqt̃ Põpeiū. Bellorum maxĩa merces: quod enĩ maius premium eẽ poterat: de quo inter ſe certantes bellabant q̃ Roma. Roma capi facilis: qa cū deſtituta eẽt a Senatu populoq; Romão: qui omnes ſecuti ſūt Põpeiū: haud difficulter capi poterat: aliis eſſet ſatis hoc feciſſe: ſed alia ratione bellū gerebat Cæſar. Omnem italiam: ſcilicet poſſidebat: quare Cõmunis. ꝙ. pro quia. Extremo littore: Ideſt anguſtiis adriatici maris: uidelicet Brunduſii: ideo exiſtimabat ſibi cum pompeio communem italiam: quod pati non poteſt. Rurſus: ſicut ante fecerat. Errare freto: non uult ut mare occupet ſicut ante ideo tentat excludere a mari Pompeium: ne hic brunduſio exire poſſit. Aperto: libero mari. Molibus: ideſt munitionibus parabat munire brunduſium: ne inſtituit & muros reſcindere & circundare munitionibus ut obſidione oppreſſus Pompeius in deditionem uenire cogeretur: ſed obtinere non potuit quod uolebat. Molibus undas obſtruit: Ingentibus edificiis. Rupibus: ſaxis ingentibus: quaſi fundamentum operis conſtruere uolebat.

Cedit imenſũ caſſus labor: manifeſta hyppalage ꝓ imenſus labor cedit in caſſum .i. fruſtra: nã non obtinuit quod optabat. Oia põ. hau. ſax i. uo. qa tãtæ profunditatis erat ut omnia ſaxa q̃tacũq; forent obrueret. Vorax. i. profũdum mare. Et montes. i. ſaxa tanq̃ mõtes. Immiſcet: tegit. Vt maris: nũc per ſimilẽ oſtendit q; oia ſaxa q̃uis imenſa obruerẽtur undis: quẽadmodũ ſi magni mõtes Ionii ægeiq; maris obruerẽtur: tamen eminere non poſſent. Emineãt: ꝓ emineret. i. extaret. Erix: mõs Siciliæ: in quo Veneris tẽplũ locatũ eſt: teſte Strabone: quod ſingulari ueneratiõe colitur: ſed hac tempeſtate deſolatũ ẽ. eſt & Romæ ante portam collinã deæ huius ædificiũ: quod Veneris Erycinæ tẽplũ dictitãt: cui cũ æde ſacra inſignis adiacet porticus. Celſus: altus. Tamẽ q̃uis ſit celſus. Gaurus: mõs cãpaniæ. Euulſo: abrupto. Penitus: interius: Stagnãtis auerni: Auernus lacus ẽ: qua deſcẽſus ad inferos dicitur: haud ꝓcul a cumis. Rumor erat ĩdigenaꝝ: ut refert Strabo: ſupuolãtes aues: quas teter exhalãs odor exanimaſſet in ipſas aquas decidere: iõ hãc prẽ Plutoni dicatã opinãt. Decidat. ſ. nõ appeat. Ergo ubi: poſt q̃ nõ ualuit ædificia ĩ mari iacere ut Põpeium brũduſii includeret: ſtatuit deinde circundare uallo. Tenuit: firmare nõ potuit. Vado: profũdo. Vadũ dicitur qua uadari poteſt. Innectere: circũdare. Cæſis ſyluis: hoc ẽ uallo munire brũduſium cœpit

Cedit ĩ immẽſum caſſus labor: omnia pontus
Haurit ſaxa uorax: monteſq; immiſcet harẽis
Vt maris ægei medias ſi celſus in undas
Depellatur eryx. nullæ tamen æquore rupes
Emineant. uel ſi conuulſo uertice gaurus
Decidat in fundũ penitus ſtagantis auerni.
Ergo ubi nulla uado tenuit ſua põdera moles
Tunc placuit cæſis innectere uincula ſyluis:
Roboraq; immenſis late religare cathenis
Talis fama cãit tumidũ ſuper æquora xerxẽ
Conſtruxiſſe uias. multũ cum pontibꝰ auſus
Europamq; aſiæ ſeſtonq; admouit abydo:
Inceſſitq; fretum rapidi ſuper helleſponti.
Non eurũ zephyrumq; timens cũ uela rateſq;
In medium differret athõ. ſic ora profundi
Arctantur caſu nemorum tunc aggeꝛ multo
Surgit opus: lõgæq; tremũt ſup æquora tures
Pompeius tellure noua compreſſa profundi
Ora uidens: curis animum mordacibꝰ angit
Vt reſeret pelagus: ſpargatq; ꝑ æquora bellũ
Sæpe noto plenæ tẽſiſue rudentibus actæ
Ipſa maris per clauſtra rates. faſtigia molis

Religare: ſcilicet placuit. Robora: lignoꝝ. Late: ſpacioſe: ſcilicet ut põte cõſtructo adiret mœnia brũduſii. Tales fama: per ſimilen oſtẽdit quomõ mare obſtrueꝛ uoluerit Cæſar: ne nauigari poſſet a Pompeio: quenadmodũ inquit xerſes: cũ ĩ Græcia traiecit in numeꝝ exercitũ. nam. x. cẽtena milia militũ ſecum duxiſſe fertur: ut quacũque iret fluuius deſiccaret. Vnde ẽ illud Iuuenalis. Velificatus athos epotaque fluuĩa medo. Athos mõs eſt Macedoniæ altitudinis admirandæ mari ægeo ſupeminẽs. xerſes cũ bellũ Atheniẽſibus ĩferret facto põte ꝑ helleſpõtũ ex Aſia exercitum traiecit in Europã: deĩde hunc montem Athon defoſſũ: ptim inſulam fecit: ptim montem ꝛliquit: & per mediũ montem nauigabile iter fecit per octuaginta milia paſſuũ. Ideſt octuaginta ſeptẽ miliaria cum latitudinis eẽt paſſuũ mille quingentoꝝ. dicit ergo quẽadmodũ mare helleſpontum: & Athon montem nauigabile fecit: & quod continens erat inſulam reliquerat: ita etiam conatus ẽ nunc facere cæſar ut Ponpeium clauderet & brunduſii obſideret. Tumidum: ſuperbum: quia minatus eſt cum pedes Neptuno tanquam maior eſſet deo. Aequora. ſ. helleſponti. Põtibus: ut maria quoque pontibus queque iungeret. Admouit: adiunxit. Europamque Aſiæ ſeſtonque: epexegeſis eſt: nam ſextos eſt in Europa: abido in Aſia. Que pro ideſt Helleſponti: ſpondaicus uerſus eſt in quinto. Vela rateſque: ideſt uela ratium: endiadis: ſicut Virgilius Molem & mõtes. i. molem montium. In medium differret athon: ideſt per medium montem nauigaret. Ora: ideſt hoſtia maris. Arctantur: ſcilicet a Cæſare Caſu nemorum: ideſt cadentibus arboribus ĩciſis. Tũc: deinde. Opus: quo munire parabat oppidum. Aggere: quia aggerem uallo addidit. Tremunt ſuper æquora turres: quia fundamentum erat inſtabile: ideo turres quæ eminebant inſtabiles erant. Pompeius: Cæſar obſidere parabat pompeium in mœnibus brunduſii: quod cum uideret Pompeius indigno animo ferens quærebat qua ratione poſſet erumpere: nec prius deſtitit q̃ ruptis molibus ſequenti nocte cum omni exercitu egreſſus eſt: hæc hiſtoria ſic continetur apud Suetonium de bellis ciuilibus.

Ore profundi: ideſt hoſtia maris Compreſſa: obſtructa. Tellure: aggere. Noua: inuſitata. Angit cruciat animum curis: quia pati non poſſet ſe incluſum eſſe. Reſeret: aperiat. Spargat: bellum uidelicet claſſe ſua. Sæpe: ut id faceret flante uento & plenis uelis roſtra in moles illas collidebat: ut rumperet: quod quum feciſſet: Iacet undique tellus: ſtatim ex tormentis fracta mole iter aperuit: ut exire poſſet. Quum ita agitaret animo Pompeius ut moles illa deſtrueret. Noto plenæ rates. uidelicet uela ratium plena uentis. Tenſis rudẽtibus: qa ſpirãte uento tẽdunꝛ rudẽtes. Clauſa: a Cæſare.

Diſcuſſere ſalo:ſpaciumq; dedere carinis.
Tortaq; per tenebras ualidis baliſta lacertis
Multifidas iaculata faces.ut tempora tandẽ
Furtiuæ placuere fugæ:ne littora clamor
Nauticus exagitet:neu bucina diuidat horas:
Neu tuba præmõitos pducat ad æquora nau
Præcepit ſociis:iam cœpat ultima uirgo tas
Phœbum laturas ortu præcedere chelas.
Cum taciti ſoluere rates.non anchora uoces
Mouit:cũ ſpiſſis auellitur uncus harenis.
Dum iuga curuantur mali:dũq; ardua pinus
Erigitur.pauidi claſſis ſiluere magiſtri.
Strictaq; pẽdẽtes deducũt carbaſa nautæ
Nec quatiũt ualidos ne ſibilet i aura rudentes
Dux etiam uotis hoc te fortũa precatur
Quam retinere uetes liceat ſibi perdere ſaltẽ
Italiam:uix fata ſinũt.nam murmure uaſto
Impulſũ roſtris ſonuit mare fluctuat ũda
Totq; carinaꝝ permixtis æquora ſulcis
Ergo hoſtes portis quas oẽs ſoluerat urbis
Cum fato conuerſa fides:muriſq; recepti
Præcipiti curſu flexi per cornua portus

Diſcuſſere:diſſipauere. Faſtigia:altitudines. Spaciũ carinis.ut exire poſſẽt. Torta.ſ.eſt: baliſta dicit̃ inſtrumẽtum quo tela maiora iaciuntur:ideo dictum απο του βαλλω.i.a iaciendo.ualeo uerbum a iacio. Validis lacertis:q̃a quibuſdam haſtis torquetur ut intendantur: poſtq̃ intenſæ ſunt remituntur.ſ. ſpacium dedere carinis. Vt tẽpora tandẽ:poſtq̃ ſatis rupta moles eſt Pompeius omnẽ exercitum apparatũ eẽ iuſſit: ut ſequẽti nocte militib⁹ paratis nec ullo bucinæ ſonitu excitatis: ſed clã omnes cõuenirẽt & accẽſis nauib⁹ ex oppido exirẽt ſine monitu Cæſaris. Furtiuæ.i.clãdeſtinæ. Nec clamor nauticus exagitet.ſ.repcuſſione uocis:q̃a iuxta littus:ſi q̃s clamoren ediderit:ſtatĩ uox eius repercutit̃. Neu bucina diui.horas:q̃a noctem ĩ quatuor ptes diuidũt: & una quæq; ps ternas horas cõtĩebat:quæ uigiliæ nocturnæ appellabant̃. Bucĩa.tuba. Horas:ut primis cuſtodib⁹ ſecũdi ſuccederẽt:tertii ſecundis. Deducat:ne tuba ſignum det mouẽdi caſtra: ut inſciis hoſtib⁹ aufugerẽt. Iã cæperat ultima uirgo:nunc d̃ ſcribit tẽpus quo Põpeius diſceſſit e brũduſio:aſtronomice.i.ſecundũ rationẽ ſydeꝝ loquit̃. Dicit autũnale fuiſſe æq̃noctium : quod fit octauo kalẽdas nouebris:ſole ĩ libra poſito. Vernale aũt æq̃noctiũ fit octauo kal.aprilis.ſole in ariete poſito : dixit ultima uirgo:nã ſignifer circulus inquo.xii.ſigna cõtinẽtur.ſ.Aries &c.Ita per zõas tripartitas ĩ obliquũ extẽditur:ut curſum ſolis cõtinet ipſe circulus q̃ zodiacus appellat̃:ita p zõas uertit̃: ut ſol ĩ uno quoq; ſigno menſis unius ſpacium conſumat:ergo deſcendente uirgine ſequitur libra : chelæ ſcorpii libram faciunt: quo circa ultima uirgo inquit : iam cœperat diſcedere ſubſequente libra: Ideſt chelis ſcorpii ſubſequentibus : in quibus curſus ſolis futurus erat cum ergo in libra curſus ſolis eſſe cœperit æquiuoctium eſt autunnale : recte ergo ultima uirgo ideſt ultima pars uirginis . Cœperat præcedere quia cum ſenſim diſceſſerit uirgo : iam ſubſequit̃ libra : tamden cum ad ultimam partem circulus uirginis uenerit perfecta erit conuerſio zodiaci.

Chelas: Ideſt libram. Ortu: quia occidente uirgine oritur libra: & ſtatim eſt æquinoctium autũnale . Quũ.pro quando taciti ſcilicet pompeiani : ne ſentiri poſſent ab hoſtibus . Voces mouit: Ideſt ſonitum fecit . Vncus : ſcilicet anchoræ nullas uoces fecit in euellendo nauta . Dum iuga curuantur mali : Scilicet ne impediri poſſet . Ardua pinus : uidelicet arbor alta nauis . Siluere magiſtri:ipſi quoq; gubernatores nauium taciti ſuum quiſq; officium perfecerunt. Pendẽtes:quia pendere uidentur:cum uel detrahunt & inuoluunt . Stricta carbaſa : inuoluta uela . Nec quatiunt uali.ru.q̃d ſolẽt facere nautæ: ſed non nunc ne concuſſæ rudẽtes ſonitũ r̃dderẽt & ſibilũ auræ facerẽt:ſed ſẽſi & q̃ere trahebã̃r. Dux ẽt:ipſe ẽt põpeius ſolũ nõ reſiſtit tibi o fortuna:q̃a tu nolebas ut ex Italia diſcederet.& ipſe rogat ſibi licere amittere Italiã.i.e manibus cæſaris aufugere:ideo Cæſari Italiam deſeruit. Dux:põpeius. Quã retinere uetas:tu fortũa uetas põpeiũ retĩere italiã:& ipſe cõſẽtit.ĩmo precib⁹ optat ut ſit ſibi fas illã penitus amitter̃. Liceat ſibi pder̃.ſ.iperet põpeius quõ italiã uix fata ſinũt. Nã murmur̃ uaſto:q̃a dũ naues ĩ mari ꝓicerẽt̃ ĩgẽs ſõitus factus ẽ:adeo ut uigiles Cœſaris excitauerit. Vaſto ꝓ uaſtaꝝ nauiũ põdere. Fluctuat.q̃a ũda fluctuãs excitauit uigiles cæſariãos. Permixtis.cõfuſis. Carĩaꝝ:q̃b⁹ uehebat̃ cũ ſuis. Ergo hoſtes por.põpeius q̃ pitiſſius dux erat extĩauit id q̃d futuꝝ erat:uidelicet ne taciti diſcedr̃ poſſẽt:ſed hoſtes ſẽtirẽr:& ĩpis cedẽtib⁹ nõ dubitauit for̃.ut brũduſii oppidãi apirẽt cæſariãis portus:q̃a a militibus ſuis nõ ſatis placide tractati fuerãt:ſed fecit ut p oẽs uicos urbis mũitiões opponerent̃:& ſolũ effoderẽt cratibuſq; tegerẽt ſuppoſita terra ne hoſtes ſupiores eſſe poſſent dum per urbem diſcurrerent : hiſque caſtris ĩpoſitis & foueis iter eſſet incluſſum. Interea ſpacium datum eſt Pompeio:& ſuis ut diſcederent. Quas: portas.ergo:qui a ſeceſſerat ex portis põpeius cũ exercitu. Petũt : cæſariani . Cũ fa. conuerſa fides: quia ita fieri ſolet ut fides mutet̃ cũ fortuna: Ideſt ſicut fortuna ex proſpera muttata eſt in aduerſã :ita & fides mutata:quia qui cum pompeio ſenſerant cum Cæſare nunc ſentiebant. Præcipiti : ueloci curſu .

Ora petũt:uoluit dicere discurrũt per portus. Sed ora.i.hostia.Per cornua.qa portus:& ligua illa ubi situ est Brũdisium duo cornua q̃si porrigit & portũ efficir.Et ut inquit Strabo Brundusii portus sua excel lentia præstat.multi.n.ore uno portus includunt:q nulla fluctuũ agitatiõe perturbant:cũ in terra sinus excipiãt:ut forma ipsa cerui cornib9 similima sit: ũde & nomẽ iclytũ ẽ:locus.n.cũ urbe ceruino capiti maxime ẽ cõparãdus:nã lingua messapiorũ brũdusiũ uocatur. Dolent.s.Cæsariani q; classe mare obtinuerãt. Heu pudor:cæsari parua uictoria uidebat q; Pompe.fugerat. Angustus:dicit quia munitiõibus obtusus erat portus & relictus erat limes angustissimus exeundi:dicit ergo q; Brũdusii portus molibus Cæsaris adeo exiguus erat:ut naues exire non possent: sed paulopost duæ naues exire nõ potuerũt: quæ a cæsariãis captæ fuerũt. Limes: angustæ fauces molibus cæsaris. Calchida: p calcidẽ ẽ urbs Euboeæ: cuius maris hostiũ angustũ erat.i. arctiores fauces erant. Quæ unda calci.uerberat.pulsat inundat. Hic:in angustis faucib9. Hæsere: p hæserũt. Paratas.i.eorum qui parati erant cõtra classẽ. Excepe.s.milites ad obsidionẽ pati cõpræhẽdere illas duas naues. Hic primũ ru.s.unda maris primũ erubuit multis occisis cũ se defenderẽt. Nereus:mare.

Ora petunt:pelagusq; dolent cõtingere classes.
Heu pudor exigua ẽ fugiẽs uictoria magnus
Angustus ppupes mittebat in æquora limes:
Arctior euboica quæ calcida uerberat unda.
Hic hæsere rates geminæ:classisque paratas
Excepere manus:tractoque in littore bello
Hic primũ rubuit ciuili sanguine nereus
Cætera classis abit.summis spoliata carinis
Vt pegasea ratis peteret cũ phasidos undas
Cyaneas tellus emisit in equora cautes.
Rupta puppe:minor subducta ẽ mõtib9 argo
Vanaque pcussit põtum symplegas inanem.
Et statura redit:iã phœbũ urgere monebat
Non idem eoi color ætheris.albaque nondũ
Lux rubet:& flãmas propiorib9 eripit astris.
Et iã pleias hebet:flexi iã plaustra boetæ
In faciem puri redeunt languentia cæli.
Maioresq; latent stellæ.calidumque refugit

Discernit mors sæ.ui. qui adeo simillimi erãt:ut discerni nõ possẽt. Sublato er. quia uno tãtũmõ superstite iã errare nõ poterant in discernẽdis fr̃ibus: Aeternis cãm la.sed supstes ille æternũ dolorẽ seruauit parẽtibꝫ. Quorũ alter.i.unus:nũc dicit qũo occisus fuerit alter qũo ẽ ausus.s.mixtis remis ꝓ ĩmixtis: Obliquo pect.expressit nauigãtis gestũ. Ictus.Ro.militis. Hæsit.naui Ro. Visu quia q̃ manu cõpræhenderat nauẽ ea amputata fortior facta ẽ. Diriguit.s.cõtractis neruis: Creuit in aduer. uir. ãputata dextra:leua cõprehẽderat nauẽ:qa ip̃a ãputata se supiniecit quãta maxĩa ui potuit ĩ nauẽ romanã:nec prius dimicare destitit q̃ nauẽ illã ꝓfũdo ĩmergeret:ut ante dictũ nõ Massiliensis fuit iste:sed Attilius decimæ legiõis p̃fectus ꝓ Cæ.pte pugnãs. De hoc Attilio ita inquit Plutar. Attilius ex cæsaris cõmilitonibus nauali p̃lio apud Massiliã hostilẽ ĩgressus pupi abscissa ei dexrra gladio: umbonẽ sinistra retinuit: eo usq; uultibꝫ hostes obterens:ut ꝓstratis oĩbꝫ nauem uictor occupauerit. Creuit uirtus:qui maiore iracundia cõtra hostes percitus est amissa manu. Est.n.ira q̃si cos fortitudinis:nã sicut cote ferrũ acuitur:ita uirtus ira acuit̃:unde Achademici disputãtes multas hoĩbus cõmotiones datas: iracundiam ipsam q̃si cotem fortitudinis esse dixerũt. Truncus.i. amissam manũ quã truncũ dixit. Instaurat renouat. Dextrã:quæ pẽdebat de naue hostili. Lacerto:quia demissus ẽ gladius a Ro. qui lacertũ ãputauit. Hæc:sinistra manus. Quoq;:similiter Iã clypeo:& quãq̃ utraq; manu priuatus esset ille: nihilominus ĩstabat ut puppẽ ꝓderet hostilẽ. Clypeo.s.amissa sinistra q̃ tenet̃. Telis.s.amissa dextra Non cõditus:sed q̃q̃ priuaius eẽt utraq; manu:non ꝓpterea a pugna defecit. Expositus: extra positus: ut se obiiceret telis hostiũ. Arma:scutũ fr̃is. Nudo pect.opposito hostibꝫ. Cõfi.cuspide:q̃uis telis hostiũ trassixus eẽt:tamẽ pstabat in ꝓposito ut nõ inultus caderet. Emerita morte tenet: pfecta quia corpore spectabat tela:quæ mittebant̃ in alios: iõ a morte suos corpore suo defendebat. Emerita:trãslatio a militibꝫ:q emeriti dicuntur:cum debita stipendia perfecerunt. Cum uulnere multo: postq̃ iam toto corpore cæsus stare non poterat diutius: collegit uires sanguine suo: & se saltu deiecit in nauem romanam:quæ cũ grauata eẽt cadauere:& sãguine repleta: in latus pẽdere cepit & submersa est: sed peruertit historiam Lucanus:ut prius dictum: Effugientem:expirantem. Lassos: scilicet sanguine effuso. Contendit:intẽdit. Manebãt:& quicunque supererat. Defectis: scilicet haustis sanguine. Solo pondere: quia manibus nocere non poterat:saltem corpore nociturus erat. Strage uirum: nunc dicit mersit nauem. Accepit ictus scilicet fluctuum maris quia qua parte ĩsiluerat hic massiliensis ea parte latus nauis ĩclinabat:& fluctus maris accepit illum. Hausit: accepit. Ruptis: scilicet nimio pondere. Ad summos foros: ad summa tabulata nauium. Descendit in undas:modum nauis pereũtis & mergentis exposuit:quia submersa naui pontũ inuoluit ĩ uorticis modũ. Mersã:dũ mergit̃ carina. Diducta:ĩ duas ptes sepata qa diuidũt maria cũ aliqd mergit̃. Inq; locũ:sed naui obruta mare occupauit locũ suũ. Fati.i.mortis. Varii fati:qa descripsit uaria genera mortis. Ferrea dũ pup.dixit uaria fuisse genera mortis.nũc ẽt descrbit q̃ de nouo supuenere:& quo alii genere mortis pierũt:& unius casũ describit:q ĩ undas maris p̃ceps casurus eẽt:cruribꝫ retentus ẽ a suis:sed cum ab altera pte distrahitur medius crepuit:& sanguis aĩa simul oĩs effusus est.

Discernit mors sæua uiros:unũq; relictum
Agnorunt miseri sublato errore parentes
Aeternis cãm lachrymis:tenet ille dolorẽ
Semper & amissũ fratrẽ lugentibus offert
Quorũ alter mixtis obliquo pectine remis
Ausus romanæ graia de puppe carinæ
Iniectare manum:sed eã grauis insuper ictus
Amputant.illa tamẽ nisu quẽ prẽderat hæsit
Diriguitq; tenens strictis immortua neruis
Creuit in aduersis uirtus.plus nobilis iræ
Truncus habet:fortisq; instaurat prælia læua
Rapturusq; suã ꝓcumbit in æquore dextrã
Hæc quoq; cũ toto manus ẽ abscissa lacerto
Iam clypeo telisq; carens nõ conditus ima
Puppe.sed expositus fraternaq; pectore nudo
Arma tegens crebra cõfixus cuspide perstat
Telaq; multorũ læto casura suorum
Et merita iam morte tenet:tũ uulnere multo
Effugientẽ animã lassos collegit in artus
Mẽbraq; cõtendit toto quæcũque manebãt
Sanguine:& hostilẽ defectis robore mẽbris
Insiluit solo nociturus pondere puppim.
Strage uirũ cumulata ratis:multoq; cruore
Plena per obliquũ crebros latus accipit ictus.
At postq̃ ruptis pelagus cõpagibus hausit
Ad summos repleta foros:descẽdit in undas
Vicinum inuoluens contorto uertice põtum
Aequora discedunt mersa diducta carina
Inq; locũ puppis cecidit mare: multaq; põto
Præbuit illa dies uarii miracula fati.
Ferrea dũ puppi rapidos manus inserit uncos

Ferrea: nam manicis ferreis:quibus aduerſas naues quaſi irretitas tenerēt:ne e manibꝫ euaderēt:cū igiƭ manum ferreā iniecissent:ut nauem compræhenderent:cōpræhenderunt Lycidam quendam:& manus cū ẽtraherentur:hunc in undas traxiſſent:niſi ſocii cum cruribus retinuiſſent:dicit ergo ille trahunt:& illi retinent:medius dilapſus eſt:Ordo eſt. Manus ferrea:quæ iiecta erat nō ut raperet Lycidā ſed compræhenderet nauem. Dum inſerit:dum iacitur ut puppem compræhendat. Merſus foret: quia ſocii illū pedibus retinuerunt. Nec ſicut:nec ſanguis inquit effuſus ē:ſicut e uulnere a quo ſenſim egreditur: ſed uno eodemque tēpore effuſus eſt. Lentus:tardus Sicut:tāquā a uulnere. Nullius uita:nullus unquā inquit mortuus eſt:qui tā lato meatu uitam aperiret: Tanta:tā lata. Pars ultima: pars inferior ab umblico mortua erat:ſed ſuperior ubi uitalia erāt: ut pulmo & cor:diu cum morte luctata eſt. Trūci:pro truncata. Vacuos artus: ideſt membra carentia uitalibus. Tradidit in lætū: ideſt mortua ſunt ea parte qua. Pulmo tumidus:quia aerē reciprocum recipit & remittit:ſed cum aerem recipit inflatur:quia non remittitur. Feruent: ideſt palpitant circa præcordia. Hæſerunt: morata ſunt. Fata pro morte poſuit. Vix membra tulerunt:qa ægre omnia membra extincta ſunt:ubi uitalia erāt

Affixit licydam:merſus foret ille profundo
Sed ꝓhibent ſocii:ſuſpenſaq; crura retentāt.
Sciditur auulſus: nec ſicut uulnere ſanguis
Emicuit lentus ruptis cadit undique uenis.
Diſcurſuſque aīæ diuerſa in mēbra meantis
Interceptus aquis:nullius uita perempti
Eſt tāta demiſſa uia: pars ultima trunci
Tradidit in letum uacuos uitalibus artus.
At tumidus qua pulmo iacet q̄ uiſcera feruēt
Hæſerunt ubi fata diu:luctataque multum
Hac cum parte uiri uix oīa mēbra tulerunt.
Dum nimium pugnax unius turba carinæ
Incūbit prono lateri: uacuamque reliquit
Qua caret hoſte ratē cōgeſto pōdere puppis
Verſa caua texit pelagus. nautaſq; carina
Brachia nec licuit uaſto iactare profundo:
Sed clauſo periere mari:tunc unica diri
Conſpecta eſt leti facies:cum forte natantem
Diuerſæ roſtris iuuenem fixere carinæ
Diſceſſit mediū tam uaſtos pectus ad ictus.
Nec prohibere ualent obtritis oſſibus artus
Quo minus æra ſonent:eliſo uenire per ora
Eiectat ſaniem permixtus uiſcera ſanguis.
Poſtq̄ inhibēt remis puppes ac roſtra recedūt
Deiectum in pelagus ꝑfoſo pectore corpus
Vulneribꝫ trāſmiſit aquas: ꝑs maxia turbæ
Naufraga iactatis morti obluctata lacertis
Puppis ad auxiliū ſociæ ſuccurrit:at illi

Dum nimium:aliud genus mortis ſcribitur:non unius quidem ſed uniuerſorum: qui in naue conſtiterant dum inquit una naue acrius pugnaƭ:& oēs q in ea erant ad eā partē tantūmodo ſe receperūt ubi pugna erat: fecerunt ut cum intenti ad pugnam in uno latere nauis conſiſterēt:uſque adeo nauem ab illo latere traxerunt:ut eam euerterent ut ipſi cū naue obruerentur ea parte qua. Puppis uerſa: nam qui in naue erant latere ſiniſtro relicto in dextrum uenerūt:eo q; latere dextro aduerſus hoſtes pugnabant. Dum nimium pugnæ:ſed intēta ē. Lateri:ſcilicet unde pugnabant aduerſus hoſtes. Incūbitur:quia omnes ſe in eam partem conuerterunt: qua pugnabant. Caua:concaua:& caſus ablatiui: & in modum uaſis euerſa eſt. Brachia:quia tecti erant:ideo non potuerunt explicare ſe e naui ut nātes euaderent. Clauſo mari.ſ.in naui:ideſt nō patēti. Tūc unica deīde ſecutus ē caſus nouæ mortis unius iuuenis:q dum medio nataret pelago: forte duæ naues aduerſæ cōcurrerūt mediū illum roſtris excurrētes corpus illius trāſfixerūt. Vnica:ſingulis roſtris:nam æratis roſtris ſunt naues quibꝫ pugna naualis committitur. Diſceſſit:id diuiſum eſt in medium. Ictus uaſtos.i.immēſos cōcurrentium nauium. Nec artus:cum conſumptis oſſibus retinere potuerunt quo minus roſtra inter ſe colliderētur. Prohibere:ſcilicet curſu duarum ratium. Obtritis:contritis oſſibus. Sonat:reſonat. Aera.ſ. colliſa utriuſq; roſtri. Viſcere:ideſt permixtis interioribus. Poſtquā inhibēt remis puppes:ideſt poſtq̄ anachochim fecerunt:ideſt cum remiges in puppem contrahunt nauem:dicit ergo naues illæ colliſæ roſtris ſe in puppem receperunt:& cadauer illud medium in undas deiecerunt:& ſubmerſum eſt. Deiectum:ſcilicet cadens quod antea ſuſtentatum fuerat a roſtris. Vulneribus trāſmiſit aquas:quia uulnus adeo latum erat ut aqua per medium tranſiret. Pars maxima:alium mortis caſum deſcribit multorū. Iuuenes multi e naui deiecti fuerunt:qui cum natantes ſpem ſalutis habebant:ſi a ſuis recepti eſſent:quoniam & ipſi Maſſilienſes erant. Itaque ad naues Maſſilienſium natantes tendebant:cum iam in eo eſſent ut manibus nauem appræhenderent:illæ ne nauem euerterent:manus ſimul cum lacertis obtruncarūt & corpora ipſa euerſa ſunt: Naufragia:quia quaſi nauibus periere. Turba: ſcilicet Maſſilienſium. Obluctata:cum diu contendiſſet cum morte qūo. Puppis ad auxiliū.ſ.ut a ſocia naue recepti ſeruarēƭ.

Robora cum uetitis prenſarēt artius ulnis
Nutaretq; ratis populo peritura recepto
Impia turba ſuper medios ferit enſe lacertos.
Brachia linquentes graia pendentia puppe
A manibus cecidere ſuis:non amplius undæ
Suſtinuere graues in ſūmo gurgite truncos.
Iamq; omni fuſis nudato milite telis
Inuenit arma furor: remum contorſit ī hoſtē
Alter.hic tortū ualidis apluſtre lacertis
Auulſaſq; rotat expulſo remige ſedes.
In pugna fregere rates:fidentia peſſum.
Corpora cæſa tenēt. ſpoliātq; cadauera ferro.
Multi inopes teli iaculum letale reuulſū
Vulneribꝫ traxere ſuis:& uulnera læua
Oppreſſere manu ualidos dum præbeat ictus
Sanguis.& hoſtilē cum torſerit exeat haſtā.
Nulla tamen plures hoc edidit æquore clades
Quam pelago diuerſa lues:nā piguibꝫ ignis
Affixus tædis:& tecto ſulphure uiuax
Spargitur. at faciles præbere alimenta carinæ
Nunc pice nunc liquida rapuere incedia cæra
Nec flammas ſuperant ūdæ:ſparſiſq; p æquor
Iam ratibus fragmēta ferus ſibi uēdicat ignis
Hic recipit fluctus extiguat ut æquorē flāmaſ
Hi ne mergantur tabulis ardentibꝫ hærent
Mille modos inter leti mors una timori eſt
Qua cœpe mori:nec ceſſat naufraga uirtus
Tela legunt deiecta mari:ratibuſq; miniſtrāt
Incertaſq; manus ictu languēte per undas
Exercent:nūc rara datur ſi copia ferri

Robora:ſcilicet nauis. Altius:ideſt manus erigentes altius ut naues comprehenderent. Vlnis uetitis: quia uetabantur ne comprehenderent nauem. Peritura:quia ſine dubio ſi recepiſſent eos peritura erat. Impia:contra ſocios:quia maluerunt ſue ſaluti conſulere q̄ aliorum. Brachia linquentes:abſciſſis brachiis. Iamque omni diuerſa genera leti de eadem pugna deſcripſit: nunc autem dicit cum tela iam ferme omnia deeſſent remorum fragmina & nauium fuſis telis extorſerunt. Alius partem remi iaculabatur in hoſtem:alius gubernaculum a naue auulſum in hoſtem iaciebat. Iamque omni: furor oīa arma inuenit. Fuſis telis: ideſt armis hyppalage eſt ſicut Virgilius. Arma tellurem facit: qui pro telo terra uelatur. Apluſtre: gubernaculum eſt nauis. Auulſaſque: quid dixi remos & apluſtria torquere:cum tranſtra nauium alius in alium coniiceret? Sedes: tranſtra nauium & ſedilia. Excuſſo: eiecto. Fregere quia frāgebant rates:ut fragmine earum uterentur pro telis in hoſtem. Sidentia peſſum.i.ſub pedibus ſtantia: unde peſſundo:ideſt ſub pedibus do: & peſſum : ideſt ſub pedibus ſum. Corpora: ſcilicet cæſorum. Spoliantque cadauera:cæſos telis ſpoliabant: & e corporibus eorum tela extracta emittebant in hoſtem: Inopes:carentes telo. Letale: letiferum: quod letale uulnus intulerat uulneribus ſuis. Et uulnera quomodo letale ſi uulnus attulerat poterant in hoſtem telum mittere:quia amoto telo ne ſanguis exiret læuā appoſuerunt & ſanguinē retinebant: ut interea ad iaculandum telum in hoſtem occuparentur. Oppreſſere: pro occulerunt. Validos dum: ut interim ſanguinem retinerent: quo poſſent uires ſuppetere ad uulnerandum hoſtem. Hoſtilem: quam hoſtis contra ſe torſerat. Nulla tamen plures: quāuis diuerſa genera leti ſuperius tractarentur: tamen nulla fuit mortis plurium cā: q̄ ea quæ cōtraria ē pelago.ſ.ignis. Lues:ſtrages. Diuerſa pelago.i.aquæ maris.i.ignis. Nā piguibus qa faces habebāt pice illitas: q̄s incēſas mittebāt in aduerſas naues unde uis tanta ignis erat: ut nō ſolū ſiccas naues corriperet:ſed fragmina nauiū q̄ aquā imbiberant. Ignis affixus:ſcilicet eſt nauibus cum pinguibus tædis. Viuax:ſcilicet ignis : abdito in ipſis nauibus ſulphure: Faciles:qa ſiccæ:ergo faciles ad cōburēdū. Prebeſ:ſcilicet igni. Pice: quia pice & cæra naues inſperſerunt: ut facile incenderentur. Nec flammas:nec unde inquit extinguere poterant flammam. Fragmenta uendicat : ideſt attrahit:nam ignis nauium fragmina quæ nattabant corripiebat & correpta conſumebat: Hic recipit fluctus:alii hauriebant aquam : ut extingueretur ignis:qui in naue erat. Hic ne mergatur : alii fragmine nauis inhærentes natabāt: quoquomodo poterant:& unuſquiſque timebat mortem : qua afficiebatur:nam alius igne : & alius ferro: alius aqua peribat. Flammas:quæ in naui erant. Aequore:unda. Hi:ideſt alii adhærebant incendiis. Mors una :ratio eam mortem qua aliquis mori ceperat timebat:ut qui ī igne mori ceperat ignem timebāt:&c.

Mille modos: ideſt numeros mortis. Nec ceſſat:illi etiam qui natabāt non propterea pugnare deſtiterunt:ut ſi non pugnarent:ſaltem tela ſuſciperent collecta ex fluctibus. Virtus naufraga: uidelicet natantiū. Legūt:pro eligūt tela ut ea ſubminiſtrēt ſuis. Incertas errātes in iaculādo:qa natātes cū ſiniſtrorſū uellēt hoſtē ferire:aqua eos impellebat dextroſū:ideo &c. Virg Nec dextræ errāti deus affuit.i.dū errat paſſiue ſtat:ut hic. Ictu languente:qa manus nutabat:ut ictū non poſſet ualidū inferre. Nunc rara dat:ii non poterant ferro hoſtem occidere:ipſi inter ſe obruere certabant:ut ſe undis necarentur. Si:quia.

Vtunť pelago:ut inter se alius aliũ necet. Rara.i.ꝑna copia. Cõplectitur.s.ad opprimendum hostem. Et implicitis:declarat qũo se cõplectuntur:qui dũ mergunt alios:ipsi ẽt mori nõ recusabant: & dũ hostes necarent ipsi necabanť Subsidere:obruere. Membris:brachiis implicatis. Pugna fuit: sed praecipuũ quẽdã describit:qui peritissimus erat natandi:& retinẽdi spiritũ sub aqua:qui cũ hostem sub aqua obrutũ tenuisset:deinde emergebat:ut alium hostẽ necaret capite pcussit nauis fundũ: ipse ẽt tandẽ necatus ẽ. Vnus phoceus.s.Massiliensis: quia de phocide ciuitate graeciae uenerant. Eximius praeclarus.

Vtuntur pelago: saeuus cõplectitur hostem
Hostis:& ĩplicitis gaudent subsidere mẽbris
Mergentesque mori. pugna fuit unus in illa
Eximius phoceus animam seruare sub undis
Scrutarique fretum si quid mersisset harenis
Et nimis affixos unci conuellere morsus
Adductũ quotiẽs non senserat anchora finẽ
Hic ubi cupressum penitus deduxerat hostẽ
Victor: & ĩcolumis sũmas remeabat ĩ ũdas.
Sed se per uacuos credit dum surgere fluctus
Puppibus occurit:tandẽq; sub aequore mãsit.
Hi susper hostile iecere brachia remos
Et ratium tenuere fugam: non perdere letum
Maxima cura fuit:multus sua uulnera pupi
Affixit moriens: & rostris abstulit ictus.
Stantem sublimi tyrrhenum culmine prorae
Lygdamus excussae balearis tortor habenae
Glande petit solido fregit caua tẽpora plũbo.
Sedibus expulsi postquã cruor omnia rupit
Vincula ꝓrumpunt oculi stat lumine rapto
Attonitus: mortisque illas putat esse tenebras.

Seruare:ad seruandã animã & spiritũ sub aqua. Arenis:ita scrutabať arenas: ut qđ submersũ erat ĩueniret sub undis tanq̃ incontinenti terra. Quid: aliquid. Affixus unci:si forte anchora adeo ꝓfũdo esset infixa:& ab arenis trahi nõ posset:ipse mersus in undis e fundo trahebat:& nauem e loco moueri faciebat. Morsus unci:idest anchorae.Virgilius.Vnco non alligat anchora morsu. Adductum quotiens:cum finem traheret cui anchora appensa & anchora tractum non sentiebat. Hic ubi:hic adeo natandi peritus erat ut retinere spiritum facile sub aqua posset: Penitus:interius & ĩfimo maris loco. Remeabat in.u.reuertebatur in superficie maris. Victor:scilicet necato hoste. Incolumis:quia nullum periculum sensit tandem. Occurit:scilicet capite. Surgere se:nota hanc locutionẽ:idest sursum erigere se:quia a sursũ & rego cõponitur. Per uacuos fluctus: ut ipse credebat:nõ q; uacui essent:immo erant nauibus tecti. Puppibus:fundo nauis: Sub aequore: ubi multos necauerat. Hi super:superius diuersorum mortes declarauit:Nunc dicit de his qui necati fuerũt:ut manibus admotis remos caperent:& eos in unum impellerent:interiisseque non nullos dicit:qui ubi naues concurrere uidissẽt:se medios interposuisse corpore suo:ut nauem suorum ab hostili impetu defẽderent. Hi.i.alii necantes. Super:ho.sup remos hostium iniecerunt manus:ut interimerẽt eos: ne nauem proderent. Non prodere letum:idest nõ frustra mori:nisi prius nocuissent hostibus: ille dr̃ prodere letum qui moriens nihil hosti nocuerit. Moriẽs affixit: pro multi morientes affixerũt. Vir. Plurimus uolitãs pro plurimi uolitantes. Vulnera:uidelicet ex his qui se medios interposuerũt rostris concurrentium nauium. Abstulit ictus:scilicet se in medium interponens. Stantem sublimi:more suo post genus descendit ad speciem. describit nonnullos qui hostilibus ratibus nocere studentes etiam nocuerunt. Hic ictum intulit mirandum. Nam Lygdamus quidam erat peritus fundae glande etiam quencũque locum uoluisset facile percuciebat:hic speculatus tyrrhenum quẽdam pugnantem egregie in summa prora:fundam ter & quater circum caput rotans dimisit in tempora tyrrheni glãdem:ille fractis temporibus oculos amisit:& tenebras illas credidit oculorum mortis esse: sed paulo post intellexit uirium aliquid sibi residuum esse tũc iussit suis:ut se in fronte nauis ponerent: pollicitus se recepturum tela hostium:& tela ipsa in manibus darent:& se pro tormento uterentur dicens:proiiciam tela in hostes: & interea aliquis nostris manibus peribit:ego enim iam mortuus sum:& ipso uterentur tanquã balista aut tormento quae ponitur in fronte nauis. Culmine prorae:idest in celsitudine nauis: Lygdamus: Massiliensis erat. Tyrrhenus:Romanus. Exclussa glande:quia fundae habenam ligatam habent:& ter ac quater circa caput rotantur. Baleares:insulae sunt in oceano positae ubi maximus fundae usus fuit: dicũť baleares a βαλλω:idest iaculor:& torqueo.Has ꝓpius ĩsulas adnauigans Metellus cognomẽto Balearicus.pelles nauium tectis praetendit ut aduersus fundarum iactus tegmina essent:in his enim optimi funditores, sunt a puerilibus hoc pacto ad fundas exercebantur annis ut alioquim ne panis quidẽ pueris exbibeteť nisi fũda quicq̃ prius attigerẽt:& ut scribit Strabo:hoĩes ad ĩplorandã populi Ro.opẽ cõfugere coacti sunt cũ arbores & domicilia ex subterraneis cuniculis euerterẽť. Plũbo:nã glãdibꝫ plũbeis utebãť. Solido:firmo. Vincula.i.neruos:qbꝫ oculi fixi sũt. Prorũpũt:exeũt oculi ex uulneribꝫ. Stat:eie.ocu.

obstupefactus erat nesciens quid id esset:credebat autem tenebras mortis esse. At postquam: sed postquam in se rediit:& rediisse uires sensit aliud cogitauit. Tormenta: quẽadmodum balista: & machina quibus tela torquentur in fronte nauium ponuntur ita & me ponite & fingite animis uestris me esse balistam:sicq̨ tela imponite manibꝫ meis. Constare:cõsistere. Rectũ:ex opposito ad mittẽda tela. Egere:emitte:quare quia hoc cadauer ẽ defunctũ ex magna parte. Viuẽtis ferieꝛ loco.q.d.satius ut nihil reliquũ uitæ sit:& si ferieris:uiuẽtẽ aliũ seruabis. Casus:ꝓsperi:uel aduersi. Hoc:demonstratiue. Cæca manu:pro ipse cæcus quidẽ ẽ personæ rei attribuit: hyppallage est. Irrita:quia multos ex hostibꝫ uulnerauit. Excipit.h.nã uulnerauit nobilẽ Massiliensẽ nomine Argũ:scilicet ea parte qua. Descendit ilia uenter.uidelicet cum ad imas costas descendit.

Adiuuitque: quia cecidit:et suo casu iuuit telum nam cadens altius telum figit. Procũbẽs: quia cecidit uulneratus. Stabat diuersa: Nunc casum describit miserabilem:nam pater ĩ altera parte nauis stans ut uidit in telum procubuisse filium: accurit quoquomodo potuit:quia senior erat.& dũ properaret sæpius stetit:& lapsus est antequam ad illũ perueniret.tandem peruenit:cunque superincubuisset filio:tanto dolore consecutus est: ut tenebræ oculis obortæ sint:& iam filium cognoscere nõ poterat:filius qui nondum mortuus erat attollẽs oculos:patrem ipsum inuitabat ad amplexum suum: & oculos claudendos pater nullo modo pati poterat ut filio superstes esset: sed cupiebat ante filium mori. dixitq̨ ignosce pr̃i tuo:qui nõ uult occupari amplexibus tuis:sed confosso pectore mori properat:ut tua fata præueniat:hæc dicens se telo percussit:quia nolebat filio superstes esse. Victæ carinæ: quia ferme uicti erant:qui in illa naui constiterant

Diuersa.i.remota ab ea parte ubi filius ceciderat Infœlix: amisso filio. Illi iuuentæ:qui cum iuuenis esset nulli Massiliensium uirtute cedebat armorum. Victum æuo:sed nunc senectutem languidior factus erat & imbecillior. Victum:lapsum. Exemplum:quia occurebat illud si imbellis erat & senior ætate quid igitur militabat:dicit ut exemplo sui concitaret iuuenes. Effœtus:exhaustus. Carinæ: pater erat in prora:filius uulneratus fuit in puppe. Sæpe cadens:unum ex reliquo sequitur: quia senior ipse sæpe cadebat ad filium properans

Trãstra:sedilia. Spirantes:uiuentes. Non lachrymæ cecidere:scilicet præ nimio dolore qui latentes lachrymas occludit. Riguit: obstupefactus est. Diriguit: induruit. Distentis palmis: idest extensis manibus. Nox subit: quia tenebræ sunt oculis obortæ. Vastæ:ingentes. Obduxere: circunuenere oculos. Et miserum cernens: dum intentis oculis cerneret filium obortis lachrymis non agnoscebat illum quia sensim amittebat lumen oculorum. Cognoscere:scilicet argum tenebris impedientibus oculos. Labens:nã pater nimio dolore deficiebat. Lãguẽtia:torpẽtia:qa moriebantur. Vox fauces soluta nulla prosequiꝛ: ideo ĩtelligitur bis negatiua:idest fauces non solutas ꝓsequitur nulla uox:qui solui non poterant in uocem. Tacito uultu quia uidebatur inuitare patrem:ut oscularetur ora eius & oculos clauderet. Inuitatque dextram patris:qa præhẽdebat dextrã pr̃is ut clauderet oculos:quẽ morẽ ẽt nũc seruamus:ut q ꝓpinqores sũt oculos moriẽti claudãt:locus hic plenus cõmiseratiõe. Vt torpore: postq̃ senex tãdẽ ad se rediit & uires cepit hr̃e

Dixit senex. Vt postq̃.Torpore: langore:qa toto corpore ꝑfusus erat langor pr̃is. Cruentus: sæuus dolor. Sæuis deis: sæuos deos appellat:q se uoluerũt filio supesse:qa æquius erat ut senex morireꝛ ante filiũ

At postquã mẽbris sensit constare uigorem
Vos ait o socii sicut tormenta soletis
Me quoq̨ mittendis rectũ componite telis
Egere qđ superest animæ tyrrhene per oẽs
Bellorũ casus:ingentem militis usum
Hoc habet ex magna defunctũ ꝑte cadauer
Viuentis feriere loco:sic fatus in hostem
Cæca tela manu:sed non tamen irrita misit.
Excipit hæc iuuenis generosi sãguinis argus:
Qua iã non medius descendit in ilia uenter:
Adiuuitque suo ꝓcumbens pondere ferrum
Stabat diuersa uictæ iam parte carinæ
Infœlix argi genitor:non ille iuuentæ
Tempore phocaicis ulli cessurus in armis
Victũ æuo robur cecidit fessusque senecta.
Exemplum nõ miles erat:qui funere uiso
Sæpe cadens longe senior ꝑ trãstra carinæ
Peruenit ad puppim spirantesq̨ inuenit artus
Nõ lachrime cecidere genis nõ pectora tũdit
Distentis toto riguit sed pectore palmis
Nox subit atq̨ oculos uaste obduxere tenebre
Et miserum cernens cognoscere desinit argũ
Ille caput labens:& iam languentia colla
Viso patre leuat:uox fauces nulla solutas
Prosequitur:tacito tantũ petit oscula uultu
Inuitatq̨ patris claudẽda ad lumina dextram
Vt torpore senex:caruit uiresq̨ cruentus
Cœpit habere dolor:nõ perdã tẽpora dixit
A sæuis permissa deis:iugulumq̨ senilem

Veniã cõcede:ignosce ĩquit parẽti tuo qui nolit occupari ĩ ꝑte ãplectẽdo:hoc iõ facit qa tu uiuis & potes eẽ supstes:ꝓperat ergo ut tu fata ꝑueniat. Supstes.i.potes uiuer̃. Quãuis capulũ:quãuis ĩquit uulnus letale sibi intulerit:tamẽ ut cito morireť:se ꝑcipitẽ deiecit ĩ undas. Capulus manicus ensis a capiẽdo dictus Tẽdit.cõtendit. Præcedere ꝑuenire mortẽ filii ꝑcipiti saltu:qa se ĩ maris undas præcipitauit. Festinãtis aĩam:ꝓ aĩam ipsius festinãtis mori. Nõ uni morti:duabꝫ ergo cædibꝫ se occidit:una cũ se uulnerauit: altera cũ se in undas ꝑcipitauit. Inclinãt.iã tandẽ fatebãť massilienses se uictos eẽ:nã multis amissis nauibus & cæteris cõcussis nõ poterãt resistere. Fa.ducũ.s.Massiliensiũ. Classis merge.quia cũ flustibꝫ obruta erat cũ rostris hostiũ. Ast aliæ:sed naues massiliẽsiũ,q̃ nõ sunt obrutæ. Victors:quia Ro.cõscẽderãt naues illas:q̃ iam mutatis remigibꝫ in pontũ subducebãtur. Mutato re.i.occisis Massiliensibꝫ. Victores suos.s.Ro. Naualia paucæ:sed paucæ naues:Massiliensiũ fuere:q̃ in sua naualia recepunt. Naualia loca sunt ubi naues seruãť:ut Venetiis uulgo dr̃ la arsena:& hoc uocabulũ ut mihi uideť:nascitur illĩc arsena.i.ars nauis:eo ꝙ ibi artificiũ fit nauis. Quis ĩ urbe:describiť passim fletus & cõploratus suoꝝ:qui maxĩus erat ĩ urbe Massiliæ. Quis ꝓ q̃lis:nõ interrogãtis:sed admirãtis.Virg.Quis talia fãdo.&c. Matrũ:q̃ filios suos expectãtes ĩplacabiliter lachrymabanť. Cõiunx sæpe uiri: Cõiunx Ro.militis cadauer amplexa ẽ:cũ cõfusus eẽt cæde uultus. Vnda:pp undã. Cõfusis:turpatis:infectis Ro.cadauer:romanũ mortuũ. Miseri pr̃es certauere:ita inter se cõtẽdebãt:quia trũci dignosci nõ poterant auulso capite. Accẽsis rogis:ut cadauera filiorũ sup ĩponerent. At brutus:Brutus fuit primus q e ducibꝫ ornamẽtũ addidit:& laudẽ armis Cæsareis. In æquore:quia nauali pugna uictor fuit:Trebonius uero terrestri pugna uictoriam amiserat.

Confodiã:ueniã misero cõcede parenti
Arge:qd̃ amplexus extrema qd̃ oscula fugi.
Nondũ destituit calidus tua uulnera sanguis
Semiaĩmisq; iaces:& adhuc potes eẽ supstes
Sic fatus quãuis capulũ per uiscera missi
Polluerit gladii:tamẽ alta sub æquora tendit.
Præceps & letum gaudens præcedere nati
Festinãtẽ aĩam morti nõ credidit uni.
Inclinãt iã fata ducũ: nec iã amplius anceps
Belli casus erat:graiæ ps maxima classis
Mergitur:ast aliæ mutato remige puppes
Victores uexere suos:naualia paucæ
Præcipiti tenuere fuga: qs in urbe parentum
Fletus erat:quã tus matrũ ꝑ littora plãctus:
Coniunx sæpe sui confusis uultibus unda
Credidit ora uiri romanũ amplexa cadauer.
Accensisq; rogis miseri de corpore trunco
Certauere patres.at brutus in æquora uictor
Primus cæsareis pelagi decus addidit armis.

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER IIII.

AT procul extremis terrarum cæsar in oris
Martem sæuus agit non multa cæde nocentem:
Maxĩa sed fati ducibus monumenta daturũ
Iure pari rector castris afranius illis

Liber quartus Lucani.

AT ꝓcul.Hic q̃rtus liber est huius opis in quo cõtineť qũo Cæsar hispanias subegerit:uicto Petreio & afranio :qui cũ exercitu & consulari impio pro pte Pom.eas tenebãt deĩde qũo Piso & curio duces cæsaris ĩ africa cæsi fuerĩt:in prĩcipio ãt d̃scribit qũo Petreius & Afra.cõi cõsilio bellũ cõtra cæsarẽ apd̃ ilerdã ciuitatẽ hispaniæ gereř cõstitueřt: ꝙ is locus sibi oportunior eẽ uidereť:& cæsar eodẽ duxit exercitũ cũ sub noctẽ uenisset eqtibꝫ ãte aciẽ locatis:& mãiplis condẽsis ĩ unũ ut hostes ꝑspiceř nõ possẽt : castra uero fossa mũiuit:cũ id prius factũ uiderĩ t hostes q̃ ꝑuid̃rĩt. At ꝓcul:at massiliæ nũc terra:nũc mari pugnabať: tãdẽ uiribꝫ Ro.ipsi cesseřt:at uero ĩ hispãia bellũ grauius Cæsar gerebat: qd̃ & si cruenta uictoria cõcesserat:tamẽ magnũ momẽtũ sequẽtibꝫ rebꝫ reliqt:nã facile appebat eos magnã uictoriæ ptẽ adeptos eẽ q hispãias obtinerẽt. In extre.ho.s.ĩ occidẽte ĩ quo hispania ẽ:ũde hespia dicta ẽ. Sæ.i.magnus & fortis.Virg.Sæua iouis cõiunx.q̃uis Luca.hoc loco uideať posuisse ꝓ crudeli. Nõ mul.cæde qa ibi pauci admodũ occisi sũt. Max.sed fati:q̃uis ibi adeo nõ multi pierĩt:tamẽ bellũ hoc daturũ ẽ maximũ momẽtũ ducibꝫ:qa uterq; dux hispanias obtinebat:& spẽ magnã reliq uictoriæ hr̃e cepat. Fati.fortunæ. Momẽta ducibꝫ:uter.n.dux hispanias obtinuisset:ille magnã ptẽ uictoriæ obtinuisse uidebať. Iuř pari. nũc describit q nã duces ĩ hispania fuerũt:cõtra quos bellũ gerebat Cæsar:nã equitibꝫ auxiliisq; lusitaniæ Petre. celtiberis:cãtabrisq;:& barbaris oĩbꝫ illius regiõis Afra.impabat:Sed Petreius coactis oĩbꝫ uectonibꝫ ad Afra.ꝑuenit:cõstitueřtq; cõi cõsilio bellũ apd̃ ilerdã urbẽ capta loci oportunitate cõtra Cæ.gereř. Rector Petreius:qa ut dixi ex lusitania Petre.ꝑ uectões popu: coactis oĩbꝫ suis quos secũ cõtraxit ad afra.ꝑuenit

Ac petreius erat. cōcordia duxit in æquas
Imperium cōmune uices:tutelaq̃ ualli
Peruigil alterno paret cuſtodia ſigno.
His præter latias acies erat impiger haſtur:
Vectōeſque leues. ꝓfugique a gēte uetuſta
Gallorū celte miſcentes nomen hyberis.
Colle tumet modico. lenique excreuit in altū
Pingue ſolū tumulo: ſup hūc fūdata uetuſta
Surgit ilerda manu: placidis prelabit̃ undis
Heſperios inter ſicoris nō ultimus amnes:
Saxeus ingenti quē pons amplectitur arcu
Hibernas paſſuras aquas: at proxima rupes
Signa tenet magni: nec cæſar colla minori
Caſtra leuat. medius dirimit tētoria gurges.
Explicat hinc campos tellus effuſa patentes
Vix oculo pendēte modū: cāpoſq̃ coercet
Cinga rapax uetitus fluctus & littora curſu
Oceani pepuliſſe ſuo: nā gurgite mixto
Qui preſtat terris aufert tibi nomē hyberus
Prima dies belli ceſſauit marte cruento.
Spectādaſq̃ ducū uires numeroſaque ſigna
Expoſuit: piguit ſceleris pudor arma furētum
Continuit patriæq̃ & ruptis legibus unum
Donauere diem. prono cū cæſar olympo
In noctē ſubita circundedit agmina foſſa.

Cōe imp. ſ. Petreii & Afra. In æq̃s ui. i. pares uiciſſitudīes: qa alternis diebꝫ impabāt. Cuſtodia. app. Cuſto. pui. tutela. Alter. ſigno: nūc claſſico Petreii nūc Affranii: quia alternis diebꝫ impabant exercitui. Signo tutela. Alrer. ſigno: nūc claſſico Petreii nūc Affranii: quia alternis diebꝫ impabant exercitui. Cuſto. pui. tutela ualli: q̃ poſita erat ad obſeruādū uallū hoſtiū. Signo quæ ī ſtatiōe ꝓ caſtris poſita erat: & declarat. ſ. tutela ualli: q̃ poſita erat ad obſeruādū uallū hoſtiū. Signo claſſico. His p̃ter. nūc dicit celtiberiæ cātabris: barbariſq̃: q uſq̃ ad oceanū ptinent Affraniū impaſſe. His. ſ. Ro. q cū Petr. erāt. Latias acies p̃. p̃ter Ro. milites. Haſtur: hiſpaniæ po. ab hauſtria flu. nomē acce pit. Vectōeſq̃. po. ſ. erant cū Ro. Leues: leuis armaturæ. ſ. haſtis tātūmodo & ſcutis armati. Celtæ: gal. qui populi ſūt galliæ: & forte hi errātes in hiſpaniā uenere: & in ea loca cōſedere: q̃ hiberia celtiberi appellati ſūt. A gēte ue. unde originē habuerīt. His. ſ. Petreii & Afra. & Ro. qui ſecū erāt. Colle tumet mo. poſtquā d̃ſcripſit duces q cū impio hiſpanias tenebant: nūc dicit qūo inter ipſos & Cæſarē bella geſta fuerīt: prīo qdē d̃ſcribit ubi caſtra poſuerit uterq̃ exercitus. ſ. Petreii & Afra. & deinde Cæ ſaris: nā haud ꝓcul ab ilerda oppido cōſederāt: ſed planiciē prīo deſcribit ilerde: quā dicit in medio quodā tumulo poſitā fuiſſe. Pīgue ſolū: ſignificat terrā illā fœcūdā atq̃ feracē frugū. Colle mo. nō ualde ſublimi. Leui tu. quia ſenſim creſcit: & in altum ſurgit. Manu. ſ. hiſpanorꝝ. Super hūc. ſ. tumulum Placidis aquis: ante urbē ilerdā prelabit̃ ſicoris flu. qui nō ignobile nomē tenet īter hiſpanos flu. Nō ulti: nō ignobilis. Saxeus ingē. dicit hūc ānē pōte lapideo uinctū: & addūt rōem qa flu. hic hybernis aquis nimiū creſcit & oēs alios pontes facile merſerat: & hunc quoq̃ ſubmerſiſſet niſi lapideus fuiſſet Arcu. quo totū flu. uinxit. Paſſurus: ſuſtētaturus aq̃s ēt ſi nimiū inflaret̃. Signa. i. quibꝫ Petreius & Afra. erāt noīe Pom. Tētoria. i. caſtra Cæ. & Pō. diuidebat ſicoris. Explicat hūc rellus: dicit planiciē quādā lōge lateq̃ porrectā fuiſſe: ut ad extremū illius planiciei uiſus hoīum uix ꝑuenire poſſit. Hinc. ſ. ab hoc ſicori. Tellus effuſa: porrecta in oēs partes. Explicat: extendit: aperit. Vix oculo. i. quātū uix oculi hoīum cape poſſēt. Cinga rapax: flu. uelociſſimus & præceps a cingēdo dictus: q circa hāc planiciē labitur cohercet: terminat cāpos. Vētus fluctuſq̃. qui flu. cinga nō ꝓnunciat̃ ſuo noīe ī mare hiſpanū decurrēs: quia hibero flu. miſcet̃ qui maiorē. Littora ferit: nō ſuo curſu ſed hiberi. Nā d̃clarat quia dixit ferit. Impuliſſe: ꝓ impellere p̃teritū pro præſenti poſuit. Curſu ſuo: ſui nois. Nā gurgite: iō uetitus es o cīga fluctus & littora oceani īpellere tuo curſu: qa miſceris hibero: q quēadmodum p̃ſtat r̃giōi: nā ab hibero hiberia ē appellata: ita nomē aufert tibi: qa maior flu. ē. Pri. dies belli: nūc qūo ſe uterq̃ exercitus habuerit: poſtq̃ ī cōſpectu hoſtiū cæſar uenit: dicit. n. prīo quidē territos eē a pugna: cum utriq̃ ꝓſpicerēt: alii cognatos: alii affines: alii amicos: nō poterat aīus arma ſectari: ergo bellū unū bello ciuili donauerūt duces exercituū: hic a Cæ. hīc ab Afra. & Petreio. Dies: quoq̃ Cæ. in cōſpectū uenit caſtrorū Afra. & petreii. Mar. cruēto. bellū & pugna differūt: nā bellū d̃r cū inimiciciæ ſunt: ſed pugna d̃r cum manus cōſerunt̃: hoc loco martē ꝓ pugna poſuit. Spectādaſq̃ du. ui. quia ī eo occupati fuerūt oēs ut diligēter uires & exercitus ducū cōtēplarent̃: nā Cæ. uires petrei cōtēplabat̃ e diuerſo. Spec. cōtemplandas. Numeroſaq̃ ſi. i. multiplicia uexilla. Piguit ſce. cū uiderent utriq̃ ſuos cognatos & affines. Dona. diē pa. ſ. ut inter ſe ciues cū ciuibꝫ bella cōſererēt. Rup. le. quia cōtra leges pugnabāt. Prono tamē: ſed īterea Cæ. nō pdidit tp̃s. inſtituit. n. milites ſuos circūdari foſſa ſub noctē: qd̃ ſanū conſiliū putabat eē munire caſtra Iuſſit. n. eq̃tes in frōte cōſiſtere: maniplos dēſos atq̃ cōſertos caſtra circūdare: ne cōſpectu hoſtium uideri poſſēt: īter illos uero maniplos dēſos alios duci iuſſit: nec uallū fieri uoluit: ne a ſupiore loco hoſtiū cōſpectu uideri poſſit: ſed tātū foſſa ſine uallo ſatis erat ad tuēdū exercitū ab hoſtiū īpetu. Pro. olym. ſole iam occidente. Foſſa non uallo: ne. ſ. uallum erectum conſpici poſſit ab hoſtibus & conſpectum impediret.

Præſtant:ante ſtant a præ & ſto. Fefellit hoſtem:ſcilicet ut ante foſſã cingeret caſtra ſua q̃ hoſtes prouiderent. Conſertis.i.coniunctis. Obtexit circundedit. Luce noua.i. ſequẽti die ubi luxit in medio duorum caſtrorum erat collis:unde apparebat uter duorum exercituum illum occupaſſet ipſumq; magnam oportunitatem habere & nociturus hoſti quotiens uoluiſſet. Cæſar ergo peritiſſimus dux collẽ uiſum ſtatim occupari uoluit:& ex militibus ſuis quoſdam elegit:qui collem illum aſcenderent:ſed conſpecti ſunt ab hoſtibus. Subito:celeri. Medius:īter caſtra. Huc:ad hũc collẽ. Terror:qa & hoſtes hoſtiũ terrore concuſſi:ne ſi occupatus eſſet collis a cæſarianis plurimũ incõmodi ſuſciperent. Pudor: quia pudebat eos cũ propinqui eſſẽt præueniri ab hoſte. Rapto:raptim & uelociter capto. His: cæſarianis. Virtus: quia fretus uirtute & ferro properabat ut locum illũ occupare poſſẽt:& licet occuparent collẽ:tamẽ ex aduerſo locum illum aſcendentes depellere hoſtes poterant. Illis:Petreii & afranii militibus:quia iã illũ aſcenderãt. Miles:collem medium inter caſtra & exercitum uterque exercitus occupare uolebat:ſed priores fuere milites Petreii & Afranii:qui tumulo propĩquiores eſſent Cæſariani:tamẽ in aduerſũ niti tentauerunt:ſi forte illos impellere poſſent:ſed de ſuperiore loco facile extrudebantur ab his:qui iã locũ tenebant: & cũ in periculo eſſent:ne includerentur Cæſariani:dux peritiſſimus cæſar æquitatũ miſit qui inter utrãq; aciẽ equitaret:& interim auerſis hoſtibꝰ ī alteram partẽ: ut cũ equites pugnarent:facultas daretur pe ditibus recipiendi ſe in locũ tutiorẽ. Oneratus:armis. Nititur.ſ.aſcendere. Supina: expreſſit geſtũ aſcendentis in aduerſũ:quia Cæſariani in montem ex aduerſo tendebant. Hæret:tarda eſt: neq; enĩ facile erat ſuperare mõtẽ. Caſura: ſcilicet illa acies cæſaris. Erigitur propter arduitatẽ tumuli a ſeq̃ntibus umbone ſuſtentatur. Nulli telum:ſed non poterant tela in hoſtes torquerẽ:quæ ictũ ualidũ facerent:quia inſtabiles erant:& pedibus niti nõ poterant. Vacabat:licebat. Vibrare:torquere. Labat:īſtabilis ẽ. Et fixo firmãt.i. tãtũ aberat:ut pila ī hoſtẽ mitterẽ poſſẽt:qđ neceſſe erat ipis pilis gradũ ſtabilire: Scopu.eminẽtia ſaxa tenebãt ne ruerẽt.

Dum primæ preſtant acies:hoſtẽq; fefellit.
Et prope conſertis obduxit caſtra maniplis.
Luce noua collem ſubito conſcẽdere curſu
Qui medius tutã caſtris dirimebat hilerdã
Imperat. huc hoſtẽ pariter terrorque pudorq;
Impulit:& rapto tumulũ prior agmĩe cœpit.
His uirtus ferrũque locum ꝓmittit ab illis
Ipſe.locus miles rupes oneratus in altas
Nititur:aduerſoq; acies in monte ſupina
Hæret & in tergũ caſura umbone ſequẽtis
Erigitur:nulli telum uibrare uacabat
Dum labat: & fixo firmat ueſtigia pilo
Dũ ſcopulos ſtirpeſq; tenẽt atq; hoſte relicto
Cædunt enſe uiã: uidit lapſura ruina
Agmina dux:equitũq; iubet ſuccedere bello
Munitũque latus leuo producere gyro
Sic pedes ex facili nulloque urgẽte receptus.
Irritus & uictor ſubducto marte pependit.
Hactenus armorũ diſcrimina cætera bello:
Fata dedit uariis incertus motibus aer.
Pigro bruma gelu ſicciſq; aqlonibꝰ hærens
Aethere cõſtricto pluuias in nube tenebat.

Stirpes:arborũ radices tenebãt ut quoquõ poſſent euaderẽt in ſũmũ. Oblito hoſte: quia q̃ſi obliti erãt hoſtiũ q ī ſupiori loco erãt. Cædũt en.uiã:ſatis hẽbãt mõ gladiis & enſibꝰ uirgulta cedere:ut iter ſibi expeditũ facerẽt. Vidit la.at uero cæ.ubi uidit piculũ ſuorũ:ne de ſupiori loco facile detruderenẽ: & inde ab his qui ī urbe erãt:& q ex tumulo deſcẽderẽt ītercluderẽẽ:milites eqtatũ ab altera pte mõtis ſuccedere iuſſit:ut interea facultas ſuis darẽ ſe in caſtra recipiẽdi. Lap.caſura de loco ſupiore. Equitũ : ꝓ equitatũ

Bello:ad bellũ. Munitũ latus.i.dẽſũ latus hoſtiũ:quia dẽſũ iõ munitũ:nec facile poterãt uīci Producere.i.extẽdere porro ducere:auertere a ſuis:quia dũ auerſi ſũt cõtra eqtes:īterea facultas darẽ militibus: ut ſe in caſtra tutos reciperent:qđ ita factũ ẽ. Sic pedes:hoc mõ liberati ſũt cæſariani. Pedes: ꝓ peditatũ poſuit ſingularis numerus ꝓ plu. Virg.& Armato milite cõplẽt. Nullo ur.quia ſublati erãt: dũ ab altera pte eqtatus Cæ.equitauit irritus. Rece.cũ iã uictor eẽt:quia occupauerat collẽ. Irritus:impos ꝓpoſiti ſui

Pepẽdit:in dubio ſtetit. Subducto mar.i.remoto milite:cõtra quẽ pugnauerãt. Hactenus ar.hucuſq; inquit milites inter ſe pugnauere:ſed quæ deinde ſecuta ſũt:tẽperie aeris potius q̃ armis geſta ſunt. Cætera fata:reliquã fortunã. Incertus:dubius:quia mõ ſerenũ:mõ pluuioſũ ſe oſtẽdebat. Pigro:deſcribẽs inundationem aquarum:& effuſos hymbres qui ſecuti ſunt:primo dicit frigore conſtrictas eſſe nubes: ne aquam cælitus emitterent & ſuperueniente uere ubi ſol in aritem uenerit:ſtatim collectos hymbres in occiduum axem cõdenſatos fuiſſe: & hymbrem effuſum plus q̃ credi poſſet emiſiſſe:ut regionem illam omnen hiſpaniæ inundaret. Bruma.i. hyems: bruma ꝓprie dr̃ mẽſis ianuarii:& interpetraẽ q̃ſi uragma .i.breuis dies. Pigro gelu:qa pigros hoĩes facit. Sic.aqui.i.frigidis q naturaliter ſiccanẽ:nã nõ ſolum calore: ſed frigore deſiccãtur humores. Vir. Et penetrabile fri.adurit. Cõſtricto.ſ.nimio frigore. Tenebat:conti

Vrebant montana niues:cāposque iacentes
Non duraturæ cōspecto sole pruinæ.
Atque oīs propior mergenti sydera cælo
Aruerat tellus:hiberno dura sereno.
Sed postq̄ uernus calidū titana recepit
Sydera respiciens dilapsæ portitor helles:
Atque iterū æquatis ad iustæ pondera libræ
Temporibus uicere dies.tunc sole relicto
Cynthia quo primū cornu dubitāda refulsit
Exclusit boream flāmmasq; excepit ab euro.
Ille suo nubes quascunque inuenit in axe
Torsit in occiduum nabathæis flatibus orbē.
Et quas sentit arabs: & quas gangetica tellus
Exhalat nebulas:quicquid cōcrescere primus
Sol patitur.quicquid cæli fuscator eoi
Intulerat corus:quicquid deefnderat indos.
Incendere diem nubes oriente remotæ
Nec medio potuere graues incūbere mundo:
Sed nībos rapuere fuga:uacat ībribus arctos
Et notus in solam calpen fluit humidus aer.
Hic ubi iam zephyri fines:& sūmus olympi

Mōtana:scilicet herbas & larbores in montibus urebant. Omnis tellus:idest omnis occidens aruerat nimio frigore. Prior cœlo mergenti.i.occidenti:nam in mari sol mergitur secundum uulgariū opinionem. Aruerat:siccata erat.s.hyberno sereno. Sed postq̄:sed ubi inquit hyemi successit uer stati calor liquefecit nubes:quæ a natura nimio frigore cōstrictæ pluuias continuerunt. Ordo est: sed tunc cynthia cxhausit boream & accepit flammas ab euro:& refulsit corona: postquam uicere: scilicet mortem. Portitor helles:idest aries:nota quidem historia de ariete aureum uellus habente: qui postea translatus est in cœlum:& sydus cœleste petiit in zodiaco. Portitor:idest uector aries qui p mare Hellē uehebat:& quia retrospexit eam excussit a tergo. Calidum titana:cum in ariete sol excepisset.i.tempore ueris:nā liquefactæ sunt niues & nubes calore solis resolutæ effusum imbrem emisere. Vernus:idest qui facit tempus uernum:sole enim existente ī signo arietis æquinoctium est:xi.kal.Martii:& tēpus ueris ē sic sol existente in libra æquinoctium est autunnale. Dilapsæ quia eam a tergo excussit. Sydera res.idest ꝙ sol in ariete esset. Libræ pondera temporibus:quia bis est æquinoctium. Vicere.s.noctes. Iterum.i.secundo quia semel dies uincūt noctem:sed quando est æquinoctium autunnale:dies quoque uincunt noctem. Aequatis tēporibꝫ: qa tantum spacium occupat nox quantum dies. Tū sole relicto:idest nouilunio quod secutum est stati resolutis niuibus pluuiæ & hymbres effusi ceciderunt. Quo:eo tēpore quo. Dubitāda:cū luna primum noua ē dubitatur quid uideatur:non.n.plena satis uidetur:ut affirmari possit lunā esse. Boream:frigidissimū uentū septētrionalē: cuius frigore ante nubes constrictæ fuere. Euro:a uento orientali qui ideo calidus ē:quod ab oriente pflat. Ille suo nubes.s.eurus flans ab oriente nubes oēs a regione sua ī occiduum compulit:& illic cōgregatæ nubes:postquā semel calore solis resolutæ sunt ingentes inundationes fecere. Torsit:cōpulit. Suo axe orientali. Nabathæis flatibꝫ.i.orientalibus a nabath:qui in regione orientis regnauit: & filius fuit Iapheti:nā Noe genuit Sem Cam & Iaphet: ex quo natus est Nabth a quo regio nabathea dicta est.Ouidius in primo methamorphoseos.Eurus ad auroram nabathæaque regna recessit. Quascūque nubes: omnes qui ibi fuerant in occidentem plagam compulit eurus. Arabs:populus orēitis. Gangetica tellus.i.india:nā gāges flu.ē ī diæ & india pars ē extremi orientis. Exhalat:emittit. Primus sol.i.oriēs sicut ultimus occidens. Cōcrescere:cōdēsari. Quicquid c.patit:qa tā in oriente q̄ ī occidēte calor ē ut ibi raro nubes uideāt nimio calore:solis rarefactus ē aer ut raro nubes dēsatæ uideāt. Quicqd chorus subaudi torsit a supioribꝫ:nam corus septētrioīs est uētus collateralis aquiloni. Fuscator:tenebrator: nam flante coro pluuiosum & nubilosum efficitur cœlum in occidente. Eoi:orientalis:qui collateralis est euro. Quicquid.s.nubium.s.torsit. Defenderat a calore. Indos:populos in extremo oriente positos ideo nigri sunt:quia ibi nimis calor est qui uultus hominum exurit. Incendere diem:nam nubes remotæ incendunt diem:unum sequitur ex reliquo:quia remotis nubibus radii solis non impediunt quominus ui suam exerceant. Diem incendere.idest orientem. Nec medio:nec nubes in meridie esse poterant:qa illinc sol nunquam ferme discedit. Graues:aquosæ. Nymbos rapuere fuga. hyppalage ꝓ nymbi rapuere nubes. Ea fuga: idest uelocitate: nymbi dicuntur uenti cum pluuiis. Vacat: quomodo a sufficienti numeratione probat in occidentē nubes compulsas fuisse:non erant in oriente:esse non poterant in meridie propter calorem:nec in septentrione flante aquilone:relinquitur ergo ut cōpellerentur in occasum. Arctos:septemtrio. Vacat:uacuata est imbribus. Notus:ē uentus inflans a meridie. Solā calpen:idest in solum occidentem: calpe mons hyspaniæ est quæ est in occidente. Calpen & abylicen:ut tradit Strabo:opinati sunt quidam esse colūnas herculis:a radicibus huius montis,sita est eiusdem nominis urbs calpe uetustum:& haud abiectum sane oppidum.hic mons circuitu quidem non magnus admodum altitudine uero ingens & erectus:adeo ut longinquis insulæ formam præstet. Hic ubi: nubes

Vndiq; collectas eurus cõpulerat in occasũ in eã precipue regionẽ:ubi castra cæsaris posita erãt ex una pte
ex altera uero pte Afranii & Petreii:nũc ergo dicit ꝙ zephyrus uẽtus qui ꝑflat ab occidẽte terminũ suum
ꝓfert usq; ad Aphrycũ oĩa nubib9 plena erãt:sic.n.se hẽnt si orbẽ cœli cõsideres hic oriẽs est & eurus a pte
dextra:Vulturnus a sinistra:deinde septẽtrionẽ uersus boreas cõtiguus uulturno: deĩde corus contiguus
ẽ zephyro a pte occidẽtali:circius cõtiguus ẽ africo & africus deinde collateralẽ hẽt notũ qui alio noĩe ap/
pellat̃ auster dicit ergo qua pte terminos suos porrigit zephyrus uẽtus occidentalis ad africũ oĩa nubibus
plena erãt:ut uix spaciũ qđ erat a cœlo usq; ad terrã
nubes cape possent. Zephyri:fines inter africũ &
ipm zephyrũ: Sũmus.i.ultimus nã ultimus & sũ/
mus ꝓ se inuicẽ ponũt̃. Sũmus car.i.ultimus axis
.s.occiduus. Tethi.s.ubi ẽ mare oceanũ occiduũ.
Inuoluere glo.quia uẽti eas glomerauerãt ĩ occasũ.
Vix re.i.uix a toto q̃tũ a cœlo est ad terrã spacio ca
pi poterant. Atri aeris.i.nebulosi congestũ subie
ctũ est.i.cõgeriẽ aeris & cumulũ. Atri quo ad nubi
um cõdẽsationẽ. Re.capit. Terrã sepat: tã ma/
gna & immẽsa multitudo nubiũ erat ut spaciũ qđ ẽ
a cœlo usq; ad terrã occuparet. Iãq; po.more poe
tarũ describit hanc multitudinẽ nubiũ ut sẽp res ex/
tollãt p hypbolẽ iã inquit solis calore cõpressæ nu/
bes & resolutæ ĩ hymbres effusos iuũdationẽ fecer̃.
Dẽsant̃:q̃ raræ erãt a natura sic.n.aer cũ dẽsari ce
perat in nubes cõuertit̃:quæ deĩde aquã calore so/
lis haurientes postq̃ altius ascẽderũt eodẽ calore so
lis cõpressæ hymbres emittũt. Polo.i.calore solis.
Spissatæ:cũ altius euectæ fuerit. Nec seruãt ful.
dicit tantã fuisse dẽsitatẽ nubiũ ut q̃uis fulgura cre/
bra eẽnt:tamẽ ad oculos ꝑuenir̃ nõ posse:r̃tinebãt̃
.n.crassitudine nubiũ. Flãmas.s.suas retinere non
poterãt. Moriunt̃ ful.declarat.s.in ipsis nubibus
fulgura extiguũt̃. Arcus uix.s.apparebat:nã ita of/
fuscatus erat ꝙ uarii colores ĩ ipso ꝓspici nõ possẽt

Cardo tenet tethym uetite transcurrere dẽsos
Inuoluere globos:cõgestũq; aeris atri
Vixq; recipit spaciũ:qđ seperat æthere terram
Iãq; polo pressæ largos dẽsant̃ in imbres
Spissatæq; fluunt:nec seruãt flumina flãmas
Quãuis crebra micẽt:extiguit fulgura nib9
Hinc imperfecto cõplectitur aera gyro
Arcus:uix ulla uariatus luce colorem
Oceanumq; bibit:raptosq; ad nubila fluctus
Pertulit & cælo diffusum reddidit æquor
Iamq; pyreneæ quas nunquã soluere titan
Eualuit fluxere niues:fractoq; madescũt
Saxa gelu:tunc quæ solitis e fontibus exit
Non hẽt unda uias tã largas alueus amnis
A ripis accepit aquas:iam naufraga campo
Cæsaris arma natãt:ĩpulsaq; gurgite multo
Castra labant:alto restagnãt flumina uallo.
Non pecorum raptus faciles nõ pabula mersi

Hinc:uidelicet ex ipsis nubib9. Complectit̃ aera:qa magnã cæli partẽ cõplectit̃. Gyro impfecto qa
nubib9 exprimi nõ poterat. Variatus colorẽ.i.hẽns uariatũ colorẽ ulla luce:nã solis radii ex opposito re
pcutientes nubes faciunt arcũ:sed quia densæ nubes erãt:id radii solis non usque adeo poterãt penetrare
& illustrare nubes ut arcũ efficerent. Luce:quia uarios colores arcus represẽtat:ut Mille secũ trahẽs ad/
uersa luce colores. Oceanũq; bibit:quia una extremitas arcus uidet̃ in extrema pte cœli haurire aq̃s: nã
arcus nũquã apparet quĩ statĩ sequantur pluuiæ:ergo poetæ finxerũt ipsũ ex mari aquas haurir̃:quas e nu
bibus emittat. Raptos:haustos secundum uulgarium opinionẽ loquitur. Cælo:scilicet de. Diffusum
æquor:primo tractus aeris traxit in undas arcũ:deinde a cælo emisit in terras. Iamque pyreneæ: dicit py
reneos montes cõtiguos tauro mõti:per quẽ Hãnibal in italiam transiuit cũ altitudine sua semper niues
habuerũt:quia altiores sunt:eo minus calorẽ solis sentire nõ possunt.& niues nũquã resoluebãt̃: sed hoc
tempore resolutæ sunt:ut multitudine hymbrium regionẽ oẽm hispaniæ inundarent. Pyreneæ niues
idest pyrenei montis.Mõtes siquidem pyrenei Galliæ partẽ ab occasu terminare dicunt̃ auctore Strabo/
ne lib..iiii.mare ex utroq; latere pertingẽtes & internũ & externũ:ab ortu rhenus ꝗ æquali:a pyreneis mõ
tib9 spacio ad lineam spectabat:ab Aquilone & meridie sic iacet ut a septẽtrionalib9 promontoriis pyre/
nes inchoans oceanus ãbiat usq; ad rheni eruptiones e regione aũt Massiliense ac Narbonense pelagus.
Eualuit:altitudĩe sua. Fracto gelu:idest resoluta glacie. Saxa:pyrenei mõtis. Tunc q̃ fon.unde quæ
a fontibus exeunt:uiam inuenire non poterant per alueos suos qua fluerent: nam adeo alueos plenos
inueniebant:ut rursus in fontem aquæ recurrere cogerentur. Iam naufraga campis: iam plena omnia
aquis erant:ut castra:castris inundata essent:& arma militum natarent. Naufraga:ad similitudinẽ nau/
fragarum quẽadmodum enim naue fracta remiges & uectores ruunt per undas:ita arma Cæsarianorũ
natabãt. Castra:uidelicet uallum castrorum. Labant quia uis aquarum uallos castrorum euellebat.
Flu.restagnant:redũdãt & retro stagnant:stagnare ẽ locũ in stagnũ facere. Alto uallo:in altũ uallum
Non pecorum:ex hoc diluuio secuta est inopia commeatuũ:ut iam Cæsaris milites fame oppressi:nec
sibi cõmeatũ:nec equis facile subiicerẽt. Raptus fa.peco.i.nõ facile milites prædari poterãt pecora qui/
bus uescerentur. Mersi.s.aquis. Nõ pabula:herbas intellexit: quia pabulũ ẽ equorũ & iumentorum.

Vlla ferunt sulci: tectarum errore uiarum
Fallitur occultis spatsus populator i agris
Iamq; comes semper magnorũ prima maloꝝ
Sæua fames aderat:nulloq; obsessus ab hoste
Miles eget. toto censu non prodigus emit
Exiguam cererem. proh lucri pallida tabes:
Non deest prolato ieiunus uenditor auro.
Iam tumuli collesq; latẽt:iam flumina cũcta
Condidit una palus:uastaq; uoragine mersit
Absorsit penitus rupes ac tecta fearum
Detulit:atq; ipsas hausit:subitisque frementes
Vorticibus contorsit equos: & reppulit æstus
Fortior oceani:nec phœbum surgere sensit
Nox subiecta polo:rerum discrimina miscet
inuenirēt:sed cū usq; ad pfundū mōtis descēdissēt: nec minima ps aquæ inuēta ē:cogebant glebas cō/primere manib9:ut uel gutta aquæ ī os caderet:rōe ēt colligebāt ex frōdib9:& siqua forte aqua putrefacta ē in aliquo loco eo decurrebāt oēs: & tāq̄ si suauē potū hausturi eēnt. Inopes undæ:penuria laborantes. Refossa:retro fossa. Occulta tāq̄ in pfun/dū. Obstrusa.i.occulta. Rastris:nā huiusmōi in/strumēta ēt milites portabāt presertim apd priscos cū foueā facere uellent:cū semp fossa & uallo castra cingebāt:rastra a radēdo terrā dicta sūt. Puteusq; caua:dicit fecisse foueā quādam q̄ usq; ad pfunditatem colliū peruenerat & in planū & uallē descende/bat:tamē nihil aquæ apparuit. Premit:fodit. Fa/stigia.i.pfūditatē:fastigiū significationē hēt cōtrariam:nā significat culmīa ut Virgi. Et sūmi fastigia tecti:&c.significat ēt pfūditatē: ut hoc in loco: Virg. in Ge. Forsitā & scropib9 q̄ sint fastigia quæris. Nō se tā penitus:maiori quidē diligētia & labore mirati sunt uiscera terræ: ut aquā inuenirēt q̄ si aurū & argētū quæsiuissēt. Penitus:interius:i.in ipius ter/ræ uiscera. Relicta luce:.i.relicto cœlo & die. Tā lōge tā procul a pfūditate terræ se demersit. Assyrii scrutator pallidus:qa in uiscerib9 terræ cum diu multūq; uersat pallorē quēdā cōtrahit. Assyrii:qa in oriēte frequētius uenæ oriunt auri. Nā garrei ex auro & argēto multa hēnt uasa:ut refert Strabo: lectos:tripodas:crateras cū opculis:domosq; sūptuo/sas:nā & portæ & pietes:& tecta ex ebore:auro:argēto:lapidibusq; incrustatis sūt distincta. Sunt & ppe hos alii:apd quos aurū effoditur magnitudīe minima sāsæ:mediana mespili:maxīa nucis:has auri glebulas pforātes cū lapillis pellucidis alternis positis armilis faciūt inserto filo & collo manibusq; circū/ponūtur:uendūt id aurū uicinis uili præcio:æris triplo:argēti duplo:tū propter operandi iusticiam:tum ppter inopiā eorū quæ cōtra accipiunt:quorū usus magis ē ad uitā. Assyria regio in oriente ubi regnauit Nynus quā esse auri fertillissimā uoluerunt. Nō tamē:quis in profūditate terræ rimati fuerīt:tamē nūq̄ apparuit unda. Noui fōtes:q nūq̄ ātea apparuissēt. Percusso.i.aperto. Pumex lapis ē cauernosus. An/tra nec exiguo:dixi fōtes:sed nec paruā quidē:aut nullā inde stillā emiserūt. Antra:cauernæ terræ. Stil/lāt.i.minutatī guttas emittūt. Impulsa.i.scaturiēte aqua. Leui.i.tenui uena aquarū. Tūc exhausta: & cū diu in uiscerib9 terræ scrutati eēnt undas:nec ullo mō inuenire possēt:tādē extracti sūt ad supas auras:q̄si ex ipsis inferis emerserit. Exhausta:effœta cū mutto labore defatigata. Sup.i.supra terrā. Metallis.i.inquisitionibus:nā metallū dr inquisitio a græco metalleo.græ.la.inquiro:nā metallū est quicquid inquiritur:non enim quæsiueranr metalla:sed aquas. Lassata:si forte aquas inuenire possent. Sudore: idest labore a præcedenti id quod sequitur. Extrahitur:supra auras deducitur. Quoque minus:non mō nō pfuit quærere aquā:qa nihil inuenerūt:sed ēt nocuit:qa dum fatigantur:aucta ē sitis. Corpora sustentant abstinebant etiam se a cibo quia fames uidebatur quasi leuamen sitis:nam cibus inducit sitim. Si mollius aruum: quærebant si alicui esset mollior terra:& terrā:& glebam auulsam manibus comprimebant: siqua gutta exprimi posset. Pingues:humidos. Ora super:ut uel guttam aliquam emitterent.
Nigro si turbida:si forte piscina putrida congesta esset in aliquo loco omnes eo se conferebant:ut aquā etiam putridam & grauiter olentem haurirent. Nigro limo:idest fœtenti: quia fetorem emittit.

Colluuies immota iacet cadit omnis in astus
Certatim obscenos miles: moriensq; recepit
Q uas nollet uicturus aquas: rituque ferarũ
Distentas siccant pecudes & lacte negato
Sordidus exhausto sorbetur ab ubere sãguis:
Tunc herbas frõdesq; terunt: & rore madẽtes
Destringunt ramos: & si quos palmite crudo
Aarboris aut tenera succos pressere medul la.
O fortunati fugiens quos barbarus hostis
Fontibus immixto strauit per rura ueneno:
Hos licet in fluuios saniem tabemq; ferarum
Pallida dictæis cæsar nascentia saxis
Infundas aconita palam romana iuuentus
Non decepta bibet: torrentur uiscera flamma:
Oraq; sicca rigent squamosis aspera linguis:
Iam marcẽt uenæ nulloque humore rigatus
Aeris alternos angustat pulmo meatus.
Rescissoque nocent suspiria dura palato.
Pandunt ora tamen: nocturnũq; aera captãt.
Expectãt hymbres: quo℞ modõ cũcta nata-
Impulsu: & siccis uultus ĩ nubib℈ hærẽt -bãt
Q uoq; magis miseros undæ ieiunia soluat:
Non super arentem meroe cancriq; sub axe
Q uam nudi garamãtes arant sedere sed iter
Stagnãtẽ sicorim: & rapidũ depressus hibe℞

Colluuies.i.pmixtio aquæ cũ terra. Immota:stabilis iõ & putrida. Obscæ.abhominãdos detestãdos Moriẽsq; re.& moriendo haurit aquas quas si cõditio uitæ fieret nõ hauriret: uerbi grã si diceret aliqs Tu uiuere potes:si hãc aquã bibis:ille uero recusasset: tũc certus mortis eam bibebat: Nollet.i.accipere. Rituq; fe.pecudes erant in exercitu. Has ore lactabant usq; adeo ẽt ut cũ lac deficeret sanguinẽ exprimerent & haurirent. Distẽtas:plenas. Siccãt.s.lactẽtes. Sordi.pollutus. Exhausto: euacuato. Tunc herbas.oĩa inquirebãt unde humorẽ aliquẽ haurire possẽt:nã herbas & frõdes terrebãt: ut inde succũ aliquẽ emitteret:aut ẽt matutinũ rorem de frõdibus colligebant. Distrin.frãgũt. Quos: aliquos accipiũt. Palmite.i.fructicæ arboris:nam fructex est arbor tenella:sicut palmes:quia nondũ in duriciẽ ligni cõuersus ẽ. Crudo: uiridi. O fortunati fugiens.nũc per compationẽ dicit fortunatos eẽ illos:quib℈ potestas data ẽ bibendi uenenatos fõtes ut Mitridates quẽ dum fugiẽtẽ psequit̃ Pompeius quacunq; iret fontes ueneno inficiebat: ideo fortunatũ dicit Mitridatẽ:& illos quib℈ data est potestas hauriẽdi aq̃s quãuis ueneno infectas compatione istorũ qui sibi mori cogebant̃. Fortunati.s.fuerunt illi qui uenenis infecerunt fontes & Mitridates qui nescientes hauriebãt. Hos licet in.f.uere inq̃ felices. & apostrophat ad Cæsarẽ:o cæsar inquit: ut scias quantũ isti mortẽ nõ timẽt.si bibentib℈ ipsis aquas ueneno infeceris illi:quãuis sciant se ueneno morituros: tamẽ bibere nõ dubitabunt. Nõ decepta: qa uidẽtib℈ ipsis hoc feceris. Flu.s.Sicori & cyngã. Tabẽ: corpa putrida ferarũ. Aconitũ: herba ẽ uenenata: quã poetæ fingũt ex spuma cerberi natã esse:cũ illũ ab ĩferis traxit Hercules. Pallida:quia pallida sunt aconita. Saxis:qa nascit̃ in cautib℈:aconis græ.la. hæc cautes tis.ppterea aconitũ dicit̃:quia in cautibus nascit̃:cos cautes au uertit̃ in o:ut saurex p sorex sic caudex pro codex. Torrentur: nec mirum quia diuturna siti ardebãt. Decepta: quia hoc clã nõ feceris:sed pa am. Sicca ora.s. nimio desiderio aquæ. Squa.as. in.quia arida lingua erat ĩ squamarũ modũ. Iã marcẽt uenæ.s.euacuatæ sanguĩe. Nulloq; humore:pulmo ẽ q reciprocũ spũm trahit:dicit ergo deficiẽte humore pulmonẽ strinxisse meatus:ut iã necarẽtur nõnulli:& nimia siti laborãtes: semianimes redderentur. Meatus alternos .i.rciprocos qa accipit spũm & reddit pulmo:nihil aliud uita hoĩs ẽ nisi rciprocus spũs aeris: & nisi aerem recipiat ac reddat pulmo uiuere nõ põt hõ. Lõga qa nimia siti laborãtes:ab imo usq; pectoris anhelitũ trahebãt. Resc.i.scisso unũ ẽ qd supra. Pã.ora siti ut uel aere lenirẽt caloris & ardoris siti. Noctu.aera:qa nocturnus aer humidus ẽ. Virg.noctis lẽtus nõ deficit humor. Expe.cũ desiderio hymbres optãt. Cũcta na.paulo ãte oĩa erãt multitudine hymbriũ plena aqs:nũc ãt deficientib℈ hymbrib℈ arida terra facta erat & hymbres quos ãtea ĩuisos hũerant nũc expectãt.

Quoq; ma.mi.aliud addit qd plurimũ ualebat ad augendã sitis grauitatẽ:qa.s.nõ in regiõe positi erãt q̃ naturaliter arida eẽt:sed ĩ medio fluuio℞ positi siti ardebãt:nã si regio penuria aquæ laborasset tolerabilius uideri potuisset:nũc cũ undiq; aquæ fluerent ipsi ĩ mediis undis sitiebãt. Quo:ut. Ieiunia ũdæ.penuria aquæ. Sol.i.cruciãt illos. Meroẽ:insulã:merois ĩsula ẽ quã nilus ĩ medio sui facit:& calidas emittit aq̃s Influũt.n.ut refert Stra.duo flumĩa e lacub℈ qbusdã ab oriẽte delata & meroẽ ingentẽ ĩsulã cõplectuntur: quo℞ alterũ dr̃ astaboras ad oriẽtale latus fluens:alte℞ astapus qd nõnulli Astosabã uocãt:supra Astaboræ & nili cõcursũ:meroẽ urbẽ esse eodẽ noĩe quo insulã Sub axe:uidelicet sub oriẽte in ea regiõe:uel pre qua. Nudi garamãtes:qa nimio calore solis populi Lybici nudi arare cogũtur: Garamãtum regio ultra getuliã est & piter cũ illo progreditur: unde carchedonii lapilli afferuntur. Inter stagnãtem sicorim:in undantem regionem illam. Rapidum hiberum:uelocem fluuium unde hibe ria dicta est hispania:nam hiberus amnis toti hispaniæ nomẽ dedit:ut ait Solinus:Bætis uero prouinciæ:uterque tamen nobilis.

Spectat uicinos:quia augebat dolorẽ aquã ꝓximã uidere:& eã haurire nõ posse. Iã domiti: cũ diu oĩa tẽtassent:si quõ possent e manibꝫ Cæsaris euaderẽt:postquã oĩa frustra fuerũt:tãdem in cæsaris deditionem uenerũt. Pacisq; tuendæ:postq̃ uidit nulla rõe nullisq; uiribꝫ euadere posse: Afranius auctor fuit de ditiõis cũ primũ cõsiliũ cũ oĩ exercitu cõicasset:deinde ipse q̃si publicus legatus totius exercitus ad cæsarẽ ꝓfectus orõnem hũit. Duces.s.Petreius & Afra. Cessere.s.necessitati. Domiti.i.subacti fame. Pacisq; petendæ:quia Petreius cõcitauerat milites:iã de pace fœdera agẽtes. Dãnatis.i.abiectis quibꝫ se defẽdere non poterat. Semianimes tur.qa pene siti cõsumpti erãt milites. Hostilis.i.cæsaris uictoris. Seruata:nec tamẽ quãuis supplex ad pedes accessisset:maiestatẽ impatoriã deposuit. Precãti.s.Afranii dico maiestas. Stetit non fracta:quia dignitatem imperatoriã præ se ferebat:ut nõ uideref para tus eẽ mori. Priorẽ fortunã.s.inter fortunã impatoris:quia impator erat exercitus. Nouosq; casus: quia nõ uictus erat:& in ptãte uenerat cæsaris. Victi ducis:non ignaui militis sed q̃lia uictũ ducẽ dcebant nõ militẽ. Securus q̃si sine cura salutis:qa licet peteret ueniã:&si nõ cõcessisset Cæsar: tamẽ nõ magnifaciebat. Si me degeneri:cõstitutio cõiecturalis ẽ:cũ quæritur de facto & disputaf: ut o Petrei & Afrani sũpsistis arma contra me: quæstio ẽ:imo non sumpsimus:& ꝓbat per locos ipsius cõstitutionis:ut in expositiõe singulo ĩ loco dicemus: primo captat beniuolẽtiã a persona sui:cũ ostendit se fortẽ eẽ qui mori honeste potuerit: si opus fuerit: a pſõa auditoris:cũ ostẽditur quæ de iudice spes semp fuerit:& cũ res eoꝝ sapienter fortiter mãsuete factas ostẽdemus:ita & hoc loco a Cæsare beniuolẽtiã captat: quẽ fortẽ mãsuetũ ostendit:iõ dignus ẽ a quo uenia petaf. Si me degene.ecce quõ ostẽdit se fortẽ qui mori potuerit honeste non turpiter uiuere si opus fuerit. Degeneri.i.uili.s.sub hoste q indignus esset ab eo ueniã peteremus. Dextra for.i.uirtus q̃

Spectat uicinos sitiens exercitus amnes.
Iam domiti cessere duces:pacisq; petendæ:
Auctor damnatis suplex afranius armis
Semianimes ĩ castra trahẽs hostilia turmas
Victoris stetit ante pedes:seruata precanti
Maiestas non fracta malis: interq; priorem
Fortunã casusq; nouos gerit omnia uicti
Sed ducis:& ueniam securo pectore poscit.
Si me degeneri strauissent fata sub hoste
Non deerat fortis rapiendo dextera leto.
At nunc causa mihi est orandæ sola salutis
Dignum donanda cæsar te credere uita.
Nõ partis studiis agimur:nec sũpsimus arma
Consiliis inimica tuis:nos denique bellũ
Inuenit ciuile duces:causæque priori
Dum potuit seruata fides:nil fata moramur
Tradimus hesperias gentes:aperimus eoas
Securũque orbis patimur post terga relicti

oppeterẽ potius. At nũc a pſona auditoris beniuolẽtiã captat:sed qa credius o Cæsar te eẽ dignũ qui uitã dones:id.n.ãte facere cõsueuisti:ut dubitare nemo debeat petere ueniã.iõ supplices ad te uenienius. Hoc qa credo te dignũ esse:q militibꝫ uitã dones. Nõ ptis stu.nũc descẽdit ad cõstitutionẽ.s.sũpsiti arma cõtra me o Afrani:quõ uis ergo ignosci tibi:imo nõ sũpsi:q̃stio ẽ:ꝓbaf unde ꝓderit plurimũ cõsiderare q̃ facta sunt ãte rẽ in re & post rẽ:ante rẽ ubi fuerit ãteq̃ bellũ gereret ĩ hispania cũ impio quã ꝓuiciã Senatus populusq; ro. sibi tradidit:ãteq̃ bellũ cile cõflaretur ĩ hispania:cũ impio eã ꝓuinciã demãdatã gerẽtes a senatu po.que ro.tenebãt ex eo q̃ ãte rẽ fuerit ꝓbat se nõ sũpsisse arma:nã si postq̃ bellũ cõflaref arma sumpsisset:tũc in uitio eẽt. Cõsiliis inimica:qa nõ ẽ demãdata nobis ꝓuĩcia cõtra te:qa nos deniq; inuenit bellũ cile:nã anteq̃ bellũ cile moueref ꝓuincia nobis cũ impio demãdata ẽ. Causæ priori:iã huius ꝓuinciæ ꝓfecti eramus. Nil fata moraf:in re.s.cũ uolumus ꝓbare p constitutionẽ cõiecturalẽ aliquid factũ:& anteq̃ factũ fuit aliqd ostẽdĩus factũ qđ nõ oportuit:aut nõ fcm̃ qđ oportuit ꝓbat a cõiecturali:hoc mõ.In ꝓuĩcia tenẽda fecisti aliqd qđ nõ oportuit:dici põt nõ fecimus:qa si ꝓuĩciã tenuissemus ultra quã necesse fuerit:dicere posses fuisse aliquid factũ qđ non oportuit:sed illã tenuimus:quoad fata cõcessere:ergo non fecimus qđ nõ oportuit. Nil fata me.fecimus qđ nõ oportuit.imo nõ fecimus qđ nõ oportuit:nõ oportuit tenere nos prouĩciã postquã oĩa expti sumus: quæ humana necessitas toleraf posset.sed postquã dii nobis cõtrarii fuerũt uoluimus cõtra deoꝝ uolũtatẽ ꝓuĩciã teneř. Tra.hespe.dscẽdit a cõstitutione cõiecturali ad dliberationẽ:nã oĩs petitio hẽt deliberationẽ.s.eius a quo petimus cũ.n.petimus aliqd:is a quo petimus dliberat dare uelit an nõ:iõ opus ẽ suasiõe:suasio oĩs ẽ ĩ deliberatiõe:dliberatio hẽt finẽ honesti:& utilis queãdmodũ petitio cũ petimus aliqd debemus suadere a ptibꝫ honesti:cũ deliberamus aliqd:ita & cũ petimus ab hisdẽ ptibus suadere debemus:deliberatio hẽt finẽ utilitatis:utile ẽ ut in deditionẽ accipias nos o Cæsar:cũ ex hac deditione magnã utilitatẽ cõsequeris. Tradimus hesp.gẽ.o Cæsar ista cũ sit cura nobis:ueniã ꝓstes:ĩ tuã ptãtẽ tradimus hispaniã & oriẽtalẽ plagã. Apimus eoos.i.oriẽtales:nã donec hispania occidẽtalis rgio cõtra te eẽt:nõ securus iuaderes oriẽtẽ ubi Põ erat:nũc ergo securus poteris bellũ gerere. Securum.quia te securum damus:ut nihil a tergo hostile relinquamus. Post terga.s.occidentis

Nec cruor effusus campis tibi bella peragit
Nec ferrum lassæq; manus: hæc hostibꝫ unū
Q d uincas ignosce tuis: nec magna petūtur
Ocia des fessis: uitam patiaris inermes
Degere quā tribuis: campis prostrata iacere
Agmina nostra putes: nec enim felicibꝫ armis
Misceri damnata decet: partēque triūphi
Captos ferre tui: turba hæc tua fata peregit.
Hoc petimus uictos ne tecum uincere cogas.
Dixerat. at cæsar facilis & uultuque serenus
Flectitur. atque usū belli pœnāque remittit.
Vt primum iustæ placuerūt fœdera pacis.
Incustoditos decurrit miles ad amnes
Incumbit ripis: promissaque flumina turbat
Continuus multis subitarū tractus aquarum
Aera non passus uacuis decurrere uenis
Artauit clausitque animā: nec feruida pestis
Cædit adhuc. sed morbꝫ egēs iā gurgite plēis
Visceribꝫ sibi poscit aqs: mox robora neruis
Et uires rediere uiris. o prodiga rerum
Luxuries nunquā paruo contenta paratu:
Et quæsitorum pelago terraque ciborum
Ambiciosa fames: & lautæ gloria mensæ:
Discite quā paruo liceat producere uitam:
Et quantum natura petat: non erigit ægros
Nobilis ignoto diffussus consule bacchus.

Nec cruor: suadet a facili. s. quia hāc uictoriā Cæ. incruētā cōsequet̃: quia nihil obstabit quo magis ēt debeas nobis cōcedere hoc. Lapsa. s. pugnādo. Hoc hostibꝫ unū: hoc solū ignosce ꝙ incruētā uictoriā accipias: & ne tibi uiliores uideremur. Nec mag. pe. a possibili nā cū petimus aliquid ostēder̃ debemus id qđ petimus p̃stari posse ab eo quē rogamus: ꝙ tu facere potes o cæsar. s. ut dimittas nos ab armis hac cōditiōe: ut posthac nō liceat nobis: nec ꝓ te: nec cōtra te arma sumere: & tāq̄ emeritis militibꝫ futuri tpis stipēdia nobis dabis. Petūt̃: a te q̄ prestare potes. Ocia do. s. ut nos ab armis dimittas. Degere. uiuere. Inermē: .i. depositis armis: & relicta militia. Quā tribuis. i. cōcedis. Prostrata iacere: & putes aīo nos ad internitionē usq; occisos eē nisi succurras. Nec. n. felicibus ar. arguit a ptibus iustitiæ. s. a grã: grã ē ut bene merentibꝫ premiū det̃: & male merētibꝫ pœna qa infelices sumus p̃mia nos hr̃e nō debemus: nec igit̃ debes nos exercitui tuo felici cōiūgere. Feli. quia cū nos infelices sumus pticipes uictoriæ tuæ nos esse non decet. Turba hæc: q̃tū ptinet ad exercitū nostrū nr̃æ fortūæ satisfecimus: iō nihil nobis relictū ē qđ bellū cīle seq uelimus. Fata pegit: quādo semel uicta ē. Vicere cogas. i. postq̄ semel uicti sumus nolumus āplius uīcere. Facilis. s. ad ignoscēdū. Vultuq; serenus. i. benignus: qa q̄litas uultus significat aī ītētionē. Penāq; re. s. ut sint tāq̄ emeriti & uacationem habeant. Vt primū iuste. postq̄ cæsar feliciter cōsensit petiōi petreii & afranii: stati milites ubi facultas data ē ad aquaꝶ flumina oēs sine ordine discurrunt. Iuste pa. quæ iusta pax erat: que inter ciues cōponebat̃. Incustoditos: sicut a natura seruabātur ab hoste Incūbat. i. instat nimia siti laborās. Flu. turbat: qa mult tudīe militum pturbātur undæ. Cōtinuus mul. dicit qūo milites postq̄ semel facta est bibendi facultas tam auide aquas hauserunt ut se ipos suffocarēt: nā multi ex ipis p̃ nimia auiditate bibēdi suffocati sūt. Cōti. tractus. i. haustus aquarū sine intermissione: qa auide nimis trahebāt. Artauit: angustauit. Aías. i. uitā & spūm. Feruida pe. i. aqua auide hausta. Plenis. repletis. Cædit q̄uis aquæ suparent & abundarent: tamē saciari non poterāt: cū pleni eēnt aquis: tamē adhuc haurire cupiebant. Morbus egēs: i. uitiū sitis ex inopia aquæ contractū. Mox: deīde. Robora ner. postq̄ tādē siti expleuerūt uires ī corpore r̃diere. Et uires declarat: quia mos ē poetaꝶ ut multa dicāt in eadē s̃nia: & alteꝶ sit alterius expositio. Robora. i. uires. O ꝓdigia reꝶ luxuries. capta occasione poeta inuehit̃ in eos qui curiosi sunt ciboꝶ & qui terra mariq; quærunt: unde delicatū aliquid hr̃e possint ꝙ nō necessitati suæ cōueniat: sed uoluptati satisfaciat. O uos inquit q adeo soliciti estis ī iquirēdis uariis ciboꝶ generibꝫ aduertite & cōsiderate q̄ paucis rebꝫ hūana uita possit esse cōtēta: hi. n. recupauere uires suas aqua & pane cōtēti. Luxu. supflua. Prodiga. i. q̄ rebꝫ abuteris: ꝓdigus dr̃ a porro & gero uidelicet q sua bōa neqcq̄ cōsumit. Nūq̄ cō. i. quæ sēp magno sūptu cibos & epula pare soles. Ambi. i cupida: ābitus ꝓpriē dr̃ cupiditas honoris: sed ꝓ oī cupiditate aliq̄do ponit̃. Paruo pa. quæ ut nūq̄ saciari possis. Et laute glo. mēsæ: O mēsæ delitiosæ. Discite nūc exēplo hoꝶ militū q satis hūerūt cū aquā haurire possēt & panē comedere. q̄: ꝓ quātū. Paruo. i. q̄ exiguo sustētari possit humana hoīs natura. Aegros: egrotātes ē argumētū si ægrotātibꝫ aquā facile ꝓponētibꝫ medicis satis erit ad recupandā ualitudinē pristinā: quāto ea magis sufficiet corporibus ualidis. Nobilis bacchus: idest uinum præciosū quod magno p̃cio cōparatur & aduectitiū est de longinquis ptibus: deū pro uino posuit. Diffusus: ignoto consule: idest uetustum uinū & multis ānis ī cella uinaria seruatū: nā q̃to uetustius ē tāto ualidius: iō dicit ignoto cōsule pp ātiqtatē qaro. tpa a cōsulibꝫ dinumerabāt: nā cū significare uellent quo tpe aliqd gestū eēt dicebāt Plāco & Lep. cōsul. hoc factū ē & q̃to ātiqores cōsules erāt: tāto magis ītelligebāt rē illā antiqorē eē ergo cōsule ignoto. i. cuius

nomen propter uetustatem incognitum est. Non auro murrhaque: idest nõ aureis poculis & murrhinis bibebant. Murrhina mittuntur ab oriente: ut refert Plinius libro ultimo naturalis historiæ: inueniũtur enim ibi pluribus locis: nec insignibus: parthici regni: præcipue tamen in Carnania humorem putãt sub terra calore densari amplitudine nunquã paruos excedunt abacos: crassitudĩe rara uasi potorio: splẽdor iis sine uiribus: nitorque uerius q̃ splendor: sed in prœcio uarietas colorum: subinde circũagẽtibus se maculis in purpuram candoremque & tertium ex utroque ignoscente ueluti per trãsitum coloris purpura rubescente: aut lacte candescente: sunt qui maxime ĩ iis laudẽt extremitates: & quosdam colorum repercussus: quales in cælesti arcu spectãtur: his maculæ pingues placent: trãslucere quicquã aut pallere uitium est: Item sales uerucæque non eminẽtes: sed ut in corpore etiam plerunque sessiles: aliqua etiam in odore cõmẽdatio ẽ. primus Pompeius in urbẽ murrhina inuexit & sex pocula capitolino Ioui dicauit: quæ protinus ad hominum usum transiere abacis etiam escariisque uasis inde expetitis: contraria huic cã crystalum facit: gelu uehemẽtiore cõcreto: nec alibi certe r̃peritur q̃ ubi maxĩe hybernæ niues rigent glaciemq́ esse certũ ẽ: unde & nomen græci dedere. Oriens & hanc mittit: sed indicæ nulla præfertur: nascitur & in Asia uilissima circa alabãdam & hortosiam finitimisque mõtibus. s. nõ mixto uino aut aliquo liquore suauiore Flu. i. aqua ꝓ parte sui ponitur: ut restinguere fontibus ignes: nã non fontes restinguebant: sed partes fõtium Ceres: deam pro fruge posuit. Heu miseri: nunc ĩ eos

Non auro: murrhaq́ bibunt: sed gurgite puro
Vita redit. satis ẽ populis fluuiusq́ ceresque.
Heu miseri qui bella gerũt: tũc arma relinquẽs
Victori miles spoliato pectore tutus
Innocuusq́ suas curarum liber in urbes
Spargitur. o quantum donata pace potitos
Excussis unquam ferrum uibrasse lacertis
Pœnituit: tolerasse sitim: frustraq́ rogasse
Prospera bella deos: nẽpe usis marte secundo.
Tot dubiæ restant acies: tot in orbe labores.
Vt nunquã fortuna labet: successibus anceps.
Vincendum totiens: terras fũdẽdus in omnis
Est cruor & cæsar per tot sua fata sequẽdus.

inuehitur qui cupiditate bella gerunt: quos dicit miseros esse seu uincant: seu uincantur: si uicti fuerĩt: necesse est ut seruiant: si uicerint nunquã a bellis desinent: sed bella ex bellis sæuiunt: cum alia semper appareant q́ miseri sint ex hoc cognosci põt: quia ipsi depositis armis ĩ extrema miseria cõstituti cæperũt eẽ felices: & multo feliciores uictoribus suis. Heu: cũ miseratiõe. Tũc: probat q́ securi sint depositis armis milites cũ antea armati: in extrema miseria cõstituti essent: & tuti esse nõ poterãt: nũc uero inermes securi sunt: quod e contrario uidet̃. Victoris: cæsaris. Tutus: qa neminẽ timebat. Innocuus: cui nemo noceret. Liber curarũ: qui ante magnis curis & solicitudinibus agitabat̃: cũ mortis piculũ ante oculos timerent. Spargit̃: diuiditur. In oras suas: idest in patriã suã: qa in suã quisq́ patriã redibat. O quãtũ donata: postquã depositis armis semel liberi fuerũt: pœnitẽriam agebãt se ipsos incusantes: qđ sitim & aliarũ rerum inopiam: tam diu perpessi fuissent. O quãtũ cum admiratiõe quadã legẽdum. Pace potitos: potentes factos pacis: quã consecuti erant: potitur aliquis cuiuspiam rei qui potens factus est rei quam cupiebat. ut Virgilius. Optata troes potiuntur arena. i. cõpotes facti sunt. Donata: a cæsare quod nunquã iaculati essent tela. Excussis: concussis. Vibr. fer. iaculatos fuisse tela ferrata. Tolerasse sitim. s. pœnituit quasi dicat minime stultos se quodãmodo fuisse intelligebãt: & stultitiã suam dãnabant: quo depositis armis possent oĩa abunde consequi. Rogasse bella deos: constructio latina: idest præcibus petiisse a diis. Frustra: qa obtinere nequerũt. Nẽpe usis. Rationẽ affert: quãobrẽ pœnituerit eos tanta cupiditate uictoriam a diis exoptasse quia intelligebant se nunc fœliores esse uictoribus: & quod a diis optabant ipsis dãno potiusq̃ utilitati futurũ: hoc cõparatione sui & hostium intelligebant. Videbant enim multa bella restare Cæsari & militibus suis: ut unius belli finis principium alterius esset. quanuis etiam omnia Cæsari prospere cederent: tamen opus esse longiore tempore atque longiore: antequam uictoriam plene consequerentur. nunc ipsis dimissis armis pace quieta frui apertum est. Nempe: inquam eos pœnituit: quia acies dubiæ cæsarianis. Dubiæ acies: idest incertæ pugnæ. Tot in orbe labores: quia opus erat ut põpeium terra marique persequerentur: quia magnis exercitibus terrestribus atq́ maritimis abundabat. Vt nunquam fortuna: & supposito: nõ cõcedo tamen: q́ nunquam fortuna sit Cæsari aduersa: tamẽ: multociens gerenda sunt bella ut magno labore uictoria constet. Ordo est: uincendum est totiens: cruor est fũdendus in omnes terras: & Cæsar est sequendus per tot sua fata. Vt: quãuis. Fortuna anceps: idest q̃ semper dubia & incerta esse solet euentibus. Labet: mutetur ut in euentibus sit incerta & dubia. Successibus: prosperitatibus. Vincendum toties: quamuis omnia ex uoto Cæsari succederent. In omnes terras: in omnes partes terrarum: in oriente: in occidente: in meridie: ubi Pompeius exercitus suos habebat. Cæsar per tot sua fata sequendus: necesse est ut cæsaris milites ueniant qui ipsum sequẽtur. Per fata: per fortunas: qui quocunque orbis terrarum in periculo & discrimine est: uincat ne an uincatur.

Felix qui potuit ergo cõparatione cæsaris atque suorum felix est qui scit iam ubi habitaturus sit:qui se tuti sunt Cæsaré incerti erant ad quas colonias habitaturi essent pro præmio uictoriæ milites.n.uictores in colonias mittebantur more maioꝝ:& uictos in colonias reducũt: ipsi quoq; fœdere.i.amicitia cõiũcti erãt:dicit igit̃ uictores illos hitaturos p̄rias ubi geniti & educati sunt: at uero uictores milites cæsaris adhuc nesciuere quã p̄té hitaturi sint:iã perterrebãtur uictores:& necesse erat ut in oém parté reducti eã sibi sedé deligerét. Nutãte ruina.i.cũ mundus oĩbus ruinã minat̃:nam cũ sit impium Ro.lõge lateq; porrectũ & ferme oém terraꝝ orbé cõpræhenderet mortis ro.mouebatur uniuersus orbis. Nutante.i.ruinã minante. Est.s.ille: Quo ia.in quo loco moriturus sit & uicturus:reliquũ uitæ suæ tempus. Nõ prælia fessos:nã hi milites sunt securi bellorũ:& cũ cõiugibus ac liberis suis acturi sunt uitã:& ĩ suis tectis habitaturi:ubi geniti & educati fuerũt. Vocãt fessos.s.dimissis armis & relicta militia. Classica: instruméta belli:ut tubæ cornua. Sõnos certos:qa non sunt solliciti de bello imminéti. Cõiunx: recipit. Nati:recipiunt eos qui ĩ p̄riam rediere ad suos Rudes nati:infãtes qui adhuc in cunabulis nutriunt̃. Sordida tecta.s.uilia:& iõ pacifica:qa raro discordia in humili tecto:sed ĩ magnis prĩcipũ ædibꝫ discordia regnat. Sua terra:in qua nati sunt & educati. Deductis.s.a triũuiris in alienas colonias: iter municipiũ & colonias hoc interest: Municipiũ dr̃ oppidũ illud cuius ciues donati sunt digniori ciuitate Veneta:e diuerso appellatur colonia:cũ a digniori ciuitate mittunt̃ ad inferioré quéadmodũ erecta é colonia Venetoꝝ:Recte ergo dicit hos milites felices:hoc ét felicitaté suã auget:ꝙ.s.nõ cogerent̃ relicta p̄ria ubi nati sunt in alienas colonias deduci. Deductos.s.ad agros suos in alienos. Hoc quoq; securis:hoc quoq; accessit ad felicitaté eorũ:ꝙ.s.securi sunt & nullũ onus metuebãt:nullũq; laboré militiæ. Menti.i.a méte eoꝝ ꝙ nihil metuãt:nec uictoriã utercũq; uincat uel cæsar uel Pom.haud ĩ magno discrimine ponũt̃. Fortuna re.fortuna hoc addidit ét ad felicitaté eoꝝ:ut sine pauore sint:uter cæsaris & Pom.uincat. Oneris:nã magnũ onus é pauor. Sollicitus ab effectu:qa reddit hoíes sollicitos. Salutis auctor :qa cæsar cũ pauloãte uenisset ĩ p̄tãtem suã: ipsis saluté donauit. Ille:Pom. Sic:hoc pacto: Nullo uoto:quia nõ optent ut cæsar magis ꝗ Pom.aut e diuerso uincat. Non eadé belli:sicuti antea res oés fortuna cæsari feliciter ex uoto cedebat.At nũc oĩa in inuidia mutata sunt:nã fortuna tã&si cæsari fauebat:tamé aduersus eũ nõ nihil sinistri ausa é. Nõ eadé:nõ fuit similis huic fortunæ:quam in hispania habuerat. In partes Cæsaris:bene non eadem fuit:quia nõ nihil Cæsaris partibus aduersata est. In :contra.ubi nã fuit aduersa:ea parte qua unda ferit salonas:uidelicet in illyrico littore & dalmatico ausa est Cæsari aduersari. Salonæ:rum.ciuitas est dalmatiæ:quam pollio expugnauit & de ea speciosissimum triumphum egit:unde filium suum de nomine captæ urbis Saloninum appellari uoluit.Salonæ imperium dalmatorum fuit:hæc gens ut refert Strabo annos compluris aduersus Romanos bella gessit:castella ad.L.habuit dignitate præstantia. Longas:quia in longitudine sita est:respexit ad situm urbis:sicut albam longam dicimus. Tepidum hyader:non ꝙ hyader sit generis neutri:sed rettulit ad flumé tepidum:hyader autem fluuius est in adriaticum mare fluens:unde oppidum é haud procul ab eo hyadra appellatum:quam uulgo Zara appellant. Tepidũ:quia in occidente est:quia zephyrus semper est tepidus. Illic belliaci. narrare incipit nunc qũo non nihil aduersi ĩ illyrico passus fuerit Cæsar.Historia ita se habet:Cum fauces maris adriaci C.Antonius & Dolobella cæsaris legati ipsius iussu occupassent inde in illyrico littore alius:alter in Dalmatico castra posuisset Pom.oĩa maritima loca tenẽte.Octauius Libo cilix repẽte cũ omni exercitu classicorum utrinque uenit:& fames quidem Antoniũ in deditioné abstorsit:quia famis necessitate coactus se Pompeianis dedit:quin etiam rates quæ in auxiliũ eius uenerat cũ Basilio nouo Pompeianoꝝ marte funibus occultis in medio mari extẽsis cilica arte captæ sũt:duas tãtum naues ex faucibꝫ explicuit:unam quæ ferebat opiterginos: & hoc facinus memorabile posteris edidit:nã multæ miliũ militũ manus extremis faucibꝫ circũfusæ p totũ dié tela sustinuerũt.Interea nocte ne in p̄tãtem hostium uenirẽt disturbante Vulteio eorũ duce mutuis uulneribus inter se ceciderunt:& ad unũ oés occisi sũt hoc é illud qđ fortuna opata é cõtra cæsaré. Illic: in illyrico. Curetũ.i.Cretẽsiũ qa cretẽses milites auxiliares secũ hẽbãt. Curetes ut ostẽdit Stra.qdã ad acarnanes qdã ad etholos adsciscũt & nõnulli a creta: aliq ex euboea genus duxisse asseuerãt đ his multa ferũt̃ a Strabõe.

Felix qui potuit mundi nutante ruina
Quo iaceat iam scire loco:nõ prœlia fessos
Vlla uocant:certos nõ rũpunt classica sonos
Iam cõiunx natiq; rudes:& sordida tecta
Et non deductos recipit sua terra colonos.
Hoc quoq; securis oneris fortuna remisit.
Sollicitus menti quod abest fauor ille salutis
Est auctor:dux ille fuit:sic prœlia soli
Felices nullo spectant ciuilia uoto.
Non eadẽ belli totum fortuna per orbem
Constitit.in partes aliquid sed cæsaris ausa est
Qua maris adriaci longas ferit unda salonas
Et tepidũ ĩ molles zephyros excurrit hyader
Illic bellaci confisus gente curetum,

Quos alit describit insulã curetũ: Põto.s.in medio mari adriatico posita ẽ Cretæ.s.illyrico littore ubi castra posuerat.C.Ant.nã Dollobella in dalmatico posuerat. Cautus ab incursu belli: ꝓuisus ꝓuiderat inqt ut qua pte hostes inuaderẽt:sed nõ prouiderat cõmeatibꝰ. Si so.re.mõ ꝓuiderat cõmeatibꝰ:sed hec ps magna illi & necessaria dederat:unde exercitus fame obsidebaẽ. Tuta.s.loca:ẽt si ĩ tutissimo constiteris:& non suppeditent alimẽta quibus uiuere possis:necesse ẽ ut spõte in hostiũ ptãtẽ uenias. Nõ pa.describit q̃ta inopia Ant.& milites sui laborarẽt:iam.n.herbas cũ radicibus euulserãt. Pascẽdis eqs: multo minus nutriendis homĩbꝰ. Prosilit:ꝓducit ab eo quod præcedit id'qđ sequiẽ:nã primo seriẽ seges deinde oriẽ. Sege.frugẽ:uel põt esse hyppallage: & segetẽ ꝓ terra posuit.Virg.Quid faciat lætas segetes.

Quos alit adriaco tellus circunflua ponto
Clauditur extrema residens antonius ora.
Cautus ab in cursu belli:si sola recedat
Expugnat quæ tuta fames: nõ pabula tellus
Pascendis summittit equis :non proserit ullã
Flaua ceres segetẽ:spoliabat gramine campum
Miles: & attonso miseris iam dentibus aruo
Castrorũ siccas de cespite uulserat herbas.
Vt primũ aduersæ socios in littore terræ
Et basilũ uidere ducem noua furta per æquor
Exquisita fugæ:neq; eni de more carinas
Extẽdunt:puppesq; leuant: sed firma gerẽdis
Molibus insolito cõtexunt robora ductu
Nanq; ratẽ uacuæ sustẽtant undique cuppæ:
Quaꝝ porrectis series constricta cathenis
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos
Nec gerit expositum telis in fronte patenti
Remigiũ:sed quod trabibꝰ circũdedit æquor
Hoc ferit:& taciti præbet miracula cursus
Qđ nec uela ferat:nec aptas uerberet undas
Tunc freta seruanẽ:dũ se decliuibus uudis
Aestus agat:refluoq; mari undẽrur harenæ.
Iamq; relabenti crescebant littora ponto.
Missa ratis prono defertur lapsa profundo
Et geminæ comites:cũctas sup ardua turris
Eminet:& tremulis tabulata minantia pinnis

Spo.gra.cam mil. deficiẽtibus aliis rebus terram quoq; in usũ suũ milites colligebãt. Attõso aruo. more iumẽtoꝝ:iã ĩquit cõsũptis herbis ad radices usq; tendebãt. Castroꝝ siccas:qa aggere castra circũdederãt:& ex aggeribus cumulauerãt herbã:quã ipsi dentibꝰ carpserãt. Vt primũ:nunc describit qũo res gesta fuerit:nã Ant.ad hanc inopiã rdactus ubi Basiliũ uidit cũ rati bꝰ auxiliaribus uenisse:parauit se ad fugã:si qũo posset furti e manibus labi:qũo aũt fecerit poeta describit. Vt.i.postq̃. Primũ:q̃ primũ simulatq; socios uidit Ant. Aduersæ:opposita. Basilũ:quia cũ auxiliaribꝰ uenerat nauibus. Noua fur.nauigãtia. Fugæ:ad fugã. Neq;.n.declarat qa sibi rates de ratibꝰ fecerãt. Extendũt:producũt. nã de more naues ædificãt lõgas. lõgæ naues dicũẽ:q̃s uulgo galleas uocant. Que:ꝓ sed. Pup.le. .i.leuiores puppes faciũt. Extẽ.ca.s.ut sunt q̃dã q̃si carinæ & nauis corpus. More.s.antiquo. Leuãt:attollunt. Ro.rates firma:dico gerẽdis molibꝰ. Rates uulgo dr̃ cũ multa ligna inuicẽ cõnexa officiũ & usum nauis præbẽt. Fir.ro. ualida ligna ad quã rẽ firma sũt.s. Gerẽdis moli.i.ad sustentãdas moles grauiores. Insolito du.i.tractu nõ solito:nũq̃ antea tale aliquid factũ erat nãq;. Ratẽ:declarat qđ dixit robora firma. Cuppæ.qa naues q̃s hic cuppas huius põti uocãt:scutellæ dicũẽ alio loco.i.ad similitudinẽ scutellæ:uel cuppas has undiq; struxerãt lõgo ordĩe cathenatas:q̃ hãc ratẽ sustinuere: uerbi cã hic ratis erat:utriq; erãt scutellæ siue cuppæ:q̃ sustinebãt hãc ratẽ:& a frõte & a tergo nauigãtes latebant sub hac rate:& in ip̃is cuppis tribꝰ ordinibꝰ nauigabãt:nõ a tergo:postq̃ a fronte qa uideri potuissẽt nauigabãt mouebaẽ ratis illi admirabãẽ q̃re moueretur:cũ nullũ uiderẽt remũ:sed hoc erat qa interius nauigabãt, Vac.quia nihil ĩ his p̃ter remiges uehebãẽ Cathe.quibꝰ coniũctæ tenebãẽ. Obli.al. trãsuersos remos:materiã pro materia posuit. Ordi.in modũ remi. Geminis or.qa sicut ordĩes duos hẽbãt a tergo:ita ĩterius ne uideri possẽt. Nec gerit expo. a frõte uidebanẽ cuppæ:sed nõ hic erãt remiges qui uideri possẽt:sed a tergo. Telis.s.hostiũ qa potuissẽt ab hoste uulnerari:si in frõte fuissẽt. Remi.i.remiges expositos. Patẽti:apto. Circũdedit:ipsi remiges trabibꝰ æquor circũdederãt. Taciti mi.cur.quia mouebaẽ ratis nec unde moutereẽ quisq; pcipere poterat. Neq; uela:nõ sustinebat uela:quibꝰ uẽto ĩpulsis nauis feraẽ. Aptas:patẽtes undas:qa interius remi impellebãt æquor:& ita ratẽ mouebãt. Tũc seruãẽ:& cũ ita parata eẽt:expectabãt donec mare faceret refluxũ quia quottidie mare fluit & refluit & undã hẽrẽt:quæ ratẽ sustinere possẽt. Seruãẽ:obseruãẽ. Aestus:redĩcẽs agat.i.reducit. Decli.un.:q̃ declinauerũt. Refluo:refluẽte. Iãq; rela. postq̃ mare refluxissẽt:& unda sufficiens erat:ut ratẽ sustinere possẽt:illã maiore cursu cõmouerũt. Rela.qa fluentẽ obseruarũt undã maris

Gemi.co.s.naues:quia ratis illa lõgas secũ duas naues hẽbat. Ardua.i.alta turris:ut in arbore nauis est. Pinnis.s.cũ. Minã.tabu.i.eminẽtia:qa in sũmo uallo:tãq̃ turres sũt ꝓpugnacula q̃dã pinnata: q̃ uulgo dicuntur gli merli. Tremulis pinnis: quia sicut mouebantur naues:ita & tremere uidebatur ꝓpugnacula

Noluit illyricæ custos octauius undæ
Cõfestim tentare ratem:celeresque carinas
Continuit cursu crescat dum præda secundo
Et temere ĩgressos repetẽdũ ĩuitat ad æquor
Pace maris:sic dum pauidos formidĩe ceruos
Claudat odoratæ metuentes aera pennæ:
Aut dum dispositis attollat retia uarris
Venator tenet ora leuis clamosa molossi
Sparthanos cretasque ligat:nec creditur ulli
Sylua cani:nisi qui presso uestigia rostro
Colligit:& præda nescit latrare reperta
Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.
Nec mora complentur moles auidæq; petitis
Insula deseritur ratibus quo tẽpore primas
Impedit ad noctẽ iã lux extrema tenebras.
At pompeianus fraudes innectere ponto

Noluit Illyricæ:nunc dicit quomodo se egerit Octauius libo cilix peritissimus:tã & si ĩquit facile posset nauẽ illã obruere:tamẽ nihil ostendit in suis se castris ferre:ut spem augeret hostibus:& reliquas naues ẽt in pontũ deduceret:ut maiorẽ prædã cape posset cautus:astutus:& uetustissimus pyrata. Turmas:scilicet suas. Præda.i.naues prædãdæ deducũtur in mare. Inuitat ingressos.s.hostes ut iterũ aliæ naues deducãtur in mare. Pace maris.s.relicta:quia nihil ipse infestabat hostẽ. Sic dũ pauidos:per similitudinẽ ostendit:qũo Octauius Libo cilix peritissimus nõ prius fraudes suas aperire uoluit:q̃ spẽ oĩbus daret posse eos liberius fugere:ut oẽs e castris & e loco tutiore deductos una omnes cõprehenderet:nã ita eos illexit:sicut uenator facit:cũ iubet omnes canesqui latrare cõsueuerunt remoueri:& eos tantũ mittit ĩ saltus:q prædã inuestigare didicerunt:postea cũ preda patuerit:tunc oẽs in eos canes emittit: ita & iste pyrata fecit:cum omnes relictis castris mediũ mare tenerent quosdã emisit qui latentibus cathenis naues illaquearẽt. Cõparat aũt Octauium Libonẽ uenatori. Romanas uero naues uidelicet Antonii & uulteii cõpat ceruis. Pauidos:metuẽtes. Claudat ceruos.ita hic relicto uacuo mari inuitabat & alliciebat Antonianos milites ut nauibus fugerẽt:sic uenator etiam facit. Metuentes aera pennæ:dicunt enĩ rubras pennas uehementer formidare ceruos. Venatores igitur cũ ad locum peruenerint:ubi cerui frequentant saltum omnen circundant funibꝰ: & de funibus pennas rubras suspendunt:ut Virgilius. Rubræ pauidos formidine pennæ:q cũ de saltu effugere uelint ad funẽ sæpe ueniunt:de quo pẽnæ rubræ dependent:qui cũ timẽt nunc huc nunc illuc redeunt:has adeo dicũt pennas ceruos formidare:ut anteq̃ illas uideant earum odorem sentiãt.

Odoratæ pennæ.i.cuius odorẽ sentiunt a uentis deportatũ. Dispositis uarris.i.pærtticis. Varrus per geminũ.rr.significat perticã:qua retia circundãtur.

Molossi:Molossia quæ & epyrus:primo molossia:deĩde cahonia appellata est a molosso & cahonio:ut Virgi.Cahoniãq; heleni a fratre cahone dixit:iõ molossi dixit quia ibi canes uelocissimi nascunt̃:ideo per excellentiam locutus est. Verũ Strabo refert molossos & cahones celebratissimas gentes esse Epirotarum quippe qui totius epiroticæ terræ quãdoq; regnum tenuere:prius quidẽ cahones:posterius uero molossi qui quidẽ ꝑpter regũ cognationẽ magis ac magis amplificati fuerũt:nã ex æacidarũ sanguine ꝓgnati sunt. Leuis.i.agilis & uelocis canis. Sparthanos:nã in Lacedemonia & in Creta insula optimi canes nutriunt̃:propterea posuit horum locorum canes. Cretas:cretenses. Creditur cõmittitur. Ligat:sic reprimit canes uenator:sicut classem suam retraxit Octauius. Nisi qui presso uestigia rostro:uidelicet nisi tacitis canibꝰ q nihil aliud agunt:nisi odore nariũ huc & illuc cursantes inuestigẽt ferã. Rostrũ appellauit nares canis:nã olfatici nares canis acutissimæ sunt ĩ rostri similitudinẽ. Vestigia:nã ĩuestigar̃ ꝓprie ẽ canũ qui p uestigia sequũt̃ ferarũ odorẽ. Nescit la.nã canes q̃ olfatus sũt docti:cũ feras uiderĩt latratũ tenent. Contẽtus tremulo:ad quid ꝓsunt huiusmõi canes dicã:q̃a cũ ad cubile uenerit leporis uel cerui uel alterius feræ cõcutit loris:quia ligatus a uenatore tenetur:tũc intelligit uenator inuẽtã esse ferã:ecce nõ discedit a similitudĩe:nã ille pitissimus pyrata miserat q funẽ sub mari latentẽ ducerẽt:quo fune illaq̃arent naues hostiũ. Nec mora:Antoniani igit̃ milites & opitergini:ubi uiderũt neminẽ moueri ex hostibꝰ crediderunt metu desistere:ergo una oẽs relictis castris in mare naues deducũt. Moles.s.naues magnas. Cõplent̃:implẽt. Virgi.Cõplent̃ uallesq; cauæ. Auidæq;:solent poetæ q̃d obscure dicũt p epexegesim expõere:ut hic. Insula:ubi castra Ant.posuerat. Ratibꝰ pe.i.cũ rates milites cõscẽdissent. Quo tpe:describit tẽpus.s.in crepusculo noctis:crepusculũ tẽpus illud dr̃ ĩcertũ:cũ nec plenus ẽ dies:nec plena nox:nã creperus a um.gr.la.dubius a.um. Lux extre.i.occidẽs sol:cũ sol occidit ĩpedit noctẽ eo tpe desertus castris naues cõscenderũt milites. Primas tene.q̃a nondũ occidit. At põpeia.sicut uenatores retia tendũt:& fune saltũ circundant:ita hic pyrata ĩpediẽtibꝰ telis funes medio mari extẽdit:ut ille quæreret fugientiũ naues.

Pompeianus:quia cilices fuerunt pyratæ:contra quos magnus Pompeius missus. Vnde septẽ mẽsium spacio mare uniuersũ infestissimũ pyratis liberũ reddidit: deinde pyratas ut uires eoꝝ dissiparet ĩ diuersas colonias misit:& cum ante mare habitarent in continenti terra sub specie beneficii habitare fecit:ideo amabant eum quasi beneficio eius adstricti: ergo partes ipsius Pompeii defendebant atque sequebantur,

Antiqua artē.i.cuius erat pitiſſimus & cui aſſuefactus erat. Summa freti.i. ſuperficie; Vacare.i.uacuam eſſe:quia in ſuperficie maris nihil doli eſſe uidebatur:ſed ſub mari miſerat qui funes & cathenas ex trāſuerſo ducerent: quibus hoſtium naues caperentur. Suſpendit:quia uincula illa non tetendit modo:ſed laxauit ut naues quæ captæ eſſent non ſentirent. Religatque cathenas:religat eas ut cū poſtea nauis ſe ſēſerit captam:tunc copia fiat circunueniendæ nauis. Illyricæ ru.i.litoris illyrici. Nec p.noluit nec primā nec ſecundam nauem capi ut reliquæ ſpem acciperent fugæ. Nec illa tardata.i. ſecunda nauis. Sed tertia moles:ideſt tertia nauis:quia plus hominum uehebat. Adducto fune.quia funē adduxerūt: & ita ad littora impulſa nauis cōſtitit. Impediūt: deſcribit locū quo ratis capta aducta eſt q̄ onerata erat militib9:crepido hīc porrecta eſt in mare.i.altitudo:qa fluctus dicunť cū littora ſæpe pulſāt & concauitatē fecerāt:ut rupes crepidinis pēdere uideť:& ſub hāc crepidinē deducta eſt nauis. Caua ſaxa .ſ. fluctuū ī undariōe pro cauata. Moles:rupis illius & crepidinis. Miræ:interpoſitio ē.i.res eſt mira. Ruitura:qa ſiquis ſuppoſitus fuerit crepidini timet ſēper ruinā rupis quāuis nō cadat. Aequor īumbrat: qa rupes porrecta eſt ī mare:& in rupe natæ ſūt arbores ideo dicit inūbrari æquor. Syluis:arboribus in ea natis

Antiqua parat arte cilix:paſſuſq; uacare
Summa freti medio ſuſpendit uincula pōto.
Et laxe fluitare ſinit: religatq; cathenas
Rupis ab illyricæ ſcopulis:nec prima nec illa
Q uæ ſequitur tardata ratis:ſed tertia molis
Hæſit & ad cautes adducto fune ſecuta eſt.
Impendent caua ſaxa mari:ruituraq; ſemper
Stat mirum moles:& ſyluis æquor inumbrat
Huc fractas aquilōe rates ſummerſaq; pōtus
Corpora ſæpe tulit cæciſq; abſcondit in antris.
Reſtituit raptus tectum mare: cūq; cauernæ
E uomuere fretum:contorti uorticis undæ
Taurominitanā uīcunt feruore charybdim.
Hic opiterginis moles onerata colonis
Conſtitit hanc omni puppes ſtatione ſolutæ
Circūeunt alii rupes ac littora complent
Vulteius tacitas ſenſit ſub gurgite fraudes
Dux erat ille ratis.fruſtra qui uincula ferro
Rumpere conatus.poſcit ſpe prælia nulla
Incertus qua terga daret:qua pectore bello
Hoc tamen in caſum quātū depreſa ualebat

Huc fractas:dicit hic ſæpe naufragiū feciſſe naues & fluctus ſub hāc crepidinē naufraga corpora īuoluiſſe: deīde qa natura maris eſt ut nihil ſordidi cōtineat:ex eodē loco euomere cōſueuerat quæ antea abſorſerat. Fractas:naufragas. Aquilone: uēto ſeptentrionali. Submerſaque:quæ naufragio perierant. Abſcondit illa:corpora naues fractas. In āntris:in hanc crepedinē ſaxi. Raptus: rapinas. Reſtituit renouauit rapinas. Cūque cauernæ: dicit ꝙ tantū fretum.i.feruens mare ibi eſt:ut cum īuoluunť uortices imitetur ſiculam charybdim tauromīnitanam:Nam ut traiecti charydis oſtendiť profundum quidem immemſum: quo innudationes freti mirum in modum nauigiadetrahunt:magnas per circunductiones & uortices præcipitata: quib9 abſorptis ac diſſolutis: & naufragiorum fragmenta ad Taurominitanum littus attrahuntur. Tanrominium condiderunt zanclei: ut refert Strabo: & urbs eſt non procul a Meſſana. Euomuere:eructauere fretum. Vortex: a uertendo diciaur. Feruore: quia nō minor: imo maior eſt feruor huius maris q̄ ſiculi:ubi charybdis eſt. Hic opiterginis: Redit ad id quod omiſerat & oſtendit rationē cur deſcrpſerit: dicit enim in hunc locum raptam nauem & chatenis illaqueatam fuiſſe: qua opitergini uehebant: Hi opitergini tranſpadani Cæſaris auxiliares fuerunt: qui teſte Liuio in eo codice: ubi ſummatim rerū geſtarum capita referuntur: rate ſua ab hoſtibus nauibus clauſa: potiuſquam impoteſtatem hoſtium uenirent: inter ſe concurrentes occubuerunt. Moles: rates. Opiterginis: qui ī auxilium Cæſaris uenerant. Conſtitit: retenta eſt ſub hac cauerna. Hanc omni.tunc uero emittuntur moloſſi & ſparthani & Cretenſes canes: quia omnes undique claſſes circundederant hanc nauē. Circumeunt: circunueniunt. Alii puppes: alii implent mare altum manibus: alii littora tenent ne quis egredi poſſet. Vulteius quidem ſenſit ſe captum eſſe: ſed ſero. tunc uidelicet cum prouidere non poſſet. Sub gurgite: in medio maris. Dux erat: præfectus erat ratis Vulteius. Incertus: dubius an fugeret an pugnaret.

Conatus: poſtquam diu tentauit ferro an rumpere poſſet funem nauis. Ferro: enſe: quia credebāt uincula eſſe ſtupea: ſed ferrea erant. Spe nulla: quanuis non ſperet poſſe uincere: tamen prœlia poſtulat: ut uel glorioſe moriatur. Incertus qua terga daret: quare cogebatur appetere prœlium: quia neſciebat quo furgeret: ut pote irretitus. Terga daret: ideſt fugeret. Bello: ideſt ſe fortiter pugnando defendere. Hoc tamen: quanuis nec fugiendi: nec pugnandi poteſtas erat: tamen plus effecerūt quam uires eorum ualebant: nam cum omnis undique claſſis hoſtium circundata eſſet uni rati: tamen tantum uirtus eualuit: ut uſque ad noctem pugnando pugnam ſuſtinerent. nam excedebat milium numerum militū: qui hac rate uehebantur et cetera. Effecit: uidelicet quātū potuit efficere īter tot milia.

Millena manus:dicitmillenã fuiſſe hoc modo: millena uix manus undiq; cicumfuſa hoſtium claſſem per totam noctem pugnando ſuſtinuit:& dicit hic cohortem. Cohors eſt quingetorum & quinquagin taquinque militum numerus:ſed tamen minus eſt. Cohortem.ſ.opiterginorũ. Vmbra ſcilicet noctis Pacem habu. tene.interiecta nocte pax facta eſt: hoc eſt a pugna deſtiterunt omnes. Tum ſicattonitam: nunc dicit quid Vulteius cõſuluerit ſeipſum & ſocios adhortatus fuit:ut liberi potius moriantur:q̃ in ſer uitutẽ uiuant.Eſt igiẽ hæc oratio ĩ deliberatiuo genere poſita:habet.n.cõſultationẽ:cũ duæ res pluresue ĩ quæſtionem poſitæ ſunt & quid potiſſimum faciẽdum ſit quæritur conſultatur.n. utrũ liberi moriãtur: an ſerui uiuant: Et quia non eſt dubium liberã mortem anteponere uitæ ſeruili:ſtatim ad probã/dum uenit. Sed quia ſpatium breue coſulendi daẽ occurebat: Si uelimus nõ poſſumus deliberar̃ mortem.Refellit hoc Vulteius a repugnãtibus hoc mõ Mors deliberata:mors improuiſa :deĩde longa uita:bteuis uita:ea quæ repugnantia ſunt ſe e diuerſo reſpiciunt:contraria autẽ ex oppoſito ponuntur ut deſiderata longa contraria eſt .i. improuiſa breuis contraria eſt: ideo dixi q; contraria opponũtur : ut deliberata mors & breuis uita oppoſita ſunt : ĩpro/uiſa mors longa uita r̃pugnaẽ:itaq; arguit ſi demorte deliberar̃ poſſumus ſatis uitæ nobis ſupeſt:atqui de morte deliberare poſſumus:igiẽ ſatis ſpacii daẽ. Libera:hic ponitur quæſtio:non utitur prohemio nã ubi auditoꝝ aĩ nõ ſũt ad attẽtionẽ excitãdi non opus ẽ p̱hæmio:nec beniuolẽtia neceſſaria eſt: nec ẽt dubitat: dequo locuturus eẽt : hæ p̱prietates ſũt prohemii ut beniuolẽtiã captẽus &c. Libera nõ ultra : quõ oſtendit illos in ſeruitute eſſe : & ſi deligerit uiuere ipſis paratam eſſe ſeruitutem. Parua nocte.i.paruo noctis ſpacio: quia ſimulatque illuxerit neceſſe ẽ ut ĩ ſeruitutẽ hoſtiũ ueniatis. Extremis rebus:ut mori potius ĩ libertate uelitis q̃ ĩſeruitute uiuer̃. Anguſto tẽpore.i.breui ſpatio. Vita breuis:occurrebat illud nõ poſſumus deliberare mortẽ præ ãguſtia tẽporis:reſpõdet ſi tantũ ſpacii nobis ẽ:quantũ ſatis ẽ ad deliberandã mortẽ: nõ poteſtis dicer̃ nobis parũ uitæ ſupeſſe. Quærẽdæ.i.deliberãdæ mortis. Vita:quæ ſupeſt aliis. Nec gloria læti:Refellit qđ obiici poterat ſi moriũr nihil glorioſũ erit:ideo nõ ſpõte noſtra nos moriemur:ſed coacti:unde probat hoc mera quadam rõne:locum autem ſumit ab adiũctis negocio : in quo deſperatum & contrarium ſecundum rhetoricos continetur:uidelicet maius:minus: eq; magnum:forma:ſpẽs:ſiue genus ab his argumenta ſumantur contrarium & deſperatum arguit hoc loco ab oppoſitis ſui cõtrarii. Inferior:quõ inferior:q; inſtante morte uitã interponamus non erit: minor gloria:occurrebat illud:quæ nam nobis gloria erit morientibus:cum coacti eſſe uideamur:illi.n.glorioſe moriuntur qui ſponte moriuntur:at uere nos coacti nobis mortem intuliſſe uidebimur: primum tamen argumentum eſt a pari hoc modo in æqua laude ponendum eſt & contẽnere quod ſpes & deſperare quod contẽnis : nam utrunque incertum eſt quod deſperamus : & ſperamus : ergo non minus laudandum eſt mori inſtante morte:q̃ mori in ſpe lõgæ uitæ nam illi qui moriuntur inſtante morte deſperant de uita & alii interrumpunt uitam longam ſperantes : ſed iſti qui deſperant imminente morte poſſunt tamen ui/uere ſi dii uoluerint:ſicut qui logam uitam ſperant uiuere. Fato admoto.i.uicinæ morti:dũmodo p̃ueniamus eã:quãuis inſtet. Inferior : non minor eſt gloria q̃ ſi remota uideretur rõ. Oibus incerto .u. cũ tẽ/pus futuræ uitæ in rebꝫ ſi tã ſperantibꝫ quã deſperãtibꝫ eã:nã & q depſerãt poſſent longã uitã habere:& q ſperãt breuẽ conſeq poſſũt:ſeqẽ ergo par laus:ut ĩ æqua laude ponẽdi ſit p cõparationẽ. Spectaueris ãnos. q̃uis ſperes lõgos ãnos:potes tamẽ puos habere & ſeq. Accerſas.i.p̱uoces. Fata mãu.i.ſpõte moriaris:dũ uiuer̃ poſſis:rõ cur p laus. Nõ cogiẽ ullus:argumẽtũ ſupradictũ a cõtrariis.ſ.uelle & nolle. Velle mori:ergo ſi mori uoluerimus ſpõte moriamur:ideo plus laudis nobis erit:ſi mori uoluerĩus libertatis amor̃:q̃ turpiter uiuer̃. Fuga nulla patet:poſtq̃ r̃fellit q̃ obiici poſſẽt:nũc arguit a neceſſitate:ſicut.n.ĩ ſuaſiõe arguĩus ab hõeſto.ſ.q; hõeſtius ſit ĩ libertate mori q̃ ĩ ſeruitute uiuer̃:ita nũc a neceſſario arguit dicit uelĩus nolũus nobis neceſſitas urget:uel ut fortiter moriãur:uel ut turpiter uiuãus:ſi uero poſſes neceſſitatis ſeruitutẽ fuger̃:uel libertatẽ ſeruar̃:hoc eẽt ãteponẽdũ:ſed alteꝝ hoꝝ eligãus neceſſitas urget. Stãt ũdiq; nr̃is:qa uidemus nos undique circũuentos ab hoſtibꝫ:ut multitudĩe circũſtantiũ fugere nõ poſſimus. Decernite læ.

Effecit uirtus:inter tot milia captæ
Circunfuſa rati & plenam uix inde cohortem
Pugna fuit non longa quidẽ.nã cõdidit ũbra
Nox lucẽ dubiam: pacemq; habuere tenebræ
Tunc ſic attonitam:uẽturaq; fata pauẽtem
Rexit magnanima uulteius uoce cohortem
Libera non ultra parua quam nocte iuuẽtus
Conſulite extremis anguſto in tempore rebus
Vita breuis nulli ſupereſt qui tempus in illa
Q uærendæ ſibi mortis habet:nec gloria læti
Inferior iuuenes admoto occurrere fato
Omnibus incerto uenturæ tempore uitæ
Par animi laus eſt.& quos ſperaueris annos
Perdere.& extremæ momẽtũ abrũpere lucis
Accerſas dum fata manu: non cogitur ullus
Velle mori.fuga nulla patet:ſtãt ũdiq; noſtris
Intenti ciues iugulis:decernite lætum

Deliberate mortē q̄do tpſ ē. Abeſt.ꝑ abſit. Cupias quodcūq; neceſſe ē.i.de neceſſitate feceris īſtrumētū uitæ:unde uera eſt illa ſnīa:oē q̄d ē neceſſe ſeruit ſapiēti: qcq̄d neceſſe ē ſapiēs uult. & qcq̄d uoluerit cedit ſapienti:& ex neceſſitate fit uolūtariū: ut ſi uolo illam rem:neceſſe eſt ut habeā:& illā uoluntariā facio. Cupias:iā nō erit neceſſe ſi cupias qcq̄d uolueris. Nō tamē ī cæca:hic a laudabili ſumit argumentū:nā in ſuaſiōe cōſideraṫ:nō modo utile & honeſtū:ſed ēt laudabile:q̄q̄ ex recto & laudabile ſequaṫ tamē qcq̄d recte fit:id ēt laudabile ē:tamē poſt laudabile ſeorſū tractari q̄ honeſtū: qa hōeſtū nō ſolū laudis cā fit:ſed ēt ſi nulla laus ſequeretur:ſed ſi laus ſequitur duplicatur appetēdi uolūtas:ut hoc loco:& eſt pars una laudabilis quæ gloria dicitur.Eſt autē gloria frequens de aliquo fama cum laude:& hanc gloriam illos cōſecuturos oſtendit Vulteius:hæc autem ſumuntur ab auctoritate & opinione hominum: nam cū homines opprimantur uulgo pene omnes aliquid eē magnificum: id non pōt non laudabile eſſe & glorioſum:Sed nos inquit in conſpectu tam hoſtium: quā etiam noſtrorum poſiti:mortem nobis fortiter inferemus.& in magna tam hoſtium q̄ noſtroꝝ opinione moriemur:& id nobis honorificum atq; glorioſum futurum ſit. Nō tamen in cæca:quāuis ſimus ab hoſte circumuenti: non tamē moriemur ignaua morte:imo ī conſpectu tā hoſtium q̄ noſtrorum fortiter cademus. Cæca nocte.i. ocultis tenebris bellorum ut diſcerni non poſſit uirtus noſtra. Permixtis tenebris.i. permixta turba quæ occultauit. Egregia. ſingulorum facinorum. Conferta corpora.i. permixta cum aliis habent & ignaui fortes & inertes confuſi ſunt:ut alii ab aliis diſcerni nō poſſint:ſed noſtra melior eſt conditio: quia uirtus noſtra & fortitudo ī conſpectu ominū erit. Mors illoꝝ. In mediū:in turbam ingnobilem. Perit:euaneſcit quia non cognoſcitur. Obruta uirtus: quia licet fortes fuerint:tamē nō dignoſcuntur ab ignauis. Nos in conſpicua:ſed nos tam in cōſpectu fortium hoſtium q̄ noſtrorum diſpoſuerunt: ut mortem noſtram laudabilem omnes ſpectare poſſint.

Et metus oīs abeſt:cupias q̄dcūq; neceſſe eſt.
Non tamē in cæca bellorum nube cadendū ē
Aut cum permixtis acies ſua tela tenebris
Inuoluent.conferta iacent cum corpora cāpo
In medium mors oīs abit:perit obruta uirtus.
Nos in conſpicua ſociis hoſtiq; carina
Conſtituere dei:præbebunt æquora teſtes.
Præbebunt terræ:ſummis dabit inſula ſaxis
Spectabunt geminæ diuerſo e littore partes
Neſcio q̄d noſtris magnū & mēorabile fatis
Exemplum fortuna paras:quæcūq; ꝑ euum
Exhibuit monimenta fides:ſeruataq; ferro
Militiæ pietas tranſibit noſtra iuuentus
Nanq; ſuis pro te gladiis incumbere cæſar
Eſſe parum ſcimus.ſed non maiora ſuperſūt
Obſeſſis tanti quæ pignora demus amoris
Abſcindit noſtræ multum fors inuidia laudi
Q uod nō cum ſenibꝫ capti natiſq; tenemur
Indomitos ſciat eſſe uiros timeatq; furentes
Et morti faciles animos.& gaudeat hoſtis

Conſpicua: quæ in oculis ſociorum eſt:atque hoſtium. Præbeant æquora teſtes:cœlum:terra:hoīes: ipſa quoque ſaxa muta ſtrēnuæ mortis noſtræ teſtes erunt. Teſtes: ſcilicet claſſem hoſtilem. Præbebunt terræ:ſcilicet exercitum noſtrum & hoſtium qui littora occuparunt. Inſula: ideſt qui in inſula conſtiterant. Diuerſo littore: illyrico & dalmatico. Spectabunt ſcilicet ſpecioſam noſtram mortē. Neſcio quod noſtris:perſiſtit in hoc ut probet mortē ſuam glorioſam fore:& perpetuam laudem conſecuturam. Exemplum pores:uidelicet ut exemplo ſimul poſteris noſtris:uelint pro fide & pietate erga Impatorem ſuum ſeruanda & ardua queque ſubire & mortem ipſam ſi opus fuerit. Trāſibit noſtra iuuentus uidelicet fortirer moriendo ſuperabit fidem militiæ: Exhibuit:ſcilicet Imperatoribus ſuis. Trāſibit monu.ideſt uīcet hiſtorias omnes. Per æuum:per omnia ſæcula. Pietas:erga Imperatores ſuos. Ferro ſeruata:nā nōnulli ante milites fuerūt q perfide erga Impatorē ſeruāda id fecerunr:q̄d nos facturi ſumus: ſi me audire uolueritis. Nāq; ſuis pro te:uere īquā nulla fides & pietas erga impatorem ſuū militū maior fuit:imo noſtra ſupabir:qa nō cōſiderabiṫ q̄d fecimus:ſed q̄d facturi uoluiſſemus: mō facultas fuiſſet:nā multū laudis noſtræ fortuna nobis aufert:ꝙ nō fuerīt parentes liberi: coniuges quoq; nr̄æ:nā ꝓ te o Cæſ. ꝓ pietate & fide tibi ſeruāda:ſicut nos iterimus:ita & pētibꝫ liberis cōiugibꝫq; nr̄is mortē illaturi ſumus: ſi facultas fuerit. Suis.i. ꝓpriis gladiis. Sed nō maiora ſupſūt:ſed non maius aliq̄d facere poſſumus ꝓ te: tamē maiora facere poſſēus id libēter & cupide faciēus. Tāti amoris: q̄tū erga te hēmus qa. Abſcidit.i. cædit dimīuit nr̄æ laudis. Senibus:parētibꝫ & filiis & cōſequēter cū cōiugibꝫ. Indōitos ſciat:moraṫ ī eo argumēto ſupra cepto uidelicet laudabili:dicit.n.non ſolū cæteris laudādi:ſed ēt admirādi uidēur:quí ēt ipis hoſtibꝫ iā nimis fortiter oppetere uidebimur:& īcipiēt fortunā laudare:ꝙ nō plures fuerīt cathenis ī uoluti:nā ſi pauci admodū tā fortiter & obſtīate pugnauerīt ut uix eos uīcere potuerīt q̄d plures facturi erāt.magnā igiṫ gloriā oſtēdit honorificāq; mortē &c. Sciat.ſ.hoſtis. Viros.ſ.milites Cæſ. Timeatq; furētes: poſthac ipa deſperatiōe fortes ſūt. Gaudeāt.ſ.hoſtes ꝙ fraude ſua nō plures naues cepit.ſ. cathenis.

Non plures hæsisse rates:tentare parabunt
Fœderibus turpiq; uolent corrumpere uita:
O utinam quo plus habeat mors unica famæ
Promittant ueniam:& iubeãt spectare salutẽ
Ne nos cum calido fodiemus uiscera ferro
Desperasse putent:magna uirtute merendũ ẽ
Cæsar ut amissis inter tot milia paucis
Hoc damnum cladeq; uocet:dẽt fata recessus
Emittamq; licet:uitare instantia nolim.
Proieci uitam comites:totusq; futuræ
Mortis agor stimulis:furor ẽ agnoscere solis
Permissum est quos iã tangit uicinia fati
Victurosq; dei cælant ut uiuere durent.
Fœlix esse mori.sic cunctas sustulit ardor
Nobilium mentes iuuenum cum sydera cæli
Ante ducis uoces oculis humentibus omnes
Aspicerent:flexoq; ursæ temone pauerent
Idem cum fortes animos precepta subissent
Optauere diem.nec segnis uergere ponto
Tunc erat astra polus nam sol lædæa tenebat
Sydera uicino cum lux altissima cancro est.

Hæsisse.uidelicet cathenis eorũ. Tẽtare ꝓbabũt:ẽt hostes tẽtabũt aĩos nr̃os:nũqd in deditionẽ pacto sa/lutis uenir̃ uelĩus:hoc faciẽt:qa oẽs ĩtelligẽt nos uolũtaria morte oppetiisse q uitã ab hostibꝰ habereq; possimus:& eã ꝓ nihilo habeãus. Parabũt.s.hostes nũqd pacto salutis ĩ deditionẽ uenire uelĩus. Turpi uita: turpis uita ẽ eorũ q ĩ seruitute ueniũt. O utinã.s.ꝓmittãt nobis salutẽ hoc pacto:ut ĩ deditionẽ accipiant. Vnica mors:sigularis & præcipua:sicut unicũ filiũ dicĩus. Famæ:gloriæ. Salutẽ spectar̃:ut mors nr̃a gloriosior fit. Nec nos:id dii fecere ut ꝓmittãt nobis salutẽ:ꝓpterea ut cũ nos uidebũt manibꝰ nr̃is oppeter̃ ĩtelligãt nõ coactos:sꝫ uolũtarios ĩteriisse. Desperaſ se salutẽ:nõ coactos mori. Magna uirtute merẽdũ ẽ artificiose argumẽtũ qđ ualidius erat ĩ fine posuit: id uidelicet ad laudẽ suã:uel ĩ primis spectare:ut magnã de se opinionẽ Cæsari reliquat:nã ab optĩo laudari ea demũ uera laus ẽ:sẽsus ãtẽ. Nõ est iqr mediocri uirtute opus:ut id agamus qđ Cæs.existimet morte nr̃a magnã cladẽ accepisse:cũ tales uiros strẽnuos & fortes occidisse audierit ĩtelligat se plurimũ dãni habuisse:si magnã de nobis opinionẽ Cæs.reliquemus:tũ magna laus nr̃a erit:quia a laudato uiro ladabimur. Cæs.ut amissis:ẽt si pauci sumus tamẽ nõ mediocrẽ cladẽ accepisse existimabit Cæsar non multitudine:sed uirtute. Dẽt fata r̃cessũ:ostẽdit se adeo esse cupidũ huius laudis ut optimã de se opinionẽ cæsari reliquat:q; si detur illi euader̃ malit q̃ fortiter oppetere. Viuere:si mihi libera fieret optio utrum uelĩ an elabi e manibus hostiũ an fortiter mori:ego illi opiniõi ãteponerẽ mortẽ. Instãtia.i. fata ĩminẽtia mortis. Proieci:cõtempsi. Furor est: declarat qđ ẽ angor stimulis.i.uolũtate mortis:sed iste furor honestus atq; laudabilis:sicut ꝓbat:solis agnoscere ꝓmissũ ẽ eẽ fœlix mori. Hoc esse:fœlix generis neutri & substãtiuũ.i.esse q̃dã fœlicitatẽ:hoc ẽ illi soli cognoscũt fœlicitatẽ esse mori. Fœlix:si oẽs hoĩes ĩquit cognoscerẽt ĩstar fœlicitatis eẽ mori:nẽo uiuere uellet:iõ occultant hãc cæteris fœlicitatẽ dii: ut ĩ uita ꝑmaneãt. his ãt tãtũ ĩdicant q morti uicini sũt:sicut nos. Permissũ:cõcessũ. Quos tãgit:spoliat. Vicinia fati.i.ꝓpiqui sũt morti:sicut nos. Celãt: occultãt ĩ cæteris hoĩbꝰ.s.fœlicitatẽ mortis. Durẽt .i.patiãr̃ uiuere. Sic cũtis sustulit:nũc dicit quẽ effectũ Vulteii hũerit orõ:Nã qui ãtea mortẽ metuebãt:& iõ nox breuis eis eẽ uidebar̃:q; existĩarẽt spaciũ uitæ suæ futuꝝ quãta nox lõga fuisset audita orõne uulteii hi mutata sẽtẽtia noctẽ lõgã nimis eẽ existĩarũt:quæ mortẽ ĩpediret. Ardor:cupiditas moriẽdi. Sustulit .i.erexit pene dimissos atque iacẽtes. Nobiliũ:uidelicet strẽnuoꝝ iuuenũ. Oculis hu.i. lachrymãtibꝰ:qa lachrymabãtur ꝑ timore ĩminẽtis mortis iã iãque futuræ. Ante ducis uo.ãte orõnẽ Vulteii. Flexo tẽone ursæ.i.iã media nocte ꝑterita:quia cũ ursa mĩus cepit apparer̃:aurora appropiquat:nã sub aduẽtu auror̃ pallida efficitur:ut ꝓpterea occidere uidear̃:licet nõ occidat:quia circa polũ ãtarticũ uertir̃. Flexo .s. ad occasũ iã aduẽtãte aurora. Optauere diẽ.ãtea metuebãt mortẽ & noctẽ q̃si breuẽ deplorabãt. Precepta: .s.Vulteii de morte honesta. Nec segnis urgere:noctẽ lõgiorẽ eẽ putabãt:quanuis breuis esset. erat ãt nox æstiua:& declarat. Nec segnis polus.i.nõ erat tarda nox sed cito occulebat quia breuis. Nã sol lædea tenebat.i.sol erat ĩ geminis. Nã quĩtadecima die mẽsis Iunii sol ĩgredir̃ geminos:& tũc lõgiores sũt dies & noctes breuiores:quid ãt ẽ qđ dicit nox ad sagittas ꝑuenerat.i.sagittariũ:si sol ingressus erat gẽinos quõ nox ꝑua ad sagittariũ ꝑuenerat:sed rõ hoc facit hemispii:quia zodiacus ĩ quo sũt.xii.signa dimidia pte ẽ supra terrã uidelicet ĩ supiori hemispio:& dimidius ĩfra terrã uidelicet ĩ ĩferiore hemisperio:quo fit ut sẽp sex signa zodiaci sit supra terrã & totidẽ ĩfra:dicit ergo q; gemĩos ĩgressus erat sol:quo tpe hæc res gesta ẽ:finge circulũ:& gemini signũ qđ signũ ĩgressus erat sol:cõputãdo sic Cãcer:leo uirgo:Libra:Scorpio sagittarius: cũ igir̃ ĩgrederer̃ sol gemini oriebãr̃:occidebat ergo sagittarius:& cõsequẽter nox illa erat sagittarii:Recte ergo dixit quo tpe ĩgressus erat sol ad sagittariũ uenerat:& cãcer redibat ĩ gẽinos.quia dies iã lõgissima efficiebar̃:nã cũ cãcer regnat:tũc calor ẽ uehemẽtissimus & dies lõgissimi sũt. Sydera lædea.i. geminos:nã gemini .i.Castor & Pollux qui lædæ & iouis filii fuerunt post mortẽ ĩ signa cælestia trãslati sũt:qui gẽini appellantur:q; eodem partu nati sunt. Altissimo cancro:gemini iam oriebanr̃:& cancer ascendebat.

Thessalicas sagittas: idest sagittariũ: nã Chiron cẽtaurus qui p̃ceptor fuit Achillis ĩ Thessalia medicinæ p̃cepta docuit: quẽ ãtiqui fixerũt eẽ sagittariũ signũ ĩ zodiaco: ideo dicit Thessalicas &c. Detegit orta dies: nũc dicit orta luce qd fecerit hostes: & quid Vulteius cõsuluerit. Histrosqui ptes Põpeianas seq̃bãtur: nã illyrico res gesta ẽ: ĩ illyria ãt sũt histri atq̃ liburni populi: Virgi. Illyricos penetrare sinus atq̃ ĩtima tutus Regna liburnoꝝ & fõtẽ supare timaui: liburni & histri idẽ sunt. Strabo libro septimo dicit primos illyrici littoris histros eẽ ĩ ipso Italiæ ãbitu. Solinus. cap. viii. liburnos gẽtẽ eẽ Asiaticã affirmat ĩ Italico excursu: q̃

Nox cum thessalicas urgebat parua sagittas.
Detegit orta dies stantes in rupibus histros:
Pugnacesq̃ mari graia cum classe liburnos
Tentauere prius suspenso uincere bello:
Fœderibus fieret captis si dulcior ipsa
Mortis uita mora stabat deuota iuuẽtus
Damnata iam luce: ferox securaque pugnæ
Promisso sibi fine manu: nullaque tumultus
Excussere uiris mentes ad summa paratas.
Innumerasq̃ simul pauci terraque marique
Sustinuere manus: tanta est fiducia mortis
Vtque satis bello uisum est fluxisse cruoris
Versus ab hoste furor. primus dux ipse cariæ
Vulteius iugulo poscens iam facta retecto.
En qs ait iuuenũ est: cuius sit dextra cruore
Digna meo certaque fide per uulnera nostra
Testetur se uelle mori: nec plura locuto
Viscera non unus iamdudum transiit ensis.
Collaudat cunctos. sed eũ cui uulnera prima
Debebat grato moriens interficit ictu.
Concurrunt alii: totũq̃ in partibus unis
Bellorum fecere nefas: sic semine cadmi

p̃cedit ĩ dalmatiæ pedẽ: Dalmatia in limitẽ illyricũ Apianus dicit libro. ii. illyrioꝝ gẽtẽ liburnos esse: q̃ q̃a finitima quoq̃ citis nauibus ĩuaderẽt: ob id a celeritate nonnulli romani naues liburnicas dixerũt. Graia classe: cũ nauibus græcis. Naues lõgæ. ex diuersis locis accitæ legionibus pluribus stipatæ usq̃ ad sexcẽtoꝝ numeꝝ Põpeiũ seq̃bãt teste Apiano ex his cẽtũ Romanis refertæ: q̃ cæteras ãteirẽt. Tẽtauere prius. ergo q̃a dubiæ experti fuerant uirtutẽ opiterginoꝝ: hostes tẽtare uoluerũt: nũqd fœdere ĩ deditionẽ uenire uellẽt: sed nõ cõtigit qđ optabãt. Suspẽso bello. i. ĩtermisso hoc ẽ. factis ĩduciis. Fieret captis: q̃a uidelicet si ĩtẽponeret spaciũ: ĩterea ĩcipent uelle uiuere. Dulcior uita: cũ ipsi sparẽt uiuere posse ĩcipẽt uelle uiuere potius q̃ mori. Destinata. deputata morti. Ferox: torua. Dãnata luce ĩ cõtepta uita. Promisso sibi sine manu. i. p̃missa morte: q̃a oẽs cõspirauerũt cõsciscere sibi mortẽ. Tumultus: terrores. Excussere mẽtes: q̃a circũuẽti sũt ab hostib⁹ nõ cõmouerũt. Ad sũma. i. ad ultima. sũmũ & ultimũ ĩuicẽ cedũt. Innũerasq̃ siul: & aliquãdiu tãtã classẽ circũuẽti Vulteii iã milites sua uirtute se sustĩuere: adeo solet ĩpa despatiõe crescẽ uirtus. Mariq̃. q̃a littora plena erãt hostibus & classis circũdata erat nauibus eoꝝ. Fiducia mortis. i. ĩ morte tãtũ cõfidũt. Versus ab hoste furor: ubi illuxit Vulteius cũ suis sicut ãtea dictũ ẽ fortiter dimicauerat: quoad uires poterãt: cũ uero iã satis cædiũ p̃ facultate sua fecisse uideret: tũc Vulteius ĩuitauit hostẽ ut iugulũ sibi apiret: ut prius ipse adĩpleret cũ cæteris: qđ supiore nocte cõstituerãt. statĩ uno tẽpore multi Vulteio uulnus ĩtulerũt: & q̃ primũ lætale uulnus ĩtulerat ut uicissĩ redderet quod accepat: ipsũ ĩterfecit: quo facto cæteri hoĩes ĩ mutuã cædẽ ruerũt. Fuxisse: p̃ emisisse cruoris uidelicet q̃ iã multos ex hostibus occiderat. Furor: quo usi fuerãt cõtra hostes ĩ seipsos cõuerterũt. Vulteius iugulo: & uulteius qui primus cæteros adhortatus fuerat: ipse ẽt ĩpleẽ uoluit quod aliis p̃suaserat: nã apto iugulo qs erit inq̃t q̃ mihi iugulũ apiat: & statim cũ letale uulnus accepisset: talionẽ reddidit ei a quo primũ uulneratus fuerat. Fata: mortes. Retecto: nudato. Quis. s. ex nobis. Dextera di. cru. i. q̃ se dignũ facit: ut me ĩterficiat. Certaq̃ fide: nã hoc ipso q̃ me ĩterficiet hostis uolũtatẽ illi apiet moriẽdi. Testeẽ. i. testimonio significet se uelle mori. Nec plura locuto: uix hæc locutus fuerat: q̃ iã multi pectus Vulteii gladiis & telis confoderãt. Nõ unus: sed cõplures. Collaudat: q̃ recte fecisset. Sed eũ cui: cũ multi uulnus una uulteio ĩtulissẽt: ei primo a quo uulneratus fuerat mortẽ ĩtulit. Grato. quia: gratitudinem seruauit ut redderet quod acceperat. Debebat. debitor erat primi uulneris. Concurrunt: mortuo duce in mutuam mortem & cædem corruere omnes. Partibus unis: quia uniti erant & concordes. Sic semine cadmi: duas similitudines ponit: ut ponat ante oculos quomodo inter se occisi sunt: non aliter inquit q̃ terrigenæ qui nati sunt ex serpentinis dentibus satis a Cadmo: uel non aliter q̃ illi terrigenæ ex serpentinis dentibus nati quos seminauit Iason tunc cum aureum uellus sibi comparauit: medea hoc consulente & auctore. Nota quidem est fabula cadmi qui fatigatus ĩ sorore quærenda Europa oraculum Apollinis consulit: ubi nam urbem conderet & auspicio bouis Euboiam condidit: sed conditurus urbem primum de more uoluit sacrificare Apollini misit quosdam ex sociis aquatum quia serpente marti sacro sunt interfecti: quem postea cadmus interfecit: ex cuius dentibus satis nati sunt homines armati q̃ se mutuis uulneribus ĩtersecere &c. ergo non aliter. Semine: idest iacto a manibus.

Emicuit dircæa cohors:ceciditque ſuorum
Vulneribus:dirum thebanis fratribus omen:
Phaſidos & campis inſomni dente creati
Terrigenæ miſſa magicis e cantibus ira
Cognatos tantos implerunt ſanguine ſulcos.
Ipſaque iexpertis quod primũ fecerat herbis
Expauit medea nefas:ſic mutua pacti
Fata cadunt iuuenes:nimiũq́ in morte uirorꝝ
Mors uirtutis habet:pↄiter ſternũtq́ caduntq́
Vulnere lætali:nec quenquam dextra fefellit
Cũ feriat moriente manu:nec uulnus adactis
Debetur gladiis:percuſſum eſt pectore ferrũ
Et iugulis preſſere manum:cum ſorte cruenta
Fratribus incurrunt fratres:natuſq́ parenti.
Haud trepidãte tamen toto cũ põdere dextra
Exegere enſes:pietas ferientibus una
Non repetiſſe fuit.iam latis uiſcera lapſa
Semianimes traxere foris:multumq́ cruorẽ
Infudere mari:deſpectant cernere lucem:
Victoreſque ſuos uultu ſpectare ſuperbo
Et mortem ſentire iuuat:iam ſtrage cruenta
Conſpicitur cumulata ratis. buſtiſq́ remittũt
Corpora uictores:ducibus mirantibus ulli
Eſſe ducem tanti nullam maiore locuta eſt
Ore ratem totum diſcurrens fama per orbẽ
Non tamen ignauæ poſt hæc exempla uirorꝝ
Percipient gentes:quam ſit non ardua uirtus
Seruitium fugiſſe manu.ſed regna timenť
Ob ferrum:& ſæuis libertas utitur armis.
Ignorantq́ datos ne quiſquam ſeruiat enſes.

Emicuit:ſcilicet de ſerpẽtinis dẽtibus. Vulneribus:quia ipſi ſe mutuis uulneribus ĩterfecerunt app. Omẽ dirũ:qa omen fuit ſceleris ꝙ uẽturꝝ erat ut fratres ſinguli certamine dimicãtes mutuã ſibi cædẽ inferrẽt. Phaſidos:nota fabula qũo Iaſon filius æſonis ĩcitatus a patruo pelia colchon tetẽdit ſuſcepturus uellus aureũ qđ ſeruabať ab ĩſõni ſerpẽte:q qa ĩſomnis nõ poterat clã occidi:& opus erat ut occiſo ſerpẽte illius dẽtes tauris ignẽ naribus afflãtibꝫ ſeminaret:& ex his naſcereť terrigenæ:cũ qbus ſinguli certamine dimicãdũ erat ei q aureũ uellus meruerat:ſed Medea Regis filia amore Iaſonis capta ꝓpuluerẽ & medicamina dedit:qbus ſopitus ẽ ſerpẽs:nũc hoc dicit queãdmodũ ſe terrigenæ occiderũt:ita Vulteius cũ ſuis. Phaſidos.i.colchis ĩſulæ:nã phaſis flu.ẽ colchorꝝ. Inſõni dẽte.i.dẽte ꝑuigilis ſerpẽtis. Magicis cãtibus:.ſ.lapide illo quẽ ĩ tauros iaſon iecit. Cognato ſanguine:qa frẽs erãt ex hiſdẽ dẽtibus nati. Sulcos.i.planitiẽ & tãtũ æquor q̃tũ capiebat ager:ĩ quo ſati erãt ſerpẽtini dẽtes. Expauit:ipſa medea q̃ remedia Iaſõi dederat nõ ſine timore fuit. Inexptis herbis:q̃rꝝ uĩ & ꝓprietatẽ nõdũ ãtea expta fuerat. Sic queãdmodũ terrigenæ ĩ Boetia:Itẽ ĩ ĩſula colcho ſe mutuũ ĩterfecere:ſic mutua pacti fata cadunt iuuenes. Nimiũq́ ĩ morte:põt eẽ ſẽtẽtia generalis huic loco cõmoda uidelicet qa cũ mors contẽniť:nimiũ uiriũ habet. Cadũt:occidũť. Nec queq̃:nõ errabãt in ĩferrẽdo ictus:dico nõ fefellit. Dũ.i quãuis Moriẽte manu:q̃uis lætali uulnere aliũ uulneraret:tamẽ nõ errabat manus:quĩ aliũ occideret. Nec debeť gladiis uulnus:Ideſt nõ ꝑueniũtur:ſed ꝑueniũt:qa gladii nõ prius uulnerabãt q̃ ipſi in gladios incurrerẽt. Et iugulis manũ:eius q uulnera ĩferebat tanta cupiditate moriebať:ut nõ cõtẽti iugulũ cõfoſſũ eſſe:ita ꝑmebãt:& uſq́ ad capulũ premerẽt. Parẽti:in pẽtẽ. Haud trepidãte:ꝙ frẽs in frẽs & filii ĩ pẽtes occurrerẽt:tamẽ qa uidebatur repugnare naturæ:mirꝝ quĩ manus cũ ꝑcuteret pauore cõtremiſceret. Exegere.i.pectus uſq́ ad alterã ptẽ trãſfixere. Pietas fer.una:hæc ſola pietas fuit ĩter eos ut uno uulnere ſe ĩterficerent ne multis uulneribus cõſumeret pr̃ filiũ. Foris latis.i.ſpacioſis tabulatis:nã fori.orꝝ dicũť tabulata nauiũ & põtes quibus naues utroq́ latere circũdatæ ſunt a ferẽdo quia ferãt nautas. Traxere uiſcera.i.ĩteſtina trahẽtes. Deſpectã lucẽ.i.cõtẽptã uitã. Victoreſq́ ſuos moriẽtes:gaudebãt ꝙ uulnera ſua hoſtes ĩtuereť. Vultu ſpe. ſupbo:qa ſupbe aſpiciebãt uictores ſuos:ut gauderent potius q̃ timerent. Et mortem ſentire:Ideſt uoluntatem capiebant ex ſenſu mortis. Buſtis.i.cadaueribus cæſorum mlitum. Mirantibus:quia mirabantur Octauius Libo & cæteri Pompeiani duces ꝙ inueniri potuiſſent milites qui tanti facerent ducem ſuum:quanti hi Cæſarẽ. Nullam maiore:dicit nullam unquam fuiſſe nauem quæ totum orbem terrarum fama impleuerit poſt hanc. Ore.i.ſermone. Non tamen ignauæ:hic latenter Lucanus inuehit in populum Romanum:qui turpiter crudeliſſimo Neroni ſeruiebat exemplum opiterginorum habens qui mori tam fortiter uoluerunt potius q̃ ſeruire:nũquid inueniri poſſet aliquis qui æquo animo patiatur ſeruitutem.q.d.nõ. Tamen:quamuis fortiter occiderint:tamen poſt hoc exemplũ quã ſit difficile effugere ſeruitutẽ oſtẽdit.q.d.ſatius ẽmori q̃ ſeruitutẽ crudeliſſimi tyrãni ſuſtinere. Percipiẽt:intelligent gentes ignauæ.i.ueniet tẽpus ꝙ obliuiſceť gẽtes ſuæ libertatis:cũ hoc ꝓpoſitũ ſit exẽplũ gẽtibus ne uelint ſeruire. Seruitiũ fu.ma.uel ſeipſos uel tyrannũ ĩterficiẽdo. Regna tueť ob ferꝝ:qa cuſtodibus armatis & ſatellitibus ſecuri incedunt tyrãni. Ignorãtq́ datos:hoĩes neſciũt quã ob cãm ẽſes ſint dati hoĩbus:nullã ob aliã cãm ĩ primis q̃ ut ſe a ſeruitute liberẽt.

Mors utinam pauidos: sensus hic cũ supiore cõiunctus: nã inuehebat̃ in cupidos nimiũ uitæ qui seruit̃ nõ dubitãt: si aliquo modo uitã ꝓducere queãt: nũc imꝓcatur hoc illis ꝓ pœna cõtingat ut semp in timor̃ mortis uiuãt. Mors utinã: o utinã negares interficere eos q nimiũ sunt cupidi uitæ. Subducere .i. remouere a uita. Pauidos .s. mortis. Sed uirtus te sola: uidelicet ut illis solũ aliquẽ finẽ ĩponeret: qui cæteris uirtute ꝑstant: nã mors ẽ finis oĩum maloꝝ. Nõ segnior illo: trãsit ad sequẽtiã ostẽdẽs quõ Curio pro ꝑtibus cæsaris bellũ gesserit aduersus Attiliũ Varꝝ & Iubã Regẽ Numidiæ ĩ Africa: qui ꝑtibꝰ Põpeianis fauebãt. dicit. n. ĩferius fuisse bellũ hoc qđ nunc mar\~i gestũ ẽ ꝑ Vulteiũ cõtra Põpeianos q̃ bellũ quod gestũ ẽ ĩ Aphrica ꝑ Curionẽ aduersus Iubã. Nã cũ Attilius Varrus ĩ libya ꝓ Põpeio exercitũ hẽret: & Iuba maurusioꝝ: numidaꝝ rex: ut inqt Apianus Varo obseq̃ret̃: Curio a Cæsare ex Sicilia missus duabus cũ legionibꝰ ĩ eos mouit: nauibꝰ lõgis duodecĩ onerariis uero plurimis stipatus: is cũ Vticã applicuisset breui quadã eq̃stri pugna: nonnullos ex numidis eqtes ĩ fugã uertit: & exercitu adhuc in armis cõsistẽte: ĩpatorẽ tamẽ se noĩari uoluit: ẽ. n. hæc appellatio ꝑtoribus nõ mediocris apud milites auctoritatis: q̃si ip̃is testificãtibus eũdẽ ĩpatorio noĩe haud

Mors utinã pauidos uitæ subducere colles.
Sed uirtus te sola daret. non segnior illo
Marte fuit qui tũc libycis exarsit in aruis.
Namque rates audax lilybeo littore soluit
Curio nec forti uelis aquilone recepto
Inter semirutas magnæ carthaginis arces
Et clypeatim tenuit: stationis littora notæ:
Primoq; castra locat cano ꝓcul æquore qua se

ĩdignũ fore hũc qppe honorẽ ꝑtores iã pridẽ ĩ maximis belli opibus sibi uẽdicauerãt: nũc aũt sub quo decẽ milia ĩ bello cõcidissẽt: hac appellatõe digni habebant̃: cũ aũt Cæsarẽ ĩ Hiberia uictorẽ euasisse nũciatũ eẽt aĩo sublatus curio: loco admodũ ãgusto iuxta mare castra locat: pugna igit̃ acriter ĩcepta: unicus ex Curionis militibus cecidisse dicit̃: Vari ad sexcẽti ĩteriere: pluribus uulneribus oppꝫssi: adueniẽte deinde Iuba: rumor falso sublatus ẽ circa Bragadã flu. Iubã nõ lõge distãte retrouerti: finitimis eius regnũ ĩuadẽtibus: Saburã ꝑtorẽ regis: cũ ꝑua manu ab eo ĩ ripa flu. destitutũ eẽ: quo rumore cõfisus Curio: æstatis calore cũcta ꝑurẽte: circa tertiã diei horã fortissimã exercitus sui ꝑtẽ ĩ Saburã mouit: ꝑ iter arenosũ & aquis sterile ꝓuectus: Latex qppe hibernus calore solis adustus ĩaruerat: squalebãt oĩa circum loca. fluuius uero a Sabura & Rege assistẽte tenebat̃: sublata itaq; spe Curio ad colles ob ardorẽ solis retrocessit siti: suffocatõe confectus quẽ cũ adeo affectũ ĩtuerent̃ hostes flu. statĩ trãsmisere ad pugnã ꝑparati Curio uicissim e mõtibꝰ descẽdit ĩpite admõitui ac ĩsapiẽter acies ĩfirmas agẽs demũ Numidaꝝ eqtibus eũ circũueniẽtibꝰ ꝑ aliq̃tulũ tẽporis paulatĩ r̃trocessit & ĩtra breue spaciũ telluris copias redegit: repulsus denuo cõfugit ad montes. Asinius polio clade iã multoꝝ ĩminẽte uticã cũ paucis exercitũ reducit: ne q̃ interĩ a Varo calamitas ob rumorẽ habitæ cladis ĩsurgẽte Curio ꝑiculũ aggressus: pugnãsq; cũ oĩbus q una aderãt ĩterfectus ẽ. ita ut ad ꝑollionẽ nemo uticã tãtæ cladis nũcius redire posset. hũc igr̃ finẽ: pugna apud Bragadã fluuiũ gesta habuisse dicit̃ Curioni caput abscisũ ad Iubã delatũ ẽ. Nec segnior: hic mars. Tũc: eodẽ tẽpore. Libycis exarsit arẽis: uidelicet q; a curione gestũ cõtra regẽ Iubã Acciũ & Varũ q ꝑtibus Põpeii fauebant. Namq; rates audax: nũc ĩcipit narrare ut supius dictũ Cæsar curã rei frumẽtariæ agẽs curionẽ miserat ĩ Siciliã: nũc ergo dicit: q; ꝓfectus ex Sicilia ĩ Aphricã Curio uenit ad eũ locũ: q ut historici qdã refer̃t ãguillaria uocat̃: iam copias trãsportauit duas legiones mouit: quas a Cæsare accepat biduo & tribꝰ noctibus nauigatõe cõsumptis ad hunc locum peruenit qui anguillaria uocatur: hic autem locus abest ab oppido clypea. quod siculi extruxserunt: & aspida primum noiauerunt: teste Solino capi. xl. passuum. xx. milia: ibi ẽt & statio nauibus aptissima: nã duobus promontoriis utrinque eminentibus continetur: ideo stationem hanc notam idest nobilem Poeta dixit hic apud fluuium Bragadam castra posuit Curio: sed bragada fluuius aphricæ iuxta oppidum musci est: & huic fluuio bragadæ uicina etiam metatus est castra Attilius regulus: quo tẽpore magna clade militum serpentem illum longitudine & magnitudine insignem in hoc ipso fluuio interemit pedum uidelicet centum & uiginti: ut refert Gelius: de his igitur locis loquit̃ Lucanus: ubi castra dicit posuisse Curionẽ: qui simulatque e Sicilia profectus est in Aphricam uenit. Audax: Lucanus sic & uirgilius nunquam audacem appellat quenquam: cui deĩde nõ sit semp aduersa fortuua secuta: ut Turnus audax ita & hoc loco de Curione dicit: sicuti supra: Audax uenali comitatus curio lingua. Lilybeo: Idest sicula tellure: nam Lilybeus mons est Siciliæ que triquetra appellatur: idest triũ promõtorioꝝ insula: quæ sunt lilybeus Pachinnus & Pelorus. Aquilone recepto: Quia biduo & tribus noctibus nauigatione cõsumptis ad eum locum peruenit qui anguillaria appellatur: & ut a nonnullis fertur ex quattuor legionibns quia copias Attilii Varri despiciebat: qui prouinciam illam a senatu populoque Romano tenebat: aut pro Pompeio exercitum hoc in loco habebat duas tatummodo Curio asportauit. Aquilone: Idest uehementi uento. Semirutas carthaginis arces: quia euersa fuit a Scipione aphricano inferiore. Notæ stationis: Idest nobilis quia habet hic locus stationem æstate accomodatam: nam duobus promontoriis eminẽtibus claudit̃. Tenuit. s. terrã apposuit littora. Cano æquore: spumoso mari ea parte qua.

Bragada lentus agit siccæ sulcator arenæ.
Inde petit tumulos: exesas undique rupes
Anthæi quæ regna uocat non uana uetustas
Nominis antiqui cupientem noscere causas
Cognita per multos docuit rudis icola patres.
Nondum post genitos tellus effœta gigantes
Terribilem libycis partum concepit in antris
Nec tam iusta fuit terrarum gloria typhon.
Aut tityos briareusq; ferox: cæloque pepercit:
Quod non phlegræis anthæū sustulit aruis.
Hoc quoq; tā uastas cumulauit munere uires
Terra sui fœtus: quod cum tetigere parētem
Iam defecta uiget renouato robore membra.
Hæc illi spelunca domus latuisse sub alta
Rupe ferunt: epulas raptos habuisse leones.
Ad somnos non terga feræ præbere cubile
Assueuit: nō sylua thorum uiresque resumit
In nuda tellure iacens: periere coloni
Aruorum libyæ: peunt quos appulit æquor
Auxilioque diu uirtus non usa cadendi
Terræ spernit opes: inuictis robore cunctis
Quāuis staret erat: tandem uulgata cruenti

Lentus bragada: Idest tardus descēsu: qui pterlabitur Vticam teste Srrabone. Siccæ arenæ: quia libya q̄ ē ps Africæ penuria aq̄ laborat. Inde: post hæc facta fuere: nā secūda nocte posuit castra apud rupes ubi fama ē Antheū habitasse cauernas. Exesas: quod .i. declarat. Regna .s. Anthei Vt refert Solinus capit. xxvii. Lix colonia in eodē tractu Libyæ cōstituta ē: ubi Anthei regia qui inplicādis explicādisq; nexibus humi melius sciēs: uelut genitus mr̄e terra ibidē herculi uictus ē. Strabo libro ultimo dicit Gabinium Romanoꝝ scriptorem: litteris mandasse: apud Ligē Anthei sepulturā esse & Tibiā cubitoꝝ .lx. quā a Sertorio nudatā ait: ac rursū terræ demādatam. Quæ regna: quotiēs īter duo substātiua diuersoꝝ generꝝ & nūeroꝝ ponitur relatiuū regit̃ a posteriori: ut hoc loco nā primo rupes dicit: deinde Anthei: q̄ regna uocat &c. Rudis īcola .i. nouus. Antiqui no. i. nobilis cur uocarent̃ Anthæi regna. Pr̄es: qa post successionē ātiquoꝝ fama ppetuo māserat. Nōdū post genitos: nūc ponit naturalē r̄onē incolaꝝ: q declarabāt & exponebāt Curioni quar̄ loca illa Anthæi regna appellata fuissēt. Tellus .n. gigātes illos cū genuisset ut pholoū Encheladū q ausi sunt rescidere cælū. & Briareus q cētimanus bellū suscepit aduersus deos: nō effœta fuit quin alios generaret Gigātes. Effœta .i. exhausta primos gigātes genuit: q in Iouē gigantomachiā fecere. Terribilē: & hūc tātaꝝ uiriū genuit Anthæū tellus: ut si illū āte gigātes genuisset ī maximo piculo fuerit regnū Iouis: unde pepcisse uidet̃ diis: qꝛ illū sero genuerit terra. Nec tam iusta fuit: q̄ tiphon magnæ gloriæ fuerit terræ propter talē ptū: unus ex gigātibus q arma cōtra iouem sūpserat. Tiphonis gigātis cubile positū accolæ credūt in ātro illo siciliæ famosissimo qd̄ Latis primū patet faucibus: post modū in pcessu p angustias obscurat̃ auctor̃ Solino capi. li. Tityus: gigas: qui ausus fuit latonā de stupro īterpellare: ūde Apollinis & dianæ sagittis occisus est: q filii fuerunt latonæ: q tātæ magnitudinis fuit: ut p terrā extēsus multa iugera terræ occuparet: & detrusus ē ad īferos hac pœna ut corrosis uisceribꝫ sēp nascant̃. Veꝝ Tityus: ut refert Strabo li. nono uir uiolētus ac flagiciosus tyrannus panopeæ interēptus est ab Apolline cū delphos adiret p uiā: qua tūc Atheniensis populus pythiadē supplicatōnē: cū pōpa p̄mittebat. Briareus. gigas cētimanus q̄ ausus ē pdere cælū. Quod nō ph. ī hoc miserata cæli terra qꝛ nō hūc āte alios pepit. In aruis phlegræis .i. ī gigantomachia q̄ gesta ē in ualle phlegræa agro Cāpāiæ uicino: āteq̄ oppidū fieret: rumor ē ī militia mūdi dimicatū cū gigātibꝫ: ut penitus pseqt̃ solinus cap. xiiii. q̄tis pbatōnibꝫ ipia īditia diuinæ expeditōis ī hoc sæculo pseuerauerūt: illic si q̄do ut accidit nībis torrētes excitāt̃: & aucta aq̄ꝝ pōdera ruptis obicibꝫ ualētius se ī cāpos ruūt: eluuione ossa refert detegi ad īstar: q̄ nō sūt ex corporibꝫ humanis: sed mō grādiori: q̄ ob enormem exercitus monstrosi magnitudinem iactitant extitisse: idq; adiuuatur argumento saxorum immanium: quibus oppugnatum cælum credunt. Hoc quoq; tam uast. ad cætera quæ alii gigantes habuer̃ hoc munus addidit terra ātæo qꝛ quotiens uiribus defatigatus esset cadēs a terra uires resumebat & recētior ad pugnam fiebat. Vastas magnas. Cumulauit: amplificauit. Sui fœtus: Idest partus scilicet Anthæi. Defecta: defatigata Vigent: recreātur: reficiuntur o Curio. Ferunt: scilicet maiores nostri. Epulis: si scire uelis quo cibo uteretur. uidelicet uenatione leonum. Ad somnos: nec sibi cubile sternebat: sed in nuda tellure iacens seipso fortior reddebatur. Terga: pro tergora: idest pelles quia non utebatur stratis pellibus. Cubile: in locū cubilis. Non sylua thorum: non frondibus stratis iacebat. Periere coloni: & dum uiueret terrestria & maritima uastabantur uiolentia huius Anthæi. Coloni: terrestres. Aequor: idest maritima regio. Appulit: alluit. Auxilioque diu: Et tantæ uirtutis erat ut non opus esset resumere uires a terra dum certamen ipsi fuit: cum cæteris non opus fuit huic cadere ut uires a terra reasumeret: sed cum Hercules uenisset: opus fuit ut uires a terra acciperet. Tandem uulgata: tandem peruenit ad aures Herculis monstrum hoc Anthæi: & sicut aliis malis tetram liberauerat: ita & hoc monstro liberare uoluit.

Fama mali terras monſtris:æquorq; leuātem
Magnanimū alcidē libycas exciuit in oras
Ille cleonæi proiecit terga leonis.
Antheus libyci perfudit membra liquore.
Hoſpes olympiacæ ſeruato more paleſtræ.
Ille parum fidens pedibꝰ contingere matrem
Auxilium membris calidas īfundit harenas.
Conſeruere manus:& multo brachia nexu.
Colla diu grauibus fruſtra tentata lacertis
Immotumq; caput fixa cum fronte tenetur
Miranturque habuiſſe parē: nec uiribus uti
Alcides primo uoluit certamine totis:
Exhauſitq; uirū quod creber anhelitus illi
Prodidit:& gelidus feſſo de corpore ſudor.
Tunc ceruix laſſata quati:tūc pectore pectus
Vrgeri:tunc obliqua percuſſa labare
Crura manu:iam terga uiri cedentia uictor
Alligat:& medium cōpreſſis ilibus artat:
Inguinaq; inſertis pedibus diſtendit:& omnē
Explicuit per mēbra uirum:rapit arida tellus
Sudorem calido cōplentur ſanguine uenæ.
Intumuere tori:totoſq; induruit artus.
Herculeoſq; nouo laxauit corpore nodos.
Conſtitit alcides ſtupefactus robore tanto

Fama mali:ſcilicet Anthei. Alcidem herculem. Terram monſtris æquorq; leuātē nā occidit Caccū: aprum :Nemæum leonem:hydram in lerna palude. Aequor:ideſt ſtymphalidas aues in æquore occidit q̄ infeſtabant nauigātes. Stymphalides aues dictæ ſūt a ſtymphalide palude archadiæ teſte Stra. li.viii. quas ab hercule ſagittis & tympanis fugatas poetæ fixerūt. Exciuit:excitauit. Oras libycas:ut ibi mōſtrū hoc anthei tolleret. Ille cleonæi:nunc dicit cum hercules ueniſſet quo pacto uterque hinc antheus hinc Hercules præpararunt ad ſingulare certamen:noluit hercules claua:nec ille gladio pugnare:ſed rem lucta inter ſe aggere placuit & tāquā luctatores īter ſe certarent:& probare uter utrum proſterneret. Cleonæi leonis:iter cleonas & phylūtem ſurgit ſylua ut refert Strabo libro octauo in qua argiui ſacra celebrare conſueuere. Nemæa:ibi quoque quæ de Nemæo leone geſta.fabulis prodita ſunt:diſtant cleonæ ab argo ſtad.cētum & uigīti:a Corītho uero ſtaī octoginta : Sunt autem cleonæ mediocre oppidū. uia ſitum:quæ ex argo corinthum ducit. Terga.i. clypeum:nam leonis occiſi pellem hercules clypeo ſuo impoſuit. Antheus libyci: quia ſicut hercules occiderat nemæum leonem ita hic Antheus libycum occidit. Hoſpes:hercules qui pegrinus erat Liquore:ideſt oleo. De more paleſtræ: ad ſimilitudinem olympici certaminis ꝙ primū ipſe hercules inſtituerat ī honorē attaui materni pelopis : intermiſſum auctore Solino cap.ii.Picus filius eius inſtaurauit poſt excidium troiæ anno quadringenteſimo octauo. Ille parum id fecit Hercules: ſed hoc fecit Antheus: Contingere matrem:ut uires ſperneret. Cōſeruere manus:nūc dicit qūo inter ſe luctati fuerūt. Cōſeruere proprie ē luctatorū qui manus manibus conſerunt & brachia nexu:ſcilicet cōſeruere. Colla diu:quia etiam lacertis colla capere tentabant ut alter alterum proſterneret. Fruſtra: quia nihil efficere poterant. Grauibus:ponderoſis:fortibus. Caput immotum:ſcilicet tenebant : ſed fronte : & pedibus acriter certabant. Immotum : ſcilicet neruis extenſis. Fronte : quia frontem fronti opponebant ex oppoſito. Miranturq; habuiſſe parem:& Hercules mirabatur ſibi parem Antheum eſſe:& Antheus Herculem. Nec uiribus : Nunc dicit qua arte Hercules luctatus fuerit cum Antheo. nam primo aliquamdiu ſuſtulit ut fatigaret eum:& laſſum facilius uinceret. Nec uoluit cer. noluit hercules primo effundere totas uires : ſed ſenſim illum tenere ſublimen:& illum ad laſſitudinem deducere tentauit. Exhauſit:euacuauit uiribus:ex eo cognouit hercules ꝙ ille crebro anhelitu fatebatur laſſitudinem uiribus exhauſtum eſſe Antheum. Tunc ceruix:alia ſigna ſubiungit primo immotum caput dixit tenuiſſe nunc dicit magis magiſque quati ac nutari:nunc deſtrorſum nunc ſiniſtrorſum. Quati:pro quatiebatur. Pectore:pectus iam lacertis non poterat a corpore ſuo reiicere Antheus Herculem:nam Hercules comprehenſum illum pectori ſuo adduxit. Tunc:deinde. Vrgeri:pro urgebatur. Labare.i.cadebant. Obliqua manu:nam habent luctatores artem quandam:& manuum & pedum:ut facile aduerſarium puertere poſſint. Iam terga:iam ita inhærebat hercules Antheo ut ipm manibus compræhenſum conſtringeret. Medium compreſſis ilibus artat: quia qua ilia ſunt medius compræhenſus erat. Pedibus diſtendit & omnen:cum pedes pedibus inſeruiſſet peruertit illum & precipitem dedit humi. Per membra uirum:tan longus latuſque erat ꝙ membris occupauit terram. Rapit arida tellus:ſed ſimulatque tetigit terram refectus eſt: & recens ad pugnam rediit acrior. Venæ:anthei. Sudorem:laborē. Intumuere:ſcilicet reſumptis a matre uiribus:ideſt. Intumuere tori:inflati ſunt. Toros : pulpas appellat. Induruit:ideſt durior factus eſt. Nodos: ideſt digitos. Couſtitit alcides ſtupefactus robore tanto:admiratus eſt Hercules : nam quem iam uiciſſe putabat nunc ita reſtitutum uidebat quaſi nunc primum luctari inciperet. Nec ſic:dicit magis timuiſſe in hoc certamine nūc

Nec ſic inachiis:quãuis rudis eſſet in aruis
Deſectã timuit reparatis anguibus hydram
Conflixere pares:telluris uiribus ille
Ille ſuis:nunquã ſæue ſperare nouercæ
Plus licuit:uidet axhauſtos ſudoribus artus
Ceruicẽq; uiri ſiccam cum ferret olympum:
Vtq; iterum feſſis iniecit brachia membris
Non aſpectatis antæus uiribus hoſtis
Sponte cadit:maiorq; accepto robore ſurgit.
Quiſquis ineſt terris infeſſos ſpiritus artus
Egeritur:telluſq; uiro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tactæ ꝓdeſſe parentis
Alcides ſenſit ſtandum eſt tibi dixit:& ultra
Non credere ſolo:ſterniq; uetabere terra:
Hærebis præſſis intra mea pectora membris
Huc antæe cades:ſic fatus ſuſtulit alte
Nitẽtem in terras iuuenẽ mortentis in artus:
Non potuit nati tellus permittere uires
Alcides medium tenuit:iam pectora pigro
Stricta gelu:terriſq; diu non credidit hoſtem
Hinc æui ueteris cuſtos famoſa uetuſtas
Miratrixq; ſui ſignauit nomine terras.
Sed maiora dedit cognomina collibus iſtis
Pœnum qui latiis reuocauit ab arcibus hoſtẽ
Scipio .nã ſedes libyca tellure potito
Hæc fuit:en ueteris cernis ueſtigia ualli.

herculem:q̃ in certamine hydræ & aliorum monſtrorum:quibus cum certaret cõſtat in periculum atq;
diſcrimen incurriſſe. Rudis:quia quamprimum adultus eſſe ceperat hercules nullum anre monſtrum
uidit præter angues :primum mõſtrum fuit hydra lernea:& quãuis nouus eſſet certator tamen non tan
to timore perculſus ẽ &c. Inachiis ũdis.i.lerneæ paludis ubi hydra hĩtabat:Lerna argiui & mycenei agri
palus ẽ:in qua ut oſtẽdit Strabo lib.viii.hydrã cõſtituiſſe:ſcriptores tradũt in illa cũ facta ſũt purgamina:
ꝓuerbiũ quoddã uulgo manauit:Lerna maloꝝ:& lerna fluuius ẽ eodem quo palus noĩe præterfluit te/
meniũ:in quo humatus ẽ Temenus. Inachus flu.q
ut ibidẽ docet Stra.argiuã ꝑcurrit terrã. Rudis:no
uus bellator. Angui.qa cæſo uno capite tria ſubcre
ſcebant. Suis:naturalib9. Nũq̃ ſpe. & iuno q̃ illũ
ꝑdere uolebat nũquã ſpauit poſſe herculẽ ꝑire: ni/
ſi hoc certamĩe Anthei. Nouercæ.ſ.Iunonis. Ex/
hauſtos:euacuatos. Olympus: cũ ad atlãtẽ ueniſ/
ſet Hercules Atlas ãt ſtellas q̃ſdã labẽtes:cũ uidiſſet
orauit Herculẽ ut humeros ſuos tãtiſper ſubiiceret
polo ãtartico:dũ ille labẽtes ſtellas firmaret qđ her/
cules fecit.Athlas teſte Solino cap. xxxvii.mõs ẽ li/
byæ e media arenaꝝ cõſurgẽs uaſtitate:& eductus ĩ
uicina lunaris circuli ultra nubila caput cõdit:lucet
nocturnis ignib9 audiũtur & cãtus tibiaꝝ & tinni/
tus cymbaloꝝ ꝑ orã maritimã:Apex Perſeo & her
culi ꝑuius:inacceſſus cæteris ita fidẽ araꝝ ĩſcriptio
palã fecit:olympus uero ut idẽ docet mõs ẽ theſſa/
liæ q excellẽti uertici tãtus attollit̃:ut ſũma eius cœ
lũ accolæ uocẽt:ara ẽ in cacumĩe Ioui dedicata: cu/
ius alrarib9 ſiqua de extis ĩferũt̃:uoluẽte ãno cuiuſ/
mõi relicta fuerĩt eiuſmõi repiunt̃:litteræ in cinere
ſcriptæ uſq; ad alterã ãni cærimoniã ꝑmanẽt. Fer/
ret:ſuſtineret. Vtq; iteꝝ:ſed poſtq̃ hercules iratus
iterũ lacertis mediũ cõplectebat̃ Antheũ:Antheus
uero expectauit quo ad cõplexus eẽt cadere & ſpon
te ſua cecidit ut uires r̃ſumeret Quiſqs ineſt:& tel
lus cũ uideret ĩ magno diſcrĩe poſitũ eſſe filiũ ſuum
ipſa quoq; filio oẽs uires miniſtrabat. Spũs:fortitu
do. Labo.ſ.tellus ſuggerẽdo filio uires. Vt tãdem
poſtq̃ hoc ĩtellexit hercules:ſtabis inq̃t o Antæe nõ
cades:qa nõ patiar ut iacẽs reficiaris a terra:hec ubi
dixit mediũ cõplexus antheũ pectori ſuo adſtrĩxit
eo uſq; tenuit quo illũ aĩam emittere coegit:& illũ
exanimatũ cadere ꝑmiſit. Cre.nõ cõmitteris terræ
Sẽſit:cognouit crebro caſu id qđ erat. Pigro ge.qđ
hoĩes pigros facit: quia aĩa excedente corꝑe corpus
cõtrahit̃ & torpeſcit. Hic æui ue.nũc ſuæ narrati/
onis cõcludit effectũ:ut ex his q̃ ſupra dicta ſũt id ĩferat:qđ Curio audire cupiebat hac de cã qa ibi Anthe/
us hĩtauit:& ab hercule tandẽ ſupatus eſt:hæc loca Anthei uocata ſũt:ſed nomẽ inſignius hiſdẽ locis Sci/
pio Afri.dedit:q prĩus populo Ro.carthaginẽ tributariã fecit:q Hãnibalẽ tãdẽ ex italia excedere coegit.
Hic:ab Antheo. Aeui ue.cu.fin.nõ uetera monumẽta reꝝ geſtaꝝ cuſtodiũt ea quæ ab initio facta fuerũt
Vete.ãtiqui:niſi.n.fama eẽt:oĩa ãtiqua iã pridẽ ꝑiiſſet. Cuſtos:qa famoſa:iõ cuſtos. Mira utriuſq; ſui.qa
cũ uetera audimus:q̃ ꝑ famã ad aures nr̃as ꝑuenerũt nõ ſine admiratiõe accipimus. Sed ma.magnũ qdẽ
nomẽ ẽ q; anthei regna uocitẽt̃:ſed multo maius fuit hoc q; Scipiõis Afri.cornelia caſtra ad hãc uſq; æta/
tẽ appellẽtur. Cognomĩa.ſ.cornelia caſtra ſcipio dico. Reuo.bene reuocauit nã ſicut ĩ hiſtoria legit̃ Hãni
bal ꝑ decẽniũ in italia mãſit:quã multis cladib9 ac populatiõibus uaſtauit ac uexauit: tandẽ Scipio afri.cũ
ꝓuinciã africã accepiſſet a Senatu populoq; ro.demãdatã:traiecit ĩ eã ꝓuiciã ipſã tãdẽ urbẽ carthaginẽ in
uaſit:& ad eã redegit inopiã:ut neceſſario in africam r̃uocatus ex Italia Hãnibal r̃dierit:ergo. Reuocauit:
hoc ẽ cauſa fuit ut reuocaret̃.Nã Carthaginẽſes illum cenſuerũt reuocãdũ quãdo ſe aliter a Scipiõe defen
dere nõ poſſẽt. Sedes fuit.ſ.ſcipiõi q poſtq̃ traiecit ĩ africã:hæc primũ loca caſtrametatus ẽ. En uete.nam
adhuc foſſæ erant quibus caſtra circundata fuerãt:nam uallo & foſſa ueteres caſtra ſua cingere ſolebant.

Romana hos:hæc loca fuerũt:ubi primũ Ro.carthaginẽses uicerũt. Curio lætatus:hæc ubi dixit incola gauisus ẽ Curio q̃si uictoriæ omen cõcepisset:q̃ in ipso loco castra poneret:ubi Scipio carthaginensiũ uictor aliquãdo castrametatus erat. Fortuna:si ostẽderet stulticiã sui aĩ Curio q̃si felicitas locorũ eẽt quæ bello cõduceret nõ uirtus militũ. Ducũ priorũ.s.scipionis q ibi uictor fuit. Felici nõ fau.lo. q̃uis locus ille felix fuisset Scipioni:tamẽ ipse in felicitatẽ cõsecutus ẽ ut inferius ostẽdet. Non fau.uno uerbo totius rei exitũ declarauit:significat.n.ipsum cũ exercitu fuisse deletũ. Indulsit:castrametatus ẽ ibi. Abstulit omen:nã ibi Scipio uicerat:ipse uictus ẽ.ut refert Suetonius in uita diui Cæsaris:felix & inuictũ in Africa fataliter Scipionũ nomẽ ferebat̃:quo fuit ut cũ Cæsar Scipionẽ & Iubã psequeret̃:despectissimũ quẽdã ex Corneliorũ genere secũ in castris habuerit ad eludẽdas uaticinatiões ĩ eodẽ loco. Omẽ felicitatis. Nõ æquis ui.qa inferior erat sicuti declarabit. Oĩs ro.nũc dicit qũo uiribꝯ inferior erat hoste curio.s.Ro.p̃fecto Attilio Varro:nã ut ãte dictũ Attilius Var.præerat africæ:nã ꝓuinciã illã Senatus populusq̧ Ro.ei demãdauerat quã cũ impio tenebat:aut teste Apiano in eo loco ꝑ Pom.exercitũ ducebat:Nã ab initio copias Actilii Varri despitiões Curio ex q̃tuor legionibꝯ q̃s a Cæsare accepat duas tãtũ & q̇ngẽtos eqtes biduo & tribus noctibus nauigatiõe cõsũpto ĩ africã asportauit: sed Attilius Varrus:licet cũ exercitu Ro. prouĩciã teneret:tamẽ Iubam regẽ Numidiæ populiq̧ Ro.sociũ ad suum auxiliũ cõtra Cæsarẽ uocauit. Africa signis.s.ps illa africæ quã carthaginẽses aliquãdo cũ impio tenuerãt:nã uictis carthaginẽsibꝯ oĩs africa quæ sub impio carthaginẽsiũ fuerat ĩ po.ro.deditionẽ uenerat ergo ꝓuincia ro.erat africa. Cesserat.i.uicta erat ab impatoribꝯ Ro. Libyæ gẽtis.i.Iubæ regis libyæ & Numidiæ. Nõ fusior.declarat regna:qa usq̧ ad torridã zonã porrigebat̃ regnũ regis Iubæ.terræ cuius lõgitudo erat Athlas:Athlas mõs ẽ media arenarũ cõsurgẽs uastitate: & eductus ĩ uiciniã lunaris circuli ultra nubila caput tendit:qua ad oceanũ extẽdit̃ cui a se nomẽ dedit:manat fõtibꝯ:ut r̃fert Solinus:nemoribus inhorrescit:ruribꝯ aspat̃:humo nuda:nec herbida qua Africã cõtra uersus ẽ: felix nascentibꝯ spõte frugibus:arboribꝯ ꝓceris opacissimis: quaq̧ odor grauis:uestiunt̃ lanugine sericis uelleribꝯ nihil uilio re Suetonius paulinus ultra Athlantẽ primus & pene solus Ro.signa circũtulit:Iuba Ptolemæi filius auctore Solino utriusq̧ Mauritaniæ regno potitus ẽ. Mediũ terminat hãmon:latitudinẽ torrida zona:quã mare occiduũ ab Africa seiungit. Cardĩe ab occi.qa lõgitudĩe regni sui terminabat Athlas usq̧ ad gades .s.oceanũ. Gadibꝯ:ĩsulis balearibꝯ:a quibꝯ nõ procul gades in mari oceano Hercules posuerat. A medio cõfinis syrtibꝯ hãmon:a mõte mediũ regni sui terminabat:hãmon ẽ tẽplũ Iouis in Libya arenosa ubi Iupiter in.forma arietis colit̃ qa populo bacchi & populo suo sitienti:cũ illac trãsiret ĩ forma arietis arenã pede percussit:& statim ibi natus ẽ fõs:ut Iuppiter ammon.i.arenarius &c.hoc ergo tẽplo cĩgebatur mediũ regnũ Iubæ. Cõfinis syrtibus:qa ut refert Strabo lib.ultĩo circa ꝑuæ syrtis initiũ ẽ Thera urbs ꝓpe quam est ammonis ꝓmõtoriũ.Solinus cap.xl.dicit maiorẽ syrtim ostẽtare oppidũ quod cyrenas uocãt: inter hoc oppidũ & templũ ammonis milia passuũ trecẽta esse. At qua:q̃ latitudo terminatur a torrida zona. Vasto:pro uasti:qa nimio feruore habitari nõ põt. Distinet.i.disiũgit Libyam quia torrida zona inter Libyã & oceanũ posita est. Exusta calẽtis.i.exusta loca feruidæ zonæ. Sufficiũt:idest finem imponũt spacio regni. Populi tot castra:si scire uis quot populos secũ traxerit Iuba.s.quibus ipse impabat. Dolopes:populi qui meridiẽ uersus habitãt. Numidæ uagi:uagos dicit nã ut libro ultimo refert Strabo cũ regionẽ fœcũdã ĩciderẽt quãquã feris abundãtẽ:iis omissis & agri colẽdi studio licẽtius inter se cõuertebãt̃.& regiõe feris dimissa:uagã & instabilẽ uitã agebãt:nõ secus: q̃ q ob inopiã & locorũ sterilitatẽ & aeris inclemẽtiã eiusmõi uitæ gẽus eligũt. Nasamões:populi q teste Stra.primi sterililẽ & aridã r̃gionẽ obtinẽt:postea psylli & getulorũ ps & garamãtes: Paratus g.in.equo.unũ seq̃t̃ ex reliquo:nã qa ĩculto utit̃ equo.iõ semp paratus ẽ.nã equũ ascẽdũt sine sella sine freno .Gætuli a uctore Strabone libro ultimo in penitiore regione libyæ montana ac deserta tenent quæ quodãmodo dispersa sunt usque ad syrtes.

Romana hos primũ tenuit uictoria campos
Curio lætatus tanquã fortuna locorum
Bella gerat:feruetque ducũ sibi fata priorum
Felici non fausta loco tentoria ponens
Indulsit castris:& collibus abstulit omen.
Sollicitatque feros nõ æquis uiribus hostis
Omnis romanis quæ cesserat africa signis
Tunc uarii sub iure fuit: qui robore quãquã
Cõfisus latio:regis tamẽ undique uires
Exciuit libycæ gentis:extremaque mundi
Signa suũ comitata iubam:non fusior ulli
Terra fuit domino:qua sunt lõgissima regna
Cardine ab occiduo uicinus gadibus athlas
Terminat a medio cõfinis syrtibus ammon
At qua lata iacet uasti plaga feruida regni
Distinet oceanum.zonæq̧ exusta calentis
Sufficiunt spacio: populi tot castra sequũtur
Aut dolopes numidæq̧ uagi. sẽperq̧ paratus
Inculto gætulus æquo tum concolor indo

Maurus.iops nasāon mixti garamāte pusto
Marmaridæ: uolucres æquaturusq; sagittas:
Medorum tremulū cū torxit missile mazax.
Et gens quæ nudo residens massilia dorso.
Ora leui flectit frenorum nescia uirga
Et solitus uacuis errare mapalibus afer
Venator:ferriq; simul fiducia non est
Vestibus iratos laxis operire leones:
Nec solum studiis ciuilibus arma parabat.
Priuatæ sed bella dabat iuba concitus iræ
Nūc quoq; quo supos humanaq; polluit āno
Lege tribunicia solo depellere auorum
Curio tentarat:libyamq; auferre tyranno
Dū regnum te roma facit.memor ille doloris
Hoc bellum scœptri fructū putat esse retenti
Hac igitur regis trepidat iam curio fama
Et quod cæsareis nunquam deuota iuuētus
Illa nimis castris:nec rheni miles in undis
Exploratus erat:corsini captus in arce.
Infidusq; nouis ducibus:dubiusque priori
Fas utrunq; putat:sed postq̄ languida segni
Cernit cūcta metu nocturnaq; munia ualli

Maurus: occidentem uersus habitant mauri in æthiopia occidentali:nam duæ æthiopiæ sūnt.s.orien-
lis & occidentalis.Mauri:ut refert Strabo:uberem regionem īhabitāt:magna ex parte pastoraliter uiuūt:
his comæ cincinis exornantur:& barba & aures:& tersura dentiū & unguium cultū:raro uideas īter se cō
tingere:dū ambulant:ne capillorū ornatus perturbetur:pugnant frequēti ab equo hastati equis nudis utē
tes & uinceis frenis. Concolor indo:nam sicut indi æthiopes oriētales nigri sūt:ita mauri occidētales ni
gri sunt. Inops.i.ariditate nimia sterilis. Garamātes ut docet Strabo ab æthiopibus absunt.ix.x. ue dierꝝ
itinere. Marmaridæ:marmaridæ ut idē inqt Stra-
bo ad hammonē usq; ptendentes cyrenæ plurimū
accedunt:quæ cōtra occidentalē Cretæ extremita-
tē.i.arietis frōtē iacet. Perusto:a solis calore. Ae-
quaturusq; sagittas mazax:populus sagittarum pe
ritus:ut etiam sagittando medos æquiperare possit
scilicet sequitur. Tremulum:uibratū. Et gens.s.
Massilia quæ equū regit nō freno:nō calcaribꝰ sed
uirga tantūmō. Massilia:p massiliēsiū: nō galliæ:
sꝫ africæ.Vir.Massiliiq; ruūt eqtes. Dorso.s.equi.
Afer uenator:q cōsueuit mapalia hītare: nā hi sūt
maximi uenatores: & pcipue leones agitāt: quos cū
uenabulis psequunť uel alias feras & si uīcere nequi-
uerint laxis uestibus implicant eos & illos iā retibꝰ
implicantos capiunt. Aphricæ principium est a fi-
nibus ægyptiorū:quod est Alexandriæ p anti cipa-
ta deserta:ultimus āt finis illius Athlas:insulæq; oc-
cidentales:quas fortunatas uocant:interna eius plu
rimæ quidem bestiæ:sed principaliter leones tenēt
qui ut Aristotiles perhibet:soli ex eo genere:qđ dē-
tatū uocāt:ptinus cū nascūtur uident. Ferri:non
cōfodiunt uenabulis nec sagittis:sed latis uestibꝰ.
Nec solū:dicit iubam Regē motū fuisse ut bellū in-
ferret Curioni:nō solum quod in auxilium a præfe
cto Ro.uocabať:uerum ēt q priuatæ sibi erāt cum
Cu rione inimicitiæ & simultates:nā Curio ī tribu
natu suo intercesserat ad populū ut bellū īferret Iu
bæ:q.s.periculosus ac formidolosus esset puinciæ
Ro.hoc est africæ:huius rogatiōis cā hic magna cu-
piditate ī auxiliū Attilii Varri cū uniuerso exercitu
aduersus Curionē uenit. Cōcitus iræ.i.bella cōcita
bat ira qua īflamatus erat aduersus Curionē. Anno
.s.sui tribunatus. Supos hu.i.diuina hūanaq; iura turbauit:hoc dicit qa magis fauebat pōpeianis ptibus
beati Dum se deesse diis: idest numina parata esse: ut uotis suis responderent:& se nō respondere diis. Sponte respicit ad illud Quod iussi timuere quando Antonius cæsaris iussu uenire nolebat: sponte ipse ad Antonium uenire uoluit. Iussu: Anto.& sui. Expertus temeraria: cum a Brūdusio nauigauit ꝙ temeraria nauigatio feliciter cessit nihil est ꝙ magis homines temerarios faciat: & īcautos reddat: quā secunda fortuna. Cessisse: successisse pro uoto. Fluctusq; uerendos:& tempestatem maris: quáuis magnæ naues uincere possint: tamen sperabat exigua cymba se posse superare. Classibꝫ: nauigiis maioribꝫ.

Cum se deesse deis: ac non sibi numina credit
Sponte per incautas audet tentare tenebras
Quod iussi timuere fretū: temeraria prono
Expertus cessisse deo: fluctusque uerendos
Classibus exigua sperat superare carina
Soluerat armorum fessas nox lāguida curas
Parua quies miseris: in quorū pectora sōno
Dat uires fortuna minor: iam castra silebant
Tertia iam uigiles cōmouerat hora secundos
Cæsar sollicito per uasta silentia gressu
Vix famulis audenda parat: cūctisq; relictis
Sola placet fortuna comes: tentoria postquā
Egressus uigilum somno cadentia membra
Transiluit quæstus facite quod fallere posset
Litrora curua legit: primisq; inuenit in undis
Rupibus excesis hærentem fune carinam
Rectoremq; ratis dominū secura tenebat
Haud ꝓcul īde domus: nec ullo robore fulta
Sed sterili iunco: cānaq; intexta palustri
Et latus inuersa nundum munita phasello
Hæc cæsar bis terq; manu quassantia tectum
Limina cōmouit. molli cum surgit amiclas
Quē dabat alga toro qsnā mea naufragus
Tecta petit: aut quē nr̄æ fortūa coegit inqt

nedū paruæ cymbæ. Soluerat armorū: describit quo tēpore cæsar ad casam amiclæ nautæ admodū pauperis uenit sub habitu gregarii militis ne digno sceretur: cū iam exercitus ois quiesceret: ipse inscis militibus suis ad casā huius amiclæ uenit. Nox languida curas: quia cura cum diu animum agitauerit: primo quidem somno expellit: sed cū diu fatigauerit animum resoluitur ī somnum. Languida: quæ languidos facit homines. Parua qes miseris: quia nunquam nisi parū illud spatium quod somno concedebatur. In quorū pe. quia pauperes solent eē magis uacui curis: ideo etiam securius dormiunt. Minor: humilior conditio qui enim in sublimiori fortuna constituti sunt: magna mole curarum & solicitudine dormire non possunt: sed fortuna minor est deorum qui sunt in humili conditione positi. In castra silebant: uidelicet somno occupata erant a præcedenti quod sequitur. Tertia hora: idest prima uigilia: q̇a una quæque uigilia ternas horas habebat: nam in quatuor ꝑtes nox diuidebatur apud antiquos: & unaquæque pars uigilia dicebatur. Commouerat: excitauerat. Audēda: audet cæsar quæ uix famuli eius auderēt scilicet ire solus. Relictis cunctis: quia solam fortunam sibi comitem requirit. Postquam tentoria: postq̄ egressus est e castris secum īdignabatur ꝙ uigiles se fellisset: cogitabat ita etiam decipi posse ab hostibꝫ tamē placuit hoc sibi ut occultus ꝑficere posset qđ animo cogitabat. Vigi. ca. mē. idest uicta somno membra uigilum qui ad custodiam positi erant. Questus: conquestus. Curua littora: littoris epitheton est. Primis undis: in prima parte undarū. Hærentem: quia religata erat fune: Rectorē: qui aut inde procul casam habebat ubi securus dormiebat. Fultam: non ullo robore quia nō metuebat fures: sicuti pauper quidā dicere consueuerat si clara luce in domo mea nihil inuenio: quomodo inqt nocte fures inuenire potero. Robore: scilicet parietum. Sterili iunco: quia nascitur in locis sterilibus. Canna pa. nam tigillis tecta erat: sed manipulis cannæ palustris. Et latus: casæ illius circundatū erat fragmento cuiusdam nauis. Phasello: idest naue uniuersa. Nec cæsar: tugurium amiclæ describit: quā cæsar petierat ut traiiceret fretum nauicula quod uix magna nauigia traiicere auderent: sed hoc faciebat ꝙ fortunæ suæ nimium confideret: Cum ergo ad hác casam Cæsar uenisset: & crebro hostium pulsare cæpisset totam ferme domū cōmouit: neq; enī altius fundata erat: cōmotus tandē uoce atque tumultu amiclas surrexit e stratis: & ita allocutus est: quis inquit ē naufragus: ut ego arbitror: ꝑ mea tecta petit: & auxilio meo indiget: & hæc dicens hostiū aperuit: deinde sopito cinere ignes excitauit: cūq; in cōspectu Cæsar uenisset: tū aperuit qđ ab eo peteret: & magna illi munera ꝓmittebat: si suæ obsequeref uoluntati. Limina: partem pro toto posuit: idest fores huius casæ. Quassāt: traiectum dum fores cōcuteret tectū omne nutabat: cū fundamēta non essent alterius infixa. Molli alga: pro plurimis utebaf alga: est herba quæ in fundo maris nascitur & interponitur uasis uitreis ne collisa frangantur. Quisnam mea naufragus: existimabat enim quēdam naufragum esse: idest qui naue fracta euasisset a fluctibus maris: & ad sua tecta uenisset ut tantisper reciperetur donec auxilium haberet. Aut quem nostræ fortuna coegit: anquis adeo aduersa fortuna frangif ut cogaf ad auxiliū nostrū uenire: illius qđē fortūa ualde aduersa ē qui

Auxiliū sperare casæ.sic fatus ab alto
Aggere iā trepidæ sublato fune fauillæ
Scintillam tenuem cōmotos pauit in ignes
Securus belli prædam ciuilibus armis
Scit non esse casas o uitæ tuta facultas
Pauperis angustiqꝫ lares o munera nondum
Intellecta deum: quibꝰ hæc cōtingere tēplis
Haud potuit muris nullo trepidare tumultu
Cæsarea pulsante manus tūc poste recluso
Dux ait:expecta uotis maiora modestis
Spesque tuas laxa iuuenis si iussa secutus
Me uehis hesperiam: nō ultra cūcta carinæ
Debebis: manibusue inopē duxisse senectā:
Nec cessa præbere deo tua uota:uolenti
Augustos subitis opibꝰ implere penates.
Sic fatur quāquā plebeio tectus amictu
Indocilis priuata loqui:tū pauper amiclas
Multa qdē ꝓhibent nocturno credere pōto
Nam sol non rutilas deduxit ī æquora nubes
Concordesqꝫ tulit radios noton altera phœbi
Altera pars boreā diducta luce uocabat
Orbe quoqꝫ exhaustus medio: lāguēsqꝫ recessit
Spectātesqꝫ oculos īfirmo lumīe passus
Lunaqꝫ non gracili surrexit lucida cornu
Hanc orbis medii puros exesa recessus

sperare possit a nobis auxiliū. Sic fatus hæc ubi dixit excitauit ignes cinere sopitos ut lumen accenderēt. Aggere.i cumulo cineris superimposito ad seruandas prunas ut fit. Sublato fune: nam papyrum dicit: pro quo papyro funem habuere ueteres:quod Virgilius ostendit:& noctē funalia uincunt funalia appellauit funes:quos intra cæram ponebant pro papyro unde funera dicta sunt eo ꝙ funes accēsos mortuis preferebant.hunc ergo funem subiecerat igni:& una cū prunis cinere texit:nunc cum ignem accendere uellet detexit funē quē subiecerat igni: & spiritū incitare cœpit. Pauit.s.fomite scintillam comprehēdit Cōmotos:spiritu oris incitatos. Scit non esse casas:quia probe nouerat non diripi casas ab his q bella ciuilia gerunt:unde casæ dictæ a cadendo qa paruo īpetu euertuntur. O uita tuta:hic Lucanus ī exclamationē quādā prorumpit:quæ pelna est admirationis:ꝙ hi qui opibus abundant in magna rerum oīum facultate semp trepidi sūt:at uero paupes tuti sunt:& licet humili habitatiōe tecti nihil oīo reformidāt.quodnā oppidū tā ualidū fuit:quæ mœnia tā munita nō timuissent:si ea manu cæsaris pulsata fuissent:tamē nihil tale accidit amiclæ: neque timore ullo perculsus est. Deū:pro deorū. Nondū intellecta:tēpore suo. Muris:quātūlibet munitis. Tumultu:nulla animi ꝑturbatione cōmoueri Tunc poste.re.Cæsar his uerbis hortatᷣ amiclā:ne laborē ullū aut discrimē metuat:si.n.sibi obsequi uoluerit remuneraturū ꝓmittit:adeo ut nunq̄ postea pauper uicturus sit:sed cū magno honore diuitias retinebit:quæ ad suæ uitæ tēpus sufficiāt. Recluso:apertis foribꝰ Modestis:moderatis: scio eā esse cōditionē tuā.ut nihil nisi modestū sperare audeas:at uero si me sequi uolueris:multo tibi maiora polliceor:q̄ sperare audeas. Laxa:auge. Si iussa secutus: posthac nō pones spes omnes in naulo carinæ:non minus consequeris:q̄ tibi tua præstare possit gubernatio nauis. Nō ultra.i.posthac. Duxisse senectā.s.ꝙ nulla alia re tibi uictū parare possis:nisi labore nauiū. Volenti.i.propitio deus tibi propitius ē: ut te ditē facias si mō fortunā tuā cognoueris. Opibus subitis.i.repēte cōparatis ꝑter spem &:opinionē tuā. Sic fatus. Cæsar q̄uis gregarii militis ueste tectus esset ne dignosceretᷣ: tamē ita loquebatur ut se nō gregariū militē ostenderet: sed magnū imperatorē. Priuato.i.res priuato homine dignas. Tūc pauper amiclas. respondit: dicit aut se multa signa uidisse: quæ tēpestatē minari significarēt & studebat suadere cæsari ne se maris undis cōmittere uellet:cū omnia periculū minarētur. Nā sol non ru.quia occidente sole si aer rubuerit significat diē crastinū serenum fore:sed hoc signū tunc non erat. In æquore:nā sol in mari occidit. Cōcordes radios: idest in unū locū tendētes. Vigilius:hoc signū tetigit. Audēs inter nubila sese diuersi rumpent radii. Altera pars boreā:cū radii īter duas partes scissi:hac quidē in meridiē:hac uero in septētrionē inclinauerint significāt nobis postera die a meridie notum a septētrione boreā uenturos esse:significat autē hunc peritū fuisse nauigādi:nouerat enī signa quibus uel serenitas:uel tēpestas significaretᷣ. Exhaustus:quia uidetᷣ euacuari & cōcauus fieri. Recessit.i.retro cessit:qa cōcauitatē quādā facit. Passus oculos:cū sol ita quodāmodo creatus uidetᷣ:& concauitatē faciat:& cōuexus mutatᷣ facile ab oculis spectari potest:at uero cū pleno orbe refulget oculi radios solis sustinere non possunt. Spectantes oculos:pro oculos spectantium. Infirmo lumine passus: cum imbecilliores sunt radii. Gracili:tenui. Lucido cornu: quia si tunc cum tenuia fuerint cornua lunæ:& lucida atque purificata significant serenitatem:sed non ita fuerunt: sic Virgilius. Namque his certissimus auctor. Exesa recessus:idest habens puros recessus exesos est enī synecdoche. Non duxit recto tenuata cacumina cornu:quando luna nondū plena est:& si perlucida fuerit quamuis uacua:tamen uestigia orbis ostendat:tunc perlucida est. Exesos:excisos:nunc denso aere condensatos: & declarat.

Tenuata.i.acuata. Recto cor.qa si cornibꝫ supinis fuerit luna sep pluuiã significat. at uero cũ recta fuerit & alteꝝ cornu sublime:alteꝝ uero ĩsimũ teneat q̃si significar̃ uidetur se uacuatã eẽ pluuiis & humore. Rubuit nota: Virgilius. Vento semper rubet aurea phœbe. Lurida:nigra. Sub nubẽ:nã ille pallor lunæ significabat se paulopost sub nubẽ obscuratum iri. Sed mihi.sunt alia signa tẽpestatẽ significantia.s. cum syluæ resonant. Virgilius. Et nemorũ increbescere murmur. Incertus delphin:quia dubiũ mare semper delphin significat:cum apparuerit. Mergus amat:quia fugiũt ex æquore mergi:cũ tempestas futura est.

Nec duxit recto tenuata cacumina cornu:
Ventorũq; nota rubuit:cũ lurida pallens
Ora tulit uultu sub nubẽ tristis ituro.
Sed mihi nec motus nemoꝝ nec littoris ictus
Nec placet incertus q prouocat littora delphĩ
Aut siccũ quod mergus amat:qđq; ausa uola
Ardea sublimis pennæ confisa natanti rẽ
Q đq; caput spargẽs ũdis uelut occupat ĩbrẽ
Instabili gressu metitur littora cornix
Sed si magnarũ poscunt discrimina rerum
Haud dubitẽ præbere manus:uel littora tãgã
Iussa uel hæc potius pelagus: fluctusq; nega
Hæc fatus soluẽsq; ratẽ dat carbasa uẽtis bũt
Ad quorũ motus:nõ solũ lapsa per altum
Aera dispersos traxere cadentia sulcos
Sydera sed summũ etiã quæ fixa tenentur
Astra polis sũt uisa quati:niger inficit horror
Terga maris longo ꝑ multa uolumina tractu
Aestuat unda minax:flatusq; incerta futuri
Turbida testantur cõceptos æquora uentos
Tunc rector trepidæ fatur ratis aspice sæuũ
Q uãta pet pelagus:zephyros itẽdat i euros
Incertũ ẽ:puppi dubius ferit undique pontus
Nubibus:& cælo notus ẽ si murmura ponti.
Cõsulimus cori ueniẽt mare gurgite tanto
Nec ratis hesperias tãget:nec naufragus hora
Desperare uiã & uentos concurrere cursus
Sola salus liceat uexata littora puppe
Prendere:ne longe nimium sit ꝓxima tellus

Ardea:cathãtiphrasis: quia sẽper humilis ẽ & ĩ paludibus habitat: sed cũ tẽpestatẽ futurã sentit relictis undis supra uolat ardea nubẽ.ẽ enĩ auis. Ausa uolare:cum natura sua solita sit in paludibus habitare. Pennæ natanti.i.quæ antea pẽna & alis uolare cõsueuit. Caput spargẽs undis.i.spargere cupiens Virgilius. Et studio incassũ uideas gestire lauandi. Occupet:præueniet hymbrẽ hoc signo. Instabili gressu:quia per arenã graditur. Virgilius. Et sola in sicca secum spatiat̃ arena. Et magnarum:postq̃ amiclas multa futuræ tẽpestatis signa prædixit:ut imminentem nauigationem cæsari periculosam ostenderet:nũc aũt dicit q̃uis tanto discrimine nauigaturus sit:tamẽ si res ita postulat qđ sine magno incõmodo resistere nõ possit:se nauem expositurum esse uentis ut:uel in italiam ueniant:uel si non id poterit:intelligat cæsar non per se:sed propter maris tempestatem restitisse. Et scilicet quicunque es: quia ignorabat esse cæsarem. Littora iussa.s.ausoniæ quæ meã nauem impellere iubes. Hoc:scilicet in italiam ire. Ad quorum motus:dicit uix illum patefecisse uela uentis: cum alia quoque signa futuræ tempestatis apparuerũt: quæ Virgilius quoque commemorauit. Sæpe stellas uento impendente uidebas:&c.non tamẽ labũtur:sed quodãmodo uidentur labi:physici enim dicũt uentũ ad superiorẽ partẽ ascendere:& inde partẽ ætheris rapere: quã cũ uentus impellat casus imitatur stellarum:quod signum dicit apparuisse cum primum uela soluit. Non solum lapsa.i uisa sunt de cælo cadere sydera:sed etiam quæcunque occidunt.s.septẽtrionis ursæ quodãmodo euanescer̃ quod uim magnam uentorum significat. Cadentia quæ cadere uidentur. Dispersos:in diuersas ꝑtes sparsos:quia tractum longum ducunt:ut ignis uideat ꝑ aera spargi. Virgilius. Flammarum longos a tergo albescere tractus. Fixa astra: idest maior ursa & minor. Summis polis:artico & antartico. Terga:idest superficies maris horrescit. Longo tractu: quia a longo uidetur albescere fluctus maris: & cũ spuma ꝓcul uidet̃ significat uẽtos adesse. Incerta futuri:q̃uis ĩcertũ eẽt qs uẽtus ĩstaret mãifestũ tamẽ erat uẽtos adesse. Tũc r̃ctor:ad cæsarẽ ait. Trepidæ ratis:ꝓ ipse trepidus. Zephyros:occidẽtales uentos: Austros meridiõales: suadet a prudẽtia:qa se ꝑitũ maris ostẽdit:& signorũ quæ tẽpestatẽ significãt. Vndiq;:dextra atq; sinistra. Nubibꝫ & cœlo notus: semper agit nubes:& idẽ est quod auster. Cori: uenti septentrionales. Murmura:nam nautæ solent inclinare aurem ad omnes partes orbis ad orientem:occidentem &c.& aure murmura sentiunt:ut intelligant qua parte uenti ueniant. Nec ratis hesperias:idest nauis cum uectoribus suis tanto fluctu periclitabitur. Vectores dicuntur qui uehunt & qui uehuntur:idest tumultu & perturbatione maris:tapinosim epitheto eleuauit. Desperare uiam:qđ ergo melius consilii fuerit dicã una salus supest:ut a nauigatiõe desistamus. Desperare.i.de spe nauigãdi decidere salus ẽ. Cõuertere.s.ad littora:dũ puppis uexata ẽ. Tellus q̃ uidet̃ ꝓxia fortasse nimiũ lõgior uidebit̃: qa nõ lõgo spacio desistat epirus ab adriaco sinu.

Fiſus cuncta ſibi:ne timeas tēpeſtatē inquit cæſar:nam dii gratū hēnt:ſi rē mihi gratā facere poſſint. Ceſſura:ideſt proſpere euētura ſibi. Vētoq;.ſ.audacter uela uentis pande. Si cælo auc.re:ſi cælum tibi auctor nō ē nauigandi in italiam:ego tibi auctor ero. Sola tibi cā eſt:neſcis quē uirū tua rate uehas:ſi me nouiſſes non dubitares uehere. Quē nunꝗ:uelim ſcias me comites ſemper habere deos. De quo male:fortuna male de me meretur:niſi mea uota præuenerit:quia pœnas daret. Poſt uota uenit.i.cum nō præuenerit uota mea neceſſe eſt ut fortuna diuinet:quid ego uelim:& ſi cupiam aliquid dare poſſit.

Fiſus cuncta ſibi ceſſura pericula cæſar
Sperne minas inquit pelagi uentoque furēti
Trade ſinum:italiam ſi cælo auctore recuſas
Me pete.ſola tibi cauſa ē hæc iuſta timoris
Vectorē nō noſce tuū: quē numina nunquā
Deſtituunt:de quo male tūc fortuna meretur
Cum poſt uota uenit medias ꝓrūpe ꝓcellas
Tutela ſecura mea:cæli iſte fretique
Nō noſtræ puppis labor ē hāc cæſare preſſā
Ab fluctu defendet onus:nec lōga furori
Ventorū ſæuo dabitur mora ꝓderit undis
Iſta ratis:ne flecte manū:fuge ꝓxīa uelis
Littora tunc calabro portu te crede potitum.
Cū iam nō poterit puppi:noſtræque ſaluti
Altera terra dari:quid tanta ſtrage paretur
Ignoras quærit pelagi:cælique tumultu
Quid præſtet fortuna mihi.nō plura locuto
Auulſit laceros percuſſa puppe rudentes
Turbo rapax:fragilēq; ſup uolitātia malum
Vela tulit ſonuit uictis cōpagibus alnus
Inde ruunt toto congeſta pericula mundo
Primus ab oceano caput exeris athlanteo
Core ingens æſtus.iā te tollente furebat
Pontus & in ſcopulos totas erexerat undas
Occurrit gelidus boreas:pelaguſque retūdit
Et dubium pendet uento cui concidat æquor
Sed ſcythici uicit rabies aquilonis & undas
Torſit & obſtruſas penitus uada fecit harenas
Nec perfert pōtum boreas ad ſaxa ſuumque
In fluctus chori frangit mare:motaq; poſſūt.
Aequora ſubductis etiam cōcurrere uētis

Prorūpe:o nauta p medias ꝓcellas nauiga. Mea tutela.i.præſētia mea. Cæli iſte fretiq;.uexabitur inquit cælū & aer. Onus: cæſaris. Nec lōga: & me nauigante tēpeſtas a rate deſiſtet.Ille diſſuaſerat a prudētia:hic ſuadet a fortuna:q̄ſi a facili ꝙ ſit facile uincere tempeſtatem: quod argumētū trahitur a negociis ꝑſonæ:quæ multa ſūt:& caſus in illis conſideratur in ꝑſona:uidelicet qd euenerit:qd euenit:& quid euēturū ſit:quid ſi male euenit:& male eueniet.Si bene in ꝓterito euenerit:& ſperandū eſt bene euenturū ī futuro. Proderit undis:hoc ꝓderit cæteris nauigantibꝰ quod ego nauigo:nā nauigatio mea faciet ut ex tēpeſtuoſo mare trāquillū efficiatur. Flecte manū: a littore. Velis.ſ.cū. Tunc calabro portu.ſic tibi ꝑſuadebis: cū iā mediū mare tenebis:& nulla terra poterit noſtræ ſaluti cōcedi: exiſtimato te tenuiſſe calabriā. Cū iā nō poterit: ideſt alibi ſalui eſſe non poterimus:niſi ī Calabria.

Quid tanta ſtrage:ſcis quare uētus oīa inuoluat: & iam tanta perturbatio immineat: ſignum eſt ꝙ dii cogitant quid magnum præſtaturi ſint. Quid præſtet:ideſt qd fortūa exhibeat mihi. Tumultu perturbatiōe. Nō plura locuto:ſic de ſe & fortuna ſua loquebatur Cæſar:quaſi nihil aduerſi ſibi cōtingere poſſet:quin immo uoluntati ſuæ obtemperabat:ſed res non ſatis ex ſententia ceſſit:nā uix inquit ea locutus fuerat:cū ex tranſuerſo ꝓcella ruens uela ſuſtulit: & fracto prope malo nauis quoq; iuncturas ſoluit. Auulſit:fregit. Turbo rapax:ex trāſuerſo ueniens turbo dr̄ uētus qui circuit & omnia una procella inuoluit. Vela tulit:qui ſuſtulit uela uſq; ad ſumitatē mali. Alnus.i.nauis: materiā pro forma poſuit nam alnus ē arbor:ex qua naues conficiuntur. Victis compagibus: ideſt ſolutis iūcturis. Inde:pro hæc. Toto mundo:a toto cælo:quale eſt illud Virgilii.Omnia uentorum cōcurrere prœlia uidi:& ab oriente:& ab omnibus partibus mundi. Athlanteo oceano.ab athlante monte ſic appellato quod ei ſuperimminet. Tollente: ideſt iam tum erigente funes. In ſcopulos: uidelicet in medio mari poſitos. Gelidus: a ſeptentrione. Retundit:repellit dubium æquor inde a borea: inde a choro agitabatur fluctus: ideo incertus: in quam partem caderet: Sed ſcythici:ſcilicet uis maior aquilonis fuit. Scythici:ideſt ſeptētrionais:quia ſcythia ē in ſeptētrione. Rabies:uis. Abſtruſas:reconditas penitus. Fecit are.qa ita erectus ē fluctus ut arena in fūdo maris ſicca deſtitueret̄. Vada: ut ꝑ ea iri poſſet:unde uadū dr̄ ꝑ quod uadari pōt. Ad ſaxa:ad littora. Profert pontū:quia quēuis uitamē nō ita licuit ut ui & īpetu ſuo ad littora ꝑferret̄. Frāgit mare:qa ex alta pte r̄pellebat̄:ut nō poſſet ad ſaxa littoris ꝑuenire. Suū qđ poſſederat:qa ſupior erat. In fluctus:in alios fluctus a choro erectos:ita ut ad ſaxa littoris ꝑuenire nō poſſet. Motaq; poſſūt:& tāta fuerat agitatio maris ut ēt đficiētibꝰ uētis mare agitatū a uētis cōcurreret:qa nō ſimul atq; uēti đſierīt:ſtatī mare pacat̄:ſed ſentit ꝓximam tēpeſtatem.

Non euri cessare minas:non imbribus atrum
Aeolii iacuisse notum sub carcere saxi
Crediderim cunctos solita de parte ruentes
Defendisse suas uiolato turbine terras.
Sic pelagus mansisse loco:nõ parua procellis
Aequora rapta ferunt:ægeas trãsit in undas
Tyrrhenum sonat ionio uagus adria ponto
Ah quotiens frustra pulsatos æquore montes
Obruit ille dies:quam celsa cacumina pessũ
Tellus uicta dedit.non ullo littore surgunt
Tam ualidi fluctus:alioꝗ ex orbe uoluti
A magno uenere mari:mundumꝗ coherces
Mõstriferos agit ũda sinus:sic rector olympi
Cuspide fraterna lassatum in sæcula fulmen
Adiuuit regnoꝗ accessit terra secundo.
Cum mare cõuoluit gẽtes cum littora tehtys
Noluit ulla pati cælo contenta teneri.

Non euri:ego crediderim uentos nullos destitisse quin maria lacerarent a septẽtrione & a meridie. Atrum:nebulosum:nam notus nebulas semper agit & pluuias. Sub carcere saxi:Idest antro eolio:nam apud Virgilium intelligitur Eolum uentorum regem seruare uentos in antro:quod nunc carcerem uentorum appellat:sicut Virgilius.Eolus & clauso uentorum carcere regnet. Soluta de parte:ab oriente:ab occidente:a septentrione ubi sedem suam obtinent. Defendisse suas:ut Eurum orientalem uentum defendisse suas terras ne perflarentur a zephyro uel noto:sic notum defendisse meridiem:ne perflaretur a coro. Pelagus:nam flantibus uentis:undique in nullam partem oceanus protẽdi poterat:sed mediteranea maria procellis agitata ruebant alia:ĩ alia æquora mediterranea appellauit:& omnẽ hunc fluorem accessum uel recessum sunt qui sentiãt a ponticis faucibus inundare:alii a gaditano freto nasci:ut refert Solinus capi.xxviii. Ferũt:tyrrhenũ mare:uidelicet inferum:nam adriaticum mare superũ dicitur.Est autem adriatici sinus forma ipsi Italiæ perquamsimilis magnitudine:quam Appennini montes terminant:& utrunque mare usque ad Iapygiam:terramꝗ sinu Tarentino & posidianate circundatam:ita refertur a Strabone libro quinto. Ionio ponto:adriatico:nam ionium mare a superiore promontorio maleæ sumit initium:ũde terminatur ægeum. Aegeas undas.i.ægei maris:quod circa promontorium maleæ termĩatur:& Ionium incipit mare. Sonat:resonat. Adria.i.mare superum.Adria ut inquit Strabo libro quinto:inclyta ciuitas fuit:a cuius nomine modica transportatiõe sumpta sinus appellatus est adriaticus. Ah quotiens.s.p.quotiens ĩquit fluctus maris adeo erecti sũt ut summa montium cacumĩa tegerent q̃ multi mõtes eo die terræmotu facto ciciderunt:non tamen montes sed partes. Frustra:quia nihil eos mouebãt fluctus quasi referre uidetur ad Cæsarem:ꝙ quãuis uenti adeo magni incubuerint:tamen ipsi nihil nocuerũt. Illa dies:Cæsar enim nocte nauigabat:uidelicet occidente sole nauigare cæpit:sed dies dixit respiciens ad diem naturalem qui.xxiiii.horarum est secũdum Romanos & Græcos:incipit a meridie usꝗ ad mediam noctem:& quãuis nocte nauigare cepisset:tamen diem appellauit ꝙ usque ad mediam noctem protenditur. Victo.s.impulsu undarum maris:unde terræmotu facto mõtes ceciderunt:græci autem appellãt mare illud enoxigeum:idest terram concutiens hinc est quod physici dicunt hanc unam rationem terræmotus esse:quod terra impulsu maris concussa moueatur:& ita terræmotus fiat:Alii dicunt uentum esse in uisceribus terræ conceptum:qui cum erũpit terram concutit:nunc dicit causam illius terræmotus ꝙ uidelicet concussione maris terræmotus factus est:& concussa terra cacumina montium ceciderunt. Non ullo littote:nullum mate est ꝙ densiores fluctus concutiat q̃ mare per quod Cæsar nauigabat. Tam ualidi:Nam mare quod Cæsar nauigabat incipit a ceuranis montibus epiri deinde ad Sesaresios aliosque quãplurimos populos peruenit usque ad Calabros:Appulos:& Salẽtinos:unde procul nauem intendebat siue cursum suum Cæsar:ut Antoniũ reuocaret. Alio ex orbe:ab alia regione maris. Agit sinus:scilicet tales quales nunc agebat in Epiro.

Vnda:Idest oceanus:nam unda quæ mundum cohercet ẽ oceanus:dicit ergo ab oceano nunquam tãtas procellas agitatas fuisse q̃ nunc agitabantur ab hoc mari Epirotico. Sinus.i.oceanum mare mundum ãbiens. Monstriferos:admirandos q similes monstris sunt. Sic rector olympi:dicit nõ aliã fuisse ꝓcellã maris adriatici ꝙ ab Epyro ĩcipit ceraunis q̃ tũc fuisse credimus cũ Iuppiter diluuiũ fecit. Sic:quẽadmodũ ꝑturbatũ erat hoc mar̃:eodẽ mõ iuppiter ꝑturbauit oceanũ:tũc cũ fluctus ĩfra excelsos mõtes euexit:post q̃ cõsũptis fluminibus:sicuti statuerat humanũ genus ꝑdere nõ potuit:nã primo Iuppiter humanũ genus fulmĩbꝫ ꝑder̃ tẽtauit:sed cõsũptis ĩpis cũ id facere nõ posset fulmẽ suũ adiuuit cuspide frña.i.tridẽti neptuni:quo cõcussit maris ũdas:ut supra excelsos mõtes redierit. Lassũ:uictũ. In sæcula:ĩ tẽpora illa quæ perdere uolebat. Cuspide frña.i.accepto tridẽte Neptuni. Regno secũdo:uidelicet mari primũ regnũ est cœli:secũdũ maris:Tertiũ uero terræ. Tethys.i.oceanũ mare. Vlla littora:qa littoris & ripaꝝ legẽ cõtẽpsit. Cœlo cõtenta teneri.sufficiebat mari:ut a cœlo cõtineret:sed uolebat cõtineri a terra:sicut ãte cõsueuerat:oĩa ergo erant cœlum & pontus:tamen continebatur a cœlo extrinsecus:a terra uero intrinsecus.

Tum quoqꝫ tãta maris moles creuisset ĩ astra
Ni superum rector pressisset nubibus undas
Non cæli nox illa fuit. latet obsitus aer
Infernæ pallore domus: nimbisqꝫ grauatus.
Deprimiť fluctusqꝫ ĩ nubibꝰ accipit hymbrẽ.
Lux etiã metuenda perit: nec fulgura currũt
Clara: sed obscurum nimbosus desilit aer
Tunc superũ cõnexa tremũt atqꝫ arduus axis
Insonuit motaque poli compage laborat
Extimuit natura chaos rupisse uidentur
Concordes elementa moras: rursusque redieř
Nox manes mixtura deis spes una salutis
Quod tanta mundi nondum periere ruina
Quantus leucadio placidus de uertice põtũ
Despicitur: tantũ nautæ uidere trementes
Fluctibus e sũmis præces mare cũqꝫ tumẽtes
Rursus hiant undæ uix eminet æquoř malus
Nubila tãguntur uelis: & terra carina
Nam pelagus qua ꝑte sedet: nõ celat harenas
Exhaustum ĩ cumulos. oĩs in fluctibus ũda ẽ
Artis opem uicere metus: nescitque magister
Quã frangat. cui cedat aquæ discordia põti
Succurrit miseris. fluctusque euertere puppi
Nõ ualet ĩ fluctum. uictũ latus ũda repellẽs
Erigit atque oĩ surgit ratis ardua uento

Tunc quoqꝫ tãta: quo tẽpore inqͣt nauigabat Cæsar parũ abfuit q̃n diluuiũ fieret. Moles: magnitudo usqꝫ ad astra: sicut creuit tẽpore diluuii. Pressisset. n. terras: qa crasso aere ũdas circundedit: ne terminos suos trãsirẽt. In astra: si supius elemẽtũ ẽ æther: secũdũ aer: tertiũ aq̃: q̃rtũ terra: ergo dicit a secũdo elemẽto oppssũ eẽ mare: ne suos terminos trãsiret: qđ nisi fecisset Iuppiter ad sydera usqꝫ trãsisset. Nõ cœli nox: quẽ diẽ supius appellauit: nũc noctẽ ea rõe supius dicta. i. nõ fuit naturalis nox: sed supra naturã nõ enĩ occidẽte sole facta ẽ nox sed nubibus crassis ĩuoluit aerẽ. Latet obsitus aer. i. tãta erat aeris crassitudo & nigredo ut cõpari posset pallori ĩferni. Nibis. i. uẽtis cũ pluuia Fluctus acci. hym. exhalatio q̃ erumpit ex aq̃s: q̃ cũ altius euectæ fuerit: prio nebulæ appellãť cõpssæ calore solis resoluũť ĩ pluuias. Lux ẽt metuẽda: ꝑgit describere tẽpestatẽ maris sicuti ĩstituerat: & aeris ꝑturbationẽ: dicit. n. nubes adeo fuisse dẽsas & crassas ut fulgura e nubibus errũpe nõ possẽt. audiebať qdẽ tonitrus cũ fulmine. sed nõ ꝓcedebãt fulmina: sicuti consueuerãt. Lux. s. fulgoris. Metuẽda qa sẽp significat fulmẽ: corruscatiões enĩ fulminis e nubibꝰ erũpũt ãteq̃ fulmẽ exeat. Perit: ꝓpter crassitudinẽ nubiũ. Dissilit. i. diuidiť. Obscuꝝ: ꝑ obscure. Tũ supũ: aer & cœlũ ipsũ concuti uidebať. Cõuexa. i. cœli cõcauitates. Axis. i. polus arcticus: Virg. Hic uertex nobis sẽp sublimis at illũ &c. Poli. s. arcticus & ãtarcticus. Extiuit natura chaos: natura reꝝ tiuit: ne rursus elemẽta ꝑturbarẽtur: & ãtiquũ chaos rediret: chaos. n. elemẽtorũ oĩum cõfusio diciť: & rudis ĩdigestaqꝫ materies. Cõcordes moras: hãc morã cõcordẽ. i. cõnexationẽ elemẽtoꝝ dicũt eẽ cõgeriẽ primã mãteriã: nã elemẽta cõueniũt ĩter se secundũ diuersas q̃litates: ut calor a frigore: humidũ a sicco: sed aliqd ẽ cõe. Nox ma. m. d. i. ꝑiculũ eẽ uidebať ne lux cũ tenebris miscereтur: ꝑ lucẽ deos ĩtelligit: ꝑ obscuritatẽ deos manes. Mixtura. i. faceret cõmixtionẽ lucis ac tenebraꝝ. Spes una salutis: erat Cæ. & amiclæ ꝙ q̃q̃ tãta tẽpestas ĩgruerit nõdũ tamẽ ꝑierãt: postq̃ tantũ ꝑiculi uitauĩus: & id facile qđ instat euitabimus. Quãtũ leucadio: dicit nõ humilius erectos fuisse fluctibꝰ q̃ sit uertex leucadis ꝓmõtorii: nã fluctus ĩ sublime erectos eos tollebat: nõ mĩus q̃ si uertice Leucadis ꝓmõtorii stetissẽt: nã sublati lõge lateqꝫ maria porrecta despiciebãt: queãdmodũ despiciť mare de uertice leucadis ꝓmõtorii epirotici. Quãtũ despicitur q̃tũ de specula leucadis ꝑspici põt tãtũ de sũmis fluctibus erecti Cæsar & Amiclas de pupe maria uidere poterãt: ordo ẽ. Nautæ tre. s. Cæ. & amiclas: & alii q̃ nauigabãt aliis nauibus uidere tãtũ mare &c. Tremẽtes: ĩminẽti ꝑiculo tẽpestatis. Præceps: ꝑturbatũ. Cũqꝫ timẽ. r. deĩde tollebať ĩ altũ ut uiderẽť eẽ altiořs uertice mõtis leucadis: deĩde ĩ ꝓfũdũ maris mittebãtur ut uix extra ũdas malus appareret. Hiãt. i. dehiscũt. Terra. s. tãgebať qa ad imũ maris usqꝫ ad arenas descẽdebãt. Nã pelagus: dicit uniuersũ mare exhaustũ turbine uẽtorũ siccas ĩ fũdo maris arenas destituisse. In cumulos: in sublime. Non cælat: non tangit arenas: quia nihil undarum in fundo maris relinquebatur: sed arena sola relicta erat. In fluctibus: non in alueo suo: sed in fluctibus erecta constiterat Artis opem uicere metus: nimio metu oblitus est Amiclas gubernatiõe nauis. Metus: scilicet manifestæ mortis. Artis opem: idest artem gubernandi. Nescitque magister: idest nescit quam in partem dirigat nauem nec a qua parte retrahat. Discordia põti. s. m. quomodo discordia proderit nauigantibus: hoc modo: nam cum a dextra fluctus nauem impulisset nisi tempestas aduersa fuisset nauis euertebatur: at uero cum in eo esset ut obrueretur nauis: impulsa ab impetu uentorum flantium a dextera flatus motus a sinistra retundebat nauem: & ita eam obrui non permittebat: ideo perturbatio maris proderat. Discordia ponti: quia undique conflictabatur mare: & fluctus inde certabãt. Euertere puppim: quia iã euerterat dexter fluctus: sinister postea erigebat eam. Ardua: alta. Omni uento: idest ũdique flante.

Non humilem:ſcilicet nõ metuebat inquit humilia ſaxa littoris & ſcopulos in medio mari ſitos. ſed me tuebat ſumma cacumina montium:quia erigebat eos in mari. Saxona : inſula eſt quæ ipſius ĩteruualli qđ inter Brunduſium & Epirum interiacet: media ſita eſt : ut refert Strabo libro quinto. Theſſaliæ cur uæ:quia theſſalia eſt in littoribus maris ſita. Oræ ambraciæ:Ambracia iuxta argos eſt amphilochiũ qđ alcmeon eiuſque liberi condidere : ut refert ſtrabo libro ſeptimo. Credit iã digna. p.c.nũc demũ Cæſar timere cœpit: & tanta pericula exiſtimauit:iam eſſe ſua morte digna:ꝙ magna nubes ad hoc demitteretur ut Cæſarem interiret. Tantus ne euertere:cum ui derit undique maria perturbari:& uẽtos inter ſe cõ fligere:nec adhuc periiſſe:tamen ſe continere nõ po tuit:quin in hanc uocem prodiret ut diceret. Par ua quem puppe:parua puppe uehor: & cũ uériſimi liter mori hac cymba poſſim: tamen undique uen tos dii concitauerunt. Periere:inuaſerũt. Si glo ria læti:ſi ita ſemel ſtatuiſtis : ut naufragus moriar: non refugiam: ſed unum eſt tantum quod uos ro go o ſuperi ut corpus meũ occultum ſit & ut me ab omni parte mundi homines metuant : cum igno rent uiuam ne an mortuus fuerim. Domata pe lago : uidelicet ut pelagus mea morte glorietur. Belliſque negamur:ideſt ne bella ciuilia cõmittam.

Non humilẽ ſaxona uadis:non littora curuæ
Theſſaliæ exoſa pauent:oræque malignos
Ambraciæ portus:ſcopuloſa ceraunia nautæ
Sũma timent:credit iam digna pĭcula cæſar
Fatis eſſe ſuis:tantus ne euertere dixit.
Me ſupis labor eſt:parua quẽ puppe ſedentẽ
Tam magno patiere mari:ſi gloria læti
Eſt pelago donata mei:belliſque negamur
Intrepidus q̃cũqꝫ datis mihi numina mortẽ
Accipiam:licet ingentes abruperit actus
Feſtinata dies fatis:ſat magna peregi
Arctoas domui gentes inimica ſubegi
Arma metu: uidit mganũ mihi roma ſecũdũ
Iuſſa plebe:tuli faſces per bella negatos
Nulla meis aberit titulis romana poteſtas.
Neſciet hoc quiſquam:niſi tu quæ ſola meoꝝ
Conſcia uotorum es.me q̃uis plenus honorũ:
Cum dictator eam ſtygias & cõſul ad ũbras
Priuatum fortuna mori mihi funere nullo
Eſt opus o ſuperi lacerum retinete cadauer
Fluctibus in mediis deſit mihi buſta roguſqꝫ
Dum metuar ſemper:terraqꝫ expecter ab oĩ
Hæc fatum decimus dictu mirabile fluctus
Inualida cum puppe leuat:nec rurſus ab alto
Aggere deiecit pelagi:ſed pertulit unda
Scrupoſiſqꝫ anguſta uacant ubi littora ſaxis
Impoſuit terræ pariter tot regna tot urbes
Fortunamqꝫ ſuam tecta tellure recepit.

Licet ingentes:etiam ſi mors ante diem preueni ens:maiora facinora perueniant ad exitum perdu xerunt: tamen ſi modo iubetis:corpus meum nuſq̃ inueniatur:ſatiſ mihi erit: nam quantum ad gloriã pertinet ſatis magna peregi:quia ſeptentrionem o mnem uſque ad ocaſum meis armis ſubegi: & tan tus iam euaſeram:ut Roma Pompeium mihi ſecũ dum fecerit. Feſtinata: ante ipſius tempus occu pans. Belli:quod iam perfecturus eram:& illi ma num extremam impoſiturus. Arctoas gentes:ſci licet Galliam uniuerſam atque germaniam. Ini mica arma: partis aduerſæ ſcilicet põpeianæ. Ma gnum:Pompeium ſecundum mihi cum ille pulſus ex urbe in exilium quaſi profectus erat: ego autem romæ ſecurus fui. Faſces:ſcilicet dictaturã & con ſulatum. Nulla meis aberit: quoniam ædilis & p̃ tor & conſul & dictator fui. Neſciet hoc qſquam ſuperius hoc tantum rogauerat:ut ſi ita diis place ret:periret naufragio ſaltem concederent: ne ſuum poſtea corpus ĩueniri poſſet. Neſciet hoc & cæte ra omnes ĩquit ignorent mortem meam præter te o fortuna:quæ omnium mearum rerũ ſemper con ſcia fuiſti. Hoc:uidelicet me mori priuate. Ple nus honorum.c.d.quaſi hæc duo inter ſe contraria ſunt:ſcilicet plenum aliquem eſſe honorum & mo ri priuatum ſed priuatum dicit ideſt more priuati hominis : quia moriebatur ſine lictoribus: ſine apparitoribus: ſine miniſtris: nam qui in honoribus ſunt miniſtros habent. Stygias ad umbras : ad inferos deſcendam. Dictator:nam ipſo dictatore habente comitia ſeipſum creauerat conſulem : ut ſuperius uiſum eſt. Mihi funere nullo:non quæro inquit ut ſe pulchro corpus meũ reponatur: immo libenter honore ſepulchri caruerim:dummodo quiſquam neſcie at me mortuum eſſe. Hæc fatum:hæc ubi dixit Cæſar:mira inquit res dictu eſt nedum factu:continuo fluctus nauem ſuſtulit: & eam impulit:ut nõ rurſus redierit in undas:ſed ad littora deferretur:& ibi in ſic co deſtitueretur:ſimulatqꝫ terram Cæſar tetigit:omnia ſecum recuperauit & uictoriam:& bellum :exerci tum atque fortunam. Decimus fluctus:ideſt ingens:ideo autem dicitur decimus ingẽs & maius:quia cũ primum gallina oua parẽ cœpit decimum eſt maius:hoc Feſtus Põpeius dicit. Deiecit:poſtq̃ nauem ſe mel erexit:rurſus điecit ĩ pelagus. Pertulit:pſeuerãter tulit. Impoſuit.ſ.nauẽ terræ Scrupoſis: aſpis ſat xis uidelicet ĩ medios ſcopulos. Vacãt:uacua ſũt. Pariter tot r.ſeruato Cæſare:ſeruata ſũt oĩa q̃ eius erãt.

Sed non tã remeans cæſar iã luce propinqua
Q ua tacita ſua caſtra fuga:comiteſq; fefellit
Circunfuſa duci fleuit: gemituque ſuorum
Et non ingratis inceſſit turba quærelis
Q uo te dure tulit uirtus temeraria cæſar
Aut quæ nos uiles animas in fata relinquens
Inuictis ſpargẽda dabas tua mẽbra ꝓcellis:
Cum tot in hac anima populoꝝ uita ſaluſq;
Pẽdeat:& tantus caput hoc ſibi fecerit orbis.
Sæuitia eſt uoluiſſe mori:nullus ne tuorum
Emeruit comitum fatis non poſſe ſuperſtes
Eſſe tuis:cum te raperet mare corpora ſegnis
Noſtra ſopor tenuit:pudet heu tibi cã petẽdæ
Hæc fuit heſperiæ:uiſũ ẽ cõmittere quẽquã
Tam ſæuo crudele mari:ſors ultima rerum:
Iam dubios caſus:& prona pericula mortis
Præcipitare ſolet.mundi iam ſũma tenente
Permiſiſſe mari: tantũ quid numina laſſas
Sufficit ad belli fatũ fauor iſte laborque
Fortunæ:quod te noſtris impegit harenis
Hi ne uſus placuere deũ:non rector ut orbis
Nec dominus rerũ:ſed fœlix naufragus eſſes
Talia iactantes diſcuſſa nocte ſerenus:
Oppreſſit cum ſole dies:feſſũque tumentes
Cõpoſuit pelagus uentis patientibus undas
Nec non heſperii laſſatum fluctibus æquor:
Vt uidere duces:purum in ſurgere cœlo
Fracturum pelagus boream:ſoluere carinas

Sed non tam remeans:cum cederet e caſtris ſecunda uigilia Cæſar cuſtodes & uigiles fefellit: at uero cũ
luce facta rediret etiam illos fefellit:cum excitati eſſent omnes conquerebantur de Cæſaris abſentia:neſcie
bant enim quo ꝑfectus eſſet: ſed poſtquã uiderunt ſe in periculo relinqui grauiter de illo conquerebãtur
Fuga:diſcedens. Sed non nam ſicut fefellerat diſcedens ſic & deceait rediens. Inceſſit:cumulauit.
Ingratis querelis:immo placebat Cæſari ꝙ de ſe conquerentur milites. Quo te dure: ponit quibus que
relis uſi fuerint in Cæſarem.Eſt autem exornatio ſententiarum:quæ dicitur licentia:cum inferior ſibi ſu/
mit aliquid de maiori de eo conqueritur : & ita ob/
iurgat ſuperiorem quemadmodum putãt illum ſe
uelle obiurgari. Dure:qui potueris milites tuos ĩ
periculo deſerere. Temeraria: nimium audax.
Nos uiles amicos:quos puifacere uidebaris. Spar
genda laceranda. In hac omnia:ideſt tui unius ui/
ta poſita ſit ſalus multorum. Caput hoc: ſcilicet te
demonſtratiuum eſt. Sæuitia eſt uoluiſſe mori:qa
ille nimium ſæuus eſt in ſeipſũ qui mori uult. Nul
lus ne tuorum:nunquid inquit aliquis noſtrum:nõ
ita te amat:ut nullo modo poſſit tecũ uiuere: quia
potes ſine nobis uiuere : an igitur nõ unum tecum
duxiſti:qui tuorum fatorum comes eſſet. Eſſe ſu
perſtes fatis:uidelicet quæ te tantum diligũt:ut nul
lo modo poſſint uiuere:ſed profecto eſt aliquis qui
te amat: ergo cur non duxiſti tecum:ſed noluiſti.
Cum te reciperet mare:flẽtes hoc dicebant:nos dor
miebamus:tu uero tempeſtatem maris patiebaris
Pudet heu:cogitare cum in mentẽ uenerit ꝙ noſtra
ſalus ſit tibi carior q̃ tua. Petẽdæ heſpiæ:ut tu pe/
teres & non mitteres. Comittere:credere. Sors
ultima rerum:ſed hoc nulla te neceſſitas facere coe/
git:nam ſi res magna impenderet:ut periculum ſũ/
mæ rei eſſet:ut ab hoc diſcrimine non poſſes diſce
dere ſalutis tuæ: tunc tibi ignoſcendum eſſet:nunc
autem cum non neceſſe foret non dubitaſti tantum
periculum adire. Sors ultima:ideſt cum ad extre/
mã neceſſitatẽ r̃dactus quis fuerit:ſolet ſe ſpõte peri
culis tradere: ſed nulla neceſſitas eſt quæ coegerit te
hoc facere. Præcipitare:ſcilicet homines. Dubi
os:incertos. Prona:manifeſta. Mundi iam ſum
ma tenente:nam rerum omnium dominus eſſe cœ
piſti:nam multos habebas in Italia populos tibi ob
ſequentes. Tenentẽ:ſupple decuit: Eclypſis uerbi
eſt:quæ fieri ſolet in uerbis uel orationibus: quæ pa
thos dicitur:ideſt paſſionem habent:cum indigna/
tione ergo dictum. Tantum quid numina laſſas:
tu inquit nimium fatigas deos:& illos tentas: cũ nõ
neceſſe ſit:ſed iuſte fortaſſe nõ erũt in bello tibi dii
propitii;quia dicent ꝙ te ex undis ſeruauerint:& ſa/
tis tibi propitios fuiſſe in mari. Labor fortunæ:quia ereptus es a media morte. Impegit: ideſt trahit.
Hi ne uſus placuere deum:uidetur ne hoc tibi æquum:ut uelis abuti numine deorum in rebus non ne
ceſſariis. Non rector ut orbis:non utebaris hoc deorum fauore:ut dominus eſſes orbis terarum:ſed ut
a naufragio uoluntario te liberares. Feſſumque tumẽtes:& ſimul exorta luce procella tempeſtaſque ma
ris placata eſt. Patientibus:ideſt deficientibus. Nec non heſperii laſſatum fluctibus æquor: nõ ſolum
mare adriaticum in ea parte trãquillum effectum erat uentis deſinentibus:uerum etiam in heſperia dicit
laſſatum mare uno tãtummodo uento:ideſt aquilone leuiter tenebatur qui uentus ſecundus eſt nauigan
tibus ab Italia in Epirum: ergo duces Cæſarianos qui adhuc tardati fuerant: quamuis crebro per litteras
acciti tandem ſoluta claſſe nauigare cœperunt. Necnon: ideſt ſimiliter noli dicere necnon ſoluere:quia
nemo ſoluerat. Duces: Antonius & publius Calenus & Gabinius. hi enim præerant copiis Cæſaris.
Purum:ſerenum. Fracturum pelagus boream:nam ſecundus eſt ab Italia nauigantibus in Epirum.

Quas uentus: dicit uelis pariter & remis aliquãdiu nauigasse: ut celerius per medios põpeianos trãsirẽt. Diu latumq; per æquor: ita ferebant̃ naues æqualiter currẽtes ut uiderẽtur quasi agmina in cõtinẽti terra instructa. Diu: quia non perpetuo: nam mutatus est uentus. Sed nox sæua: qa superueniente nocte uentus ex aduersa parte flare cœpit desinente aquilone. Fxcussit: diremit puppes quæ ante uelut agmen uehebantur. Strimoniam sic.g. per similitudinem ostendit quomodo ordo nauigantis classis perturbatus est: quẽadmodum perturbatur ordo Gruum: tunc cum de strimone flu. uolant ĩ ægyptum: nam hæc

Quas uẽtus doctæq; pi moderamĩe dextræ
Permixtas habuere diu: latũq; p æquor
Vt terrestræ coit cõsertis puppibus agmen.
Sed nox sæua modũ uenti ueliq; tenorẽ
Eripuit nautis: excussitque ordine puppes
Strimona sic gelidũ bruma pellẽte relinquũt
Potuere te nile grues: primoq; uolatu.
Effugiũt uarias casu monstrante figuras
Mox ubi percussit densas notus altior alas
Cõfusos temere ĩmixtæ glomerãt̃ ĩ orbes
Et turbata perit dispersis littera pennis.
Cũ primum redeunte die uiolentior aer
Puppibus incubuit phœbeo concitus ortu
Prætereunt frustra tentati littora lissi
Nipheumq; tenẽt nudas aquilonibus undas
Succedunt boreæ: iam portũ fecerat auster
Vndique collatis in robur cæsaris armis
Sũma uidẽs sæui magnus discrimia martis
Iam castris instare suis: se ponere tutum
Coniugi decreuit onus: lesboque remotam
Te procula sæui strepitu cornelia belli
Occulere heu q̃tum mẽtes dominãt̃ ĩ æquas
Iusta uenus dubiũ: trepidũq; ad prelia magne
Te quoque fecit amor q; nolles stare sub ictu
Fortunae: quo mũdus erat: romanaque fata
Coniunx sola fuit: mẽtem iam uerba paratã
Destituũt blãdeque iuuat uẽtura trahentem
Indulgere moræ & tempus subducere fatis

auis amat tẽperatas regiones: ergo tẽpore æstatis relinquunt ægyptum calidissimam regionẽ: & ĩ thraciam quæ in septentrione est transuolant ubi est strimon flu. diuerso tempore hyemis: Grues ut ĩquit Solinus cap. q̃ntodecimo excubias nocte diuidunt: ut esomnis decima sit queque: uigiles põdusculã digitis amplectunt̃: quæ si forte exciderint somnũ coarguant: quod cauendũ erit clangor indicat: arenas deuoratas nõ prius euomunt q̃ secure suæ sedis fuerint: nigrescunt senectute: & sic ætas ĩ illis prodit̃ colore: uolantes autem per aerem suo ordine litterã Y imitantur: si uehementior uentus incubuerit diuersas litteras imitantur eodem modo dicit perturbatum fuisse ordinem nauigantium. Primoq; uolatu: cũ primũ uolare ĩcipiẽt. Effingunt: formant uarias figuras lr̃aꝝ. Casu mõstrãte: qa tranq̃lle uolãt p aerẽ. Percussit: ĩuasit. Tẽsas alas. s. uolãtiũ. Altior: ab alto ĩflãs: Temere: ĩconsiderate. Littera: quã ãte imitabãt̃ a uẽto ꝑturbata ẽ atq; cõfusa. Dispsis pẽnis: dispso uolatu. Cũ pri. r. dicit q̃ iter nauigãtes ĩtẽderũt: prio inq̃t ad lissum uenerũt: qđ ut inq̃t Strabo li. vii. oppidũ ẽ post sinũ phizicũ: nõ lõge ab Epidãno quã Corcyrei ædificauer̃: deinde ad Nipheũ locũ celebre auctore Strabone ĩ Apolloniataꝝ finibus: ibi petra ẽ ignẽ uomẽs: cui fontes subsũt: qui aquas tepidas bitumẽq; scatẽt. Lisso ãt ꝑerat octatilius dux ex põpeiãis ꝑtibus. Redeũte die. i. cũ lucescer & rediit uẽtus: & prio oppugnare tẽtar̃t Lissũ oppidũ: qđ cũ oppugnare nõ possẽt deinde ad Nipheũ portũ rediere. Violẽtior aer: uehemẽtior uẽtus. Phœbeio ortu: lucescẽte die qa uẽti mutant̃ ut plurimũ: & aeris q̃litas mutat̃ ĩ ortu & occasu. Nudas aq̃lonibꝰ ũdas: qa desinẽte borea auster flare cœpat: nypheus erat ĩ similitudine portus: & nullo uẽto ꝑturbari põt: nisi a borea: desinẽte ergo borea cũ flare cœpisset auster a meridie: ibi naues q̃etũ portũ habebãt. Nudas. i. ab aq̃lonibꝰ liberatas. Succeper̃ bo. idest flãte austro. Vndiq; colla. nũc dicit q̃đ nã cõsiliũ fuerit Põpeii postq̃ uidit ipsũ Antoniũ aduẽtasse cũ reliq̃s copiis: & nihil iã abesse: q̃n Cæ. pugnãdi copiã faceret cõstituit uxorẽ suã Corneliã seiũgere: nã nũq̃ tẽpus & occasionem apiẽdi cõsilii sui ĩueniebat ne ꝑturbaret uxorẽ. In robur: ad roborãdũ exercitũ. Sũma discr. extrẽa picula. Instare: ĩminere suis fatis Seponer̃: separe. Lesboq; re. iã ĩ secessu posita. Occuler̃: occultar̃. Procul: a se ipo. Heu q̃tũ mẽtes: q̃tũ inq̃t uiriũ hẽt necessitudo: quæ ẽ inter uiꝝ & uxorẽ: præsertĩ si utriusq; mẽs æqua fuerit: nã etiã ĩ Põpeio maximã uim habuit: q tã & si ductor fortissimus esset: tamẽ nõ sine molestia uxorẽ suam a se potuit seiungere. Dubium: nulla causa fuit quæ te fecerit ciuilia bella metuere præter uxorem. Quod nolles instare: sola cõiũx fuit cã q; recusares fortunã: quæ cõis erat nõ uni ciuitati: sed toti mundo: qa uniuersus terraꝝ orbis Romanis subiectus erat. Fata: fortuna impii. Mẽtẽ patã: dicere sentẽtiã sepandæ uxoris incipiebat quodãmõ ut o Cornelia: deĩde cũ ĩcepisset hoc uerbũ ĩgrediebat̃ aliã rationẽ: q̃uis patus eẽt plura dicere. Destituũt mẽtẽ. p. nũq̃ sibi suadebat hãc uolũtatẽ apire: quã sciebat molestã futuram corneliæ uxori Trahẽtem: prolatantem: uel retinentem futura sibi & uxori. Subducer̃. i. clam furari sibi tempus.

Nocte ſub extrema pulſo torpore quietis
Dũ fouet ãplexu grauidũ cornelia curis
Pectus:& auerſi petit oſcula grata mariti
Humentes mirata genas:percuſſaq̃ cæco
Vulnere: non audet flentẽ deprẽdere magnũ
Ille gemens:non nunc uita mihi dulcior inq̃t
Cũ tedet uitæ:lœto ſed tempore coniunx
Venit mœſta dies:& quam nimiũq̃ parũq̃
Diſtulimus.iã totus adeſt in prælia cæſar
Cædendum eſt bellis quorũ tibi tuta latebra
Leſbos erit:deſiſte preces tentare negaui
Iam mihi non longos a me patiere receſſus
Præcipites aderunt caſus properante ruina
Sũma cadũt: ſatis eſt audiſſe pericula magni:
Meq̃ tuus decepit amor:ciuilia bella
Si ſpectare potes.nam me iã marte parato
Securos cœpiſſe pudet cũ coniuge ſomnos
Eque tuo quatiunt miſerũ cũ claſſica mũdũ
Surrexiſſe ſinu uereor ciuilib9 armis
Põpeium nullo triſtẽ cõmittere damno
Tutior interea populis:& tutior omni
Rege late:poſitãque procul fortuna mariti
Non tota te mole premet:ſi numina noſtras
Impulerint acies:maneat pars optima magni
Sitque mihi ſi fata premãt:uectorq̃ cruẽtus
Quo fugiſſe uelĩ:uix tãtum infirma dolorẽ
Cœpit:& attonito ceſſerunt pectore ſenſus

Nocte ſub extremã:Cornelia ignorabat quid agitabat aĩo Põpeius nocte.n.quæ p̃ceſſit diẽ ſepãtionis:cũ uirũ ſuũ ut cõſueuerat ãplecteretur:ille auerſus ẽ & gẽitus& ſuſpiria nõ poterat retinere: admirata eſt cornelia quaſi q̃ manu clã terſiſſet lachrymas eius & tamẽ ſe ſenſiſſe ſimulabat. Non audet:qa nõ audebat oſtẽdere Põpeio q̃ ſenſiſſet illũ lachrymatẽ. Deprehẽdere:imo deprehenderat: ſed ſimulabat deprehẽdiſſe. Sub ex.nocte.i.circa ultimã ptẽ noctis. Pulſo torpore:qa pp ſolicitudinẽ quieſcere non poterat. Grauidũ:plenũ curis. Genas humentes:qa manus ad uultũ cõiecerat. Cæco uulnere.i.occulto dolore: quia neſciebat cãm lachrymarum. Dulcior.ſ. effecta q̃ ſenſerit lachrymare põpeium. Ille gemens:cũ cornelia ãplecteretur põpeiũ.& ille ab ea auerſus fleret poſtq̃ illa ſenſit uirũ flentẽ: uultũ lachrymis rigatũ abſterſit:ſed Põpeius eã cũ gemitu in hunc modũ allocutus ẽ. Mihi non uita:tenet locũ exordii oratio hæc in qua ſuadet Corneliæ Põpeius: ut uelit ab eo diſcedere:Beniuolam quoq̃ facit Corneliam: cũ dicit de ſuo erga eã animo:& ſi quid ad eos pertinet q̃ audiũt referemus:nã ptinet ad eã quod dicit Põpeius:uidelicet uxorẽ ſuã ſibi uita dulciorẽ fuiſſe:cum læta tempora forẽt: & oſtẽdit ſe inuitũ aliqd dicere q̃ ſibi moleſtũ ſit futurũ. Nõ uita nũc dulcior: nõ hoc tẽpore cũ me meæq̃ uitæ tedeat ſed dulcior. Læto tpe:fœlici & ſecundo. Vẽit mœſta dies: oſtẽdit ſe iuitũ dicere qd Corneliæ diſplicet: uidelicet neceſſariũ eſſe ut a ſe diuellat̃ & ſeparet̃. Nimiũ:q̃tũ ad belli rationẽ. Parũ: q̃tũ ad effectũ: quia parũ diſtuliſſe uideor ne ſepararer a te:ſed nimiũ diſtuli: ut multo ante cũ Cæ.confligerẽ: ãteq̃ Antonius cũ eo coniungeretur. Totus cæ. uidelicet coniunctis exercitibus:ergo cedendũ eſt. Non longos: ſuadet a facili:uidelicet quia non diu ab ea diuulſus erit. Negaui.ſ.precibus tuis acquieſcere:ĩterdicit ne tentet:quod conceſſurus nõ eſt. Præcipites aderũt caſus: uel in bonã uel in malã partẽ caſus terminabũt̃

Properante ruina ſic.c. tranſlatio ſumpta ab ædificiis:quando.n.ædificia ſũt ſublime erc̃ta celeriter cadunt cum ruina ĩcubuerit: ſicut editiſſima turris caderet maxima celeritate:ita caſus in altum cum euecti ſunt nimia celeritate labuntur. Summa.i. omnia quæ ſumma ſunt. Satis eſt audiſſe:Sumit argumentum ab obſeruantia: ideſt a beniuolentia quam uxor in uirum habere debet ſi me amas non libenter intereſſe debes periculis noſtris:q̃ ſi libenter intereſſes non uidereris me amare: ſicut fingis. Ciuilia bella:ideſt ſi forte bello ciuili uis intereſſe: ĩ quo ſalus noſtra periclitabitur. Tuus amor decepit me:ideſt minus a te amor q̃ putabam. Nam me iam:arguit a facili: nunc a modeſtia: quia continentis Imperatoris eſt nolle cum ſopore bella gerere: deinde etiam a patientia: uidelicet poſſe aliquid pati contra uoluntatem ſuam primum ergo a continẽtia Parato:inſtante bello. Sinu:amplexu. Claſſica:inſtrumenta belli. Quatiunt:cõcitant:commouẽt.

Vereor:nunc a patientia:pati nolo ĩquit aliquid damnum ĩ gerendo bellum ciuile:illud autem erit mediocre:ut abs te patiar diuelli quam ſingulariter amo. Tutior interea:arguit ab utili:utile eſt iſtinc diſcedas in tutiorem locum: & tibi & mihi: nam ſi qua aduerſa fortuna fuerit: & ſi quid ſiniſtri contigerit: habebo quo me recipiam:ſi tu in tuto loco repoſita fueris. Poſitamque procul:quia ſi tu procul a fortuna non abſis:moles te omnino premet ut tantum uulnus ſuſtinere non poſſis ſed ſi procul eris:erit tibi leuior quecunque fortuna. Fortuna m.ſi forte aduerſa fuerit. Numina:ſcilicet aduerſa. Impulerint.fugauerint. Maneat: ĩcolumis ſit:quia ubi tu repoſita fueris ille locus mihi tutus erit. Vix tantum infirma:quia non ſperabat tale quicquam Cornelia:ideo uix pati potuit: ſicut dixit perferre querelas.ſi non potui ſperare.ergo non feram. Attonitos ſenſus: ideſt cecidit in ſyncopim uulgo in tranſſo.

Vt primū toto deduxit cor. cam. Nūc dicit qūo pugnandū cēsuerit pom. postq̄ uidit testudinē illam nō obsistere hostibus quominus multi ex suis perirent. dicit enim fretus multitudine militum pompeius: sicut etiā cū adhortaretur milites suos ad pugnā: ut superius dixerat. Nōne superfusū collectum cornibus hostē in mediū dabimus. & cætera. Memor ergo cœpit acies in hostē struere: & iussit eqtibus q ī cornibus aciei constiterāt q̄dā q̄si agmina ut extēderēt aciē: & a tergo circūuenirent hostes. Sed cæ. q rei militaris peritissimus erat: idq; & cogitabat futurū: patos hēbat quosdā milites ex totius robor: quos eregiōe misit & trāsuerso: ut uniuersā pom. aciē ꝓrūpent. oēs autē equites ex acie ro. lasciui iuuenes atq; comātes erāt precepitq; militibus suis cæ. ut in hystoria continet ut per galeas iuuenū enses ponerēt: quod cū illi uidissent facies suas deformari: statī terga dederūt. de īde pugna sustineri nō potuit. Vt primū. q̄ primū toto cāpo: id est spacio ubi pugnabāt. Deduxit. i diuersas partes duxit: ut cingeret hostē pōpeianus eques. Cornua. i. alas quæ ī cornibus cōstiterant. Fudit. s. cornua. Per ultima belli. i. extrema scilicet a tergo hostiū. Leuis armatura. s. pōpeiana. Sparsa per ex. ma. . i. quæ in cornua erat. Leuis ar. s. equites q cornua extendebāt secuti sunt & pedites. Immittit. s. a tergo hostiū illic. Quæq; suo: cum ita utriq; cornua porrecta eēnt: tū iussu pom. dicit tela undiq; missa fuisse: tū leuis armaturæ milites secuti erāt eqtes: & oē genus teloꝝ missū esse: sed ꝑcipue esse sagittarios ex omni natione barbarorum: q sagittas nō in hostē dirigere uolebāt: sed ī aerem: & tam densæ erant sagittæ: ut q̄si q̄dam nubes cælū tegerent & umbram facerēt: ne radii solis penetrare possent. & quæcunq; tela mittebātur: ad id mittebantur ut romani occiderent. Quæq; gēs: siue parthia siue armenia siue pōtica: nā eædē natōnes utunt sagittis: Cūctis. i. a cunctis telis eorum. Inde. ab his gētibus quæ cum pom. erāt. Spacioq; solutæ a. glandes etiā mittebant a leuis armaturæ militibus: quæ cū magno īpetu ferrētur in aerē: suo ipsarum gladium quæ plūbeæ erāt impetu: calebant & calefactæ liquescebāt. Spacio aeris: quia dū p inane cæli uolarent impetu suo calefactæ resoluebātur hoc dicit quia depulsis pōpeii militibus cæsaris equites peditatū omnem inuadunt circūdantq; teste Apiano qui prius ab illis circundari timuerat: quod aīaduertens pompeius peditibus edixit: ne se in eos uertant: neq; a phalange longius excurrant: aut telis cominus utantur uerum eminus distantes iaculis e manu missis insurgentes repellant hostes. Tum uidelicet postquā circumuenire cæsaream aciem uisi sunt pompeiani. Iturei. i. pthi. nā Iture ciuitas ē pthorum. Iturei & arabes montanā regionem habent malefici omnes: qui uero campos habent agriculturam exercent. Sunt iturei ut refert Strabo li. xvi. non longe a macra campo: In quo Possidonius scribit uisum fuisse serpentem mortuum iugeri longitudine: Crassitudine tanta ut equites ex utraq; parte astantes se inuicē tueri non possent. Hiatu autem tanto ut hominem equo insidentem reciperet exuuiarum squamā: quālicet clypeo maiorem. Medi: populi qui ualidos uicinos habent armenios & pthos a qbus sæpe aliquid circūciduntur: resistūt tamē & ablata recupāt quēadmodū Simbacē ab armeniis recepūt: & ut Strabo li. xi. refert hoc medoꝝ ē quāq̄ nō oīum: sed mōtanoꝝ eū ī regē eligere q foritissimꝰ sit illud quoq; medoꝝ est rges multas uxores hre q mos & ad mōtanos & ad oēs pmanat. pauciores āt q̄. vii. nō licet. Eodē mō pditū est: mulieres sibi existiare: ut uiros hēant q̄ plurimos: pauciores qnq; calamitatē ducere. Arabes oriētis populi quos subegerat pō. appo. turba minax. Nusq̄. r. sa. ad nullū locū direxere sagittas sed ī aerē. Rexere. p direxere. Petit ipleт. s. sagittis. Inde cadūt mortes. & ab aere sagittæ cadebāt q̄ mortē imitabātur & īferebāt. Sceleris sed crimīe nullo. uidelicet p hyroniā: qa tātūmō cadebāt tela īter leuis armaturæ milites: nā tuti erāt barbari & armati: ut eoꝝ corpora uulnerari nō possīt. At uero romāi tela gerētes nullo loco tecti erāt: iō sagittis ihuiusmōi figebant. Circa pila. i. circa romāos: Ferro: ferratis telis. Noxq; sup cāpos. & dēsata tela noctē ī cāpis īduxerūt. Tūc cæ. metuēs. nūc dicit qūo cæsar arte usus fuerit: & milites quos iā āte ad id ꝑpatos hēbat ex trāsuerso miserit ī hostes. Frōs sibi pría labaret. i. ne cornua labarēt & mouerent: nā cornua sūt príæ frōtes aciei: q̄ ī modū cornu struebātur: & qa pōpeiani extēsis cornibꝰ suis: iā cornua cæ. circūuenerāt: metuebat cæ. ne cor. sua ab hostibꝰ circūdata ī medio tenerēt: iō aciē ex totiꝰ exercitꝰ robor ꝑpatā e regiōe misit q̄ facile dissipauit hostes. Obliqs co. ex trāsuerso mittēdas. Post signa

ne uideri possent. Incursu.i.ob incursu. In latus belli.i.i latera hostiũ. Nõ motis cornibus: Quia cor/
nua nondũ circũuenta erãt sed adhuc integra manebãt. Immemores pugnæ.n.p.ti.& simul atqꝫ illi ex
trãsuerso uenerunt pompeiani milites:uidelicet barbari statim in fugam cõuersi sunt ut exẽplũ omnibus
facerẽt nõ posse ciuilia bella recte huiusmõi gẽtibꝫ cõmitti: nec enĩ ipsi uolũt morte sua alteꝝ uictorẽ fieri
Nã socioꝝ copiæ ut Api.inqt:ueluti certamis huius spectatores qdã acieꝝ ordĩe formidĩe metuqꝫ reple/
uerãt:cũ sinistra pompeii acies hostibꝫ cedere:& iã moueri ĩplicariqꝫ cœpisset:ĩ fugã uersi nullo ordĩe cla/

In cursu.tenet obliquas post signa cohortes.
Inqꝫ latus belli qua se uagus hostis agebat
Emittit subitum non montis cornibus agmen
Immemores pugnæ nulloqꝫ pudore timendi
Præcipites:fecere palam.ciuilia bella
Non bene barbaricis unquã cõmissa cateruis
Vt primum sonnipes trãsfixus pectora ferro
In caput effusi calcauit membra regentis
Omis eques cessit campis:glomerataqꝫ pubes
In sua cõuersis præceps ruit agmina frenis
Perdidit inde modum cædes:& nulla secuta ẽ
Pugna:sed hæc iugulis hinc ferro belli gerũt
Nec ualet hæc acies tantum ꝓsternere: q̃tum
Inde perire potest:utinam pharsalia campis.
Sufficiat cruor iste tuis:quem barbara fũdunt
Pectora:non alio mutentur sanguine fontes
Hic numerus totos tibi uestiat ossibus agros
Aut si romano compleri sanguine mauis.
Istis parce precor.uiuant galathæqꝫ syriqꝫ.
Cappadoces gallıqꝫ extremiqꝫ orbis hiberi.
Armenii cilices:nam post ciuilia bella
Hic populus romanus erit:semel ortus ĩ oẽs
It timor:& fatis est datus pro cæsare cursus:

mare cepunt:supati sumus.deĩde tabernacula eoꝝ ac castra ueluti aliena inuadẽtes diripiẽtesqꝫ quocũque licuit uarie dispgebanť uiderũt.n. multitudinẽ uulneribꝫ:nec uario belli ope strepere:audiuerãt que tot iter se pugnãtibꝫ fremitꝫ & suspiria omni ex pte resonari.nõ.n.unica uox:aut heiulatꝫ moriẽtiũ ĩ tã ĩmẽsa phalãge audiebať. Feceř palã.i. manifestũ. Immemores pugnæ:qa statiᵐ fugeř. Ciuilia bella nõ bene bar.nã exẽplũ oĩbꝫ dedere nõ cõmitti bella ciuilia barbaris. Pudoř: qa nõ puduit eos timere:nec mori malũt q̃ fugere. At uero romãos puduit timere:& mori potiꝫ uoluerũt ĩ eo ĩ quo cõstiterãt loco:q̃ fugere. Pudore timẽdi:ut timidi fugerẽt. Vt primũ sonipes:ꝓseqť dicere quõ eqtibus uirisqꝫ fusis statĩ põpeianoꝝ secuta ẽ ĩnumerabilis cædes. Sonipes:equus a sonitu pedũ. Transfixus pectora:qa ĩ ipsa corpa equoꝝ tela mittebãt. Regẽtis effusi.i.eqtis ꝓni & ĩ caput labẽtis. Cessit cãpis: e cãpis discessit. Glomerataqꝫ pubes:nã eqtes erãt ex nobilitate romana. In sua conuersis: qa cõuersi ab hostibꝫ ĩ suã aciẽ ruebãt cæci. Præceps.i.ĩconsiderato cursu quodãmõ. Perdidit ĩde modũ cædes:pdeř modũ nil aliud ẽ:q̃ sine mõ.i.mẽsura & sine geri. Ac nulla secuta ẽ pu.nã pugna dr cũ utrĩqꝫ certať nũc uero põpeiani tãtũmodo cædebantur & cæsarei milites occidebãt eos:nõ igiť pugna:sed cædes dici debuit. Hinc a pom. Hinc a cæ. Nec ualet hæc acies:uix sufficeř poterãt cæsariani milites ad cædẽ põpeianoꝝ:ex quo significat inumerabilẽ eoꝝ multitudinẽ fuisse. Prosterneř.i.tantũ occidere. Vt pharsalia:nunc ĩpræcať poeta deos:ut hac pugna barbari tantũmõ peant:& ro.ciues supstites sint q rẽpu.renouař possint:uel si diis placet: ut ro. peant:barbari saltẽ uiuãt:q postea facti ciues urbẽ romã cõplere possit. Barbara.f.p.i. effũdiť a corporibus barbaroꝝ. Nõ alio san.f.q̃ barbaroꝝ. Hic numerus.f.externoꝝ. Ossibꝫ.f.resolutorum corporũ

Istis:externis. Galathæ:populi ut Apianus refert oriẽtales.galathæ cum deiotaro tetrarcha uenerant Paphlagonibus itaqꝫ ad austrũ sunt galathæ:quorum gẽtes tres sunt:ut inquit Strabo:duæ Trogini & Tolistobogi a ducibus nominatæ:Tertia a gẽte: quæ:in celtica ẽ.Tectosages hãc regionẽ post multos errores & multas excursiones:in loca attalicis regibus & Bithynis subdita galathæ occupauerũt: donec eã q̃ nunc galatia ẽ:& gallogræcia dř ab illis nõ ĩuitis acceperũt.Dux trãsitꝫ ĩ asiã uideť fuisse.Leonorius haꝝ triũ gẽtiũ q̃ unius sũt lĩguæ & ĩ re nulla discrepãt:q unãquãqꝫ ĩ ptes.iiii.diuisere unãquãqꝫ tetrarchiã uocaueřt: q̃ ꝓpriũ tetrarchã hẽbãt teste Stra.li.xii. Syri:de syria populi. Cappadoces:populi sũt q cũ Ariarathe rege uenerãt teste Api.hic primꝫ cappadocũ rex noĩatus ẽ ut li.xii.refert Stra.o cappadocia ĩ duas ptes a persis diuisã fuisse dicit:& hi maiorẽ cappadociã q̃ & tauꝝ uersus ẽ ꝓprie cappadociã noĩaurũt alteram põtum quidã eã q̃ potũ uersus est cappadociam uocauere.nos autẽ maioris cappadociæ ordinẽ nunc ignoramus Hiberi:orbis extremi.nã hiberes alii sunt populi:sed hiberi.i.hispani.nã hiberia hispania est. Armeni: indiæ populi. Cilices:populi asiæ quos deuicit pom.q pyrratæ fuerunt:& quos nunc turcos appellant.

Nã.p.c.b.iõ ꝓcor ut oẽs isti barbari uiuãt qa finitis ciuilibꝫ bellis hi ro.ciues facti urbẽ ro.ciuibꝫ uiduatã ĩplebũt. Semel or.ĩ o.postq̃ ĩpcatõem poeta fecit reddit ad id:qđ omiserat uidelicet ut pugnã describat: postquam inquit timere cœperunt pompeiani:timor ille p oẽm aciẽ illoꝝ puagatus ẽ:& ad oẽs puenit:ut sibi unusqsqꝫ cõsuleret.uidelicet se ĩ fugã cõuerteř. Fatis.i.fata ĩpleta sũt ĩ fauorẽ cæ.ut uictoriã obtineret.

Vẽtũ erat ad robur magni mediasq; cateruas
Q uod totos errore uago ꝓfuderat agros.
Constitit hic bellum:fortunaq; cæsaris hæsit
Non illic regum auxiliis collecta iuuentus
Bella gerit ferrumq; manus mouere rogatæ
Ille locus fratres habuit:locus ille parentes
Hic furor:hic rabies:hic sũt tua crimĩa cæsar
Hãc fuge mens ptem belli. tenebrisq; relique
Nullaque tantorũ discat me uate malorum
Q uam multũ liceat bellis ciuilibus ætas.
Ah potiꝰ pereãt lachrymæ: pereãtq; querelæ
Q uicquid in hac acie gessisti roma tacebo.
Hic cæsar rabies populi: stimulusque furoris
Ne qua parte sui pereat scelus agmina circum
It uagus atque ignes animus flagrãtibꝰ addit
Inspicit & gladios qui toto sanguine madent.
Q ui niteant primo tantum mucrone cruẽti
Q uæ prẽso tremẽt ẽse manꝰ:qs laguida tela
Q uis cõtenta ferat:quis præstet bella iubẽti
Q uẽ pugnare iuuet:quis uultũ ciue perẽpto
Mutet:obit latis proiecta cadauera campis
Vulnera multorum totum fusura cruorem
Opposita premit ipse manu:quacũque uagat̃
Sanguineum ueluti quatiens bellona flagelũ
Bistonas aut mauors agitans:si uerbere sæuo

Ventũ erãt ad robur:Venerãt inq̃t ad cohortẽ ꝓtoriã ubi robur pom.erat ubi.n. constiterãt senatores circa ducẽ:& ibi paulisp.qa robustiores erãt:substitit pugna cæ.nec uictoria tã celeriter subsecuta est. Ad robur.i.ad robustiores pom.milites. Mediasq; cateruas.i.q̃ in medio acie cõstiterãt:nã mediam aciẽ ualidis militibꝰ firmare solebãt ubi & ĩperator exercitus locũ delegebat. Terrore uago.s.cũ dispsi sunt ab equitibus. Cõstitit hic bellũ:Firmata est uictoria cæ.hic etiã aliq̃diu retẽtus est ab impetu tuo. Fortũa.s. ꝓspera. Hæsit:stetit nõ secuta est pom. Non illic.reddit rationẽ quãobrem uictoria cæ.substitit: non enĩ hic cõstiterant barbari. sed romani & senatores ipsi qui gladiis cominus pugnabãt aduersus hostẽ.
Illic.i.in robore illo aciei. Regũ auxiliis: non auxiliarii milites a barbaroꝝ regibus missi gerunt bella illic. Quæ:ꝓ sed. Manus togatæ.i. togatoꝝ romanoꝝ. Mouere ferrum.i. dimicauerũt.
Fratres.i.cæsaris milites: qa milites fratres romani:partim cũ cæ.ptim cũ pom. dimicabãt. Locus ille.p.scilicet filios ab una parte: petens ab alia hũit Hic furor:ubi fratres fratribꝰ:& filii parẽtibus bella miscuerũt. Hic:in hoc loco scelus tantum fuit o cæ.& tua cã fratres fratrũ sanguine polluti sunt & filii parẽtũ:& e cõtra. Hãc fuge mens.p.b.Alloquit se ipsũ poeta.O mea mens inq̃t refuge hãc ptẽ pugnæ describere:neq; enĩ ꝓnimia ĩpietate possum tantũ nefas exprimere. Tenebrisq; reliq̃.i. tacitã ꝓtermittã. Nulla ætas.s. posteroꝝ. Quã:ꝓ q̃tũ
Liceat multũ:benedixit liceat:nõ deceat: nã nõ eẽ quod licet:decet:licebat fratri fratrẽ:patri filiũ filio patrẽ iurare:sed tamẽ nõ decebat. Ah peãt potius lachrimæ:Quas auditores effundẽt:nã si ego hanc crudelitatẽ & impietatẽ nõ describam:nulla cõmiseratione legẽtes mouebũtur animi. Quicq̃d i.h. a.ro.i. q̃cquid sceleris & ĩpietatis ꝓfecisti. Hic cæ. rabies:& ubi cæ.uidit paulisp cõstitisse pugnã: nec suos sicuti cœpetãt pgere:ĩcœpit ipse circuire suos: & quacũq; pte uidebat timere militum aĩos eos ad hortabat̃:& si quẽ uidisset strẽnue hostẽ occidere: laudabat eũ sin aũt segniter pugnare: uituperabat.
Hic:in hoc loco. Cæ.Appo.rabies. Stim. irritamentũ suoꝝ. Parte sui.p.i.ĩ aliqua pte suoꝝ. Pereat scelus.i.ut a seipso scelus cõpleat̃. Agmina circũ:nũc huc nũc illuc Atq; ignes: incitatis ipsis p se aĩs addebat & stimulos. Ignes:Irritamẽta qui niteãt primo aspiciebat gladios ĩ manibus illorũ & q toti erãt sanguine perfusi illos laudabat:& qui mucrone tantum tincti erãt hos increpabat. Primo mucrone:prima acie. Quæ presso tremat:nam alii trementibus manibus hostem feriebant. Alii autẽ audacter & uehementius pugnam gerebant:nam cũ ciuis in ciuem:aut frater in fratrẽ:filius in patrem figeret telum pietate pectora concussa tremorem manibus inducebant:non enim tantum nefas animi sustinebant. Presso scilicet:in corpora suorum. Languida tela:prona & prope manibus cadentia. Contorta:Directa tela. Iubentis:scilicet ipsi cæsari:cum iuberet:& hortaretur milites in hostem conspiciebat quis nam imperio suo pareret:ẽt quis & torperet. Quis uultum.c.p.m.quia cum ciuis ciuem occidisset:deinde pœnitentia ductus:toto uultu pallore perfusus:ostendebat pœnitere. Obit:circuit. Latis cam.idest per latos campos. Vulnera multorum:Nunc dicit oppositione manuũ cæ.ipsum cõpræssisse sanguine multorũ:ut uiuerent tantisper:quo ad hostes uincerent.nam si totus cruor effunderet̃ uitã ducere non possent: Quacumque uagatur.cæsarem nunc marti:nunc bellonæ comparat:nõ aliter cæ. suos ad bellum incitabat quam mars siue bellona incirare solet palladem egiferam:hanc etiam deam belli uoluere poetæ. Sanguineum flagellum:id est cruentum utpote belli instrumẽtum. Quacumque id est per omnem partem pugnæ. Bistonas:populos thraciæ qui bellicosi sunt:& est actus græcus: Biston bistonos. Sæuo uerbere:id est flagello. Currus:id est equos currui iunctos:nã non currus:sed

equi turbabantur uisa gorgone cuius caput in ægide gestabatur a pallade:nam ægide clypeo utebatur pa lis & iuppiter:ideo ægis iouis siue palladis dicitur:quod pelle amalrheæ capræ tectus erat nam egos græ. la.capram significat.nam sicuti in fabulis legitur uim tanti terroris habebat caput medusæ:ut siquis illud aperte uidisset:statim in saxum conuertebatur.Nunc dicit quemadmodum bellona:ægide territos pu/ gnantes excitat ad pugnam:& cæsar si quis ex suis cogitasset se in fugam uertere:in pugnam conuertebat Aegide palladia:id est clypeo palladis in quo caput medusæ gestabat. Nox ingens scelerum:dicit ibi

Palladia stimulet turbatos ægide currus
Nox īgens scelerum & cedes oriūtur.& instar
Immensæ uocis gemitus & pondere lapsi
Pectoris arma sonāt:confractiq; ensib⁹ enses
Ipse manu subigit gladios ac tela ministrat.
Aduersosq; iubet ferro contundere uultus
Promouet ipse acies impellit terga suorum
Verbere conuersæ cessantes excitat hastæ:
In plebem uetat ire manus: mōstratq; senatū
Scit cruor imperii qui sit:quæ uiscera regum
Vnde petat romam:libertas ultima mundi
Q uo steterit ferienda loco permixta secūdo
Ordine nobilitas:uenerandaq; corpora ferro
Vrgentur:cedunt lepidos: ceduntq; metellos
Coruinosq; simul torquataque noīa regū
Sæpe duces.sūmosque hoīnū te magne reōto
Illic plebeia cōtectus casside uultus
Ignotusque hosti:quod ferrum brute tenebas
O decus imperii spes o suprema senatus
Extremū tanti generis p secula nomen
Ne rue p medios nimiū temerarius hostes
Nec tibi fatales admoueris ante philippos.
Thessalia periture tua nil proficit istic

permixtos fuisse uiros: ut non facile discernat utri pompeiani essent: utri cæsariani. Nox: id est cæci/ tas & ignorantia scelerum: Quia non agnoscebāt permixti:neque fratres ex aduerso pugnantes. ne/ que filios. Instar gemitus:quia gemitus ita effun/ debant:ut uoces imittarentur. Pondere lapsi pe ctoris: imitatus est homerum hoc loco qui descri/ bit cadentem uulnere: ut ipso cadente arma super eum resonent. Sonant: resonant. Cōfractique ensibus enses:uidelicet enses ensibus collis resona/ bant. Ipse manu:Et si forte cæsar uidisset e ma/ nibus suorum cecidisse gladios: subministrabat eis:ne interea a pugna desisterent. Aduersosque iubet:tangit illud quod paulo ante dixi licet multa fingantur a poeta:tamen sequitur hystorima:non tangit id: quod re uera fuit:uidelicet comantium iuuenum uultus: pilis per galeas uulnerari iussit cæsar: sed iuuenes:qui sunt formæ studiosi statim in fugam conuersi sunt. Contundere:concutere. Impellit terga suorum :si quem uidisset fugien/ tem:comprehensum uertebat in pugnam. Ver/ bere conuersæ:scilic& si quem segnius pugnantem uidisset cuspidem manu capiens extremitate ha/ eum pulsabat ut ad pugnam excitaret. Cessantes: scilic& segnius pugnantes. In plebem uetat ire manum:Nec uolebat plebeios romanos ferro inua consistere uidebat. Monstratq; senatum:scilic& di:sed senatores atque patricios.ibi enim uictoriā ut trucidet senatores: imo cæsar auctore Apiano acies discurrere & a romanorū cæde omnes tempe rare iussit:solum ad sociorū manus afferre:uictis de inde propius admoniti intrepidos manere admo nent. Scit cruor ipse:Scit ipse quorū cruore effu/ so imperium sit consecuturus: uidelicet nobilitate cæsa. Vnde.i.a quo cruore. Libertas ultima mund :& scit in qua acie senatores constituti sunt uide/ licet in media:quibus cæsis libertas peribit. Libertas:scilicet senatores in quibus spes omnis libertatis posita erat. Permixta scilicet suadente & impellente cæsare. Secundo ordine: uidelicet equestri: nam primus ordo senatorius:est secundus uero equestris:tertius & ultimus plebeius. Cædūt lepidos:nam ibi lepidi coruini.metelli:torquati cæsi fuere. Metellos:qui de gente metellorū erant. Coruinos:de gē te coruina.nam Valerius coruinus postquam singulari certamine cum gallo pugnauit:auxilio corui eum debellauit. unde a coruo coruinus est appellatus appo. Nomina torquata regum: id est princi/ pum romanorum: non quod reges fuerunt: sed principes:nam Torquatus alter fuit:qui occiso gallo tor quem id est monile colli quo spoliauit hostem collo suo imposuit:& a torque est appellatus torquatus:& gens omnis suæ familiæ torquata dicta est. Duces:declarat nomina illa torquata regum quia sæpe con sules fuerunt. Remoto:excepto. Illic plebeia:nam cum uideret iam brutus ad cæsarem inclinatam esse uictoriam:cogitabat de occidendo cæsare in acie:sed res non cessit igitur nunc ad ipsum poeta apo/ strophat. Quod ferrum:quasi dicat laudabile. O decus imperii:hoc dicit quia & brutus non dege/ nerauit a maioribus suis:qui exactis regibus:in libertatem patriam reddidere. Extremum tanti gene ris:quia ultimus fuit de genere brutorum qui romæ consulatum gereret & principatum teneret. Te/ merarius: inconsideratus. Nec tibi fatales: Nec uelis in campis philippicis ante tempus mori.hoc dicit quia post occisum cæsarem:quum Antonius suscepisset ultionem occisi cæsaris & post aliquot ānos cæ/

sar Octauianus coniunctus esset Antonio postquam a republica desciuit & Brutus & Cassius comparatis exercitibus pro republica & libertate romana aduersus eum pugnarunt in campis philippicis ubi tandem uictis partibus reipublicæ brutus occisus est. Fatales campos: id est fata quæ te in campis philippicis manent ante tempus: Nil proficis istic:cogitando mortem cæsaris:sed res non procedet. Nundum attigit arcem iuris:quia cæsar nundum uenit ad summam potestatem uidelicet ad dictaturam. Et humanum culmen:declarat quod dixit:id est imperium consulare:quia statim imperium consulare excessit:cum dictator perpetuus factus esset. Humanum culmē:id est humanum honorem & ciuicam conditionem quo honore cuncta reguntur.uidelicet imperium. Nobile letum: uidelicet nobilis bruti:nam mors nobilis aut ignobilis dicitur pro qualitate occidentis.nam turpe est ab ignauo occidi:sicut decorum est a uiro forti. Et ut bruti procumbat :nam ipse princeps coniutationis fuit:qua cæsar postea in senatu.quinque & trigita uulneribus confossus est. Hic:in hoc loco ubi cæsi sunt senatores. Domiti:pro domitii ut urbem pataui pro patauii:sinæresis est. Quem clades.f.& quamuis bellicosus esset:& magnanimus domitius: tamen semper aduersa fortuna usus fuit:quia captus a Cæsare illum uita donauit. Fortuna succubuit:Nunq iam pompeius aduersa fortuna oppressus est quī comitem habuerit Domitium. uictus totiens: Nam uictus fuit in massilia & a Cæsare uita donatus. Salua libertate: Hoc sibi instar fœlicitatis fuit: ut liber potius moriretur:quā seruus uiueret. Tūc mille uulnera:id est qui inter innumerabiles cæsos labitur & ipse. Secunda uenia. Quia captus a Cæsare donatus est uita:deinde ad Pompeium se recipiens in bello non secūdam ueniam expectans pro libertate Romana mori uoluit. Viderat in crasso uersantem: Inter patricios & stragem ciuium Romanorum apparuit Domitius: qui quamuis infœlix esset constanter tamē pompeianas partes secutus fuerat:quem cum uidisset cæsar inter alia cæsorum cadauera nondum spiritum emiserat:ita allocutus est sicuti uidebitis. Cecidere hoc in prælio ab utraque parte:ut Apianus inquit.Italorum quidem non sociorum copiæ ob multitudinem contemptumque annumerantur: e Cæsaris primum exercitu turmarum ductores ad numerum triginta:armati ducenti:ut alii scripsere mille ac ducenti.Ex pompeii uero partibus Senatores decem quorum e numero fuit Lucius Domitius: olim Cæsari in Gallia successor destinatus:de quo nunc loquitur Lucanus:equestris uero ordinis ad quadraginta ex illustrioribus :Ex reliquo autē exercitu Asinius pollio:qui sub Cæsare militauit:In ea pugna sex milia ex pompeii solum interiisse scribit.Pompeius militum suorum conuersione perspecta mente collapsus ab exercitu secessit.namque in tabernaculum delatus sine uoce aliquamdiu perstitit. In crasso sanguine:Quia ipse letali uulnere saucius erat. In crepitans:Verbis insultans. Domiti:Vocatiui casus est & media correpta. Desertis arma:scilicet moriendo.Ast illi suffecit.Morior inquit & hoc solacium mecum porto quod ante moriar quam te uideam obtinuisse uictoriam & inde Sperare licet te pœnas magno daturum esse sceleris huius & impietatis:quam contra Romanos omnes exercuisti. Dubium fati incerto exitu belli. Stygias umbras: Ad inferos. Te sæuo marte subactum Pompeioque graues pœnas nobisque daturum:& in morte mea sperare possum:te adhuc graues pœnas pompeio: & mihi daturum. Quum:pro quamuis moriar. Non plura locutum: Vita fugit denseque occulos uertere tenebræ:Hæc fatus erat:cum statim spiritus & uita e corpore excessit. Virgilius:undecimo æneidos Aeternum clauserunt lumina mortem:& cætera. Vertere tenebræ:Id est clausere oculos.

Cæsaris intentus iugulo. nundum attigit arcē
Iuris: & humanum culmen quo cūcta regūt
Egressus meruit: fatis tam nobile letum
Viuat:& ut bruti procumbat uictima regnet:
Hic patriæ pit oē decus .iacet aggere magno:
Patricium campis non mixta plebe cadauer
Mors tamen eminuit clarorū ī strage uirorū
Pugnacis domiti:quem clades fata per ōnes
Ducebant:nusq̄ magni fortuna sine illo
Succubuit:uictus totiens a cæsare salua
Libertate perit:tunc mille in uulnera lætus
Labitur:ac uenia gaudet caruisse secunda.
Viderat in crasso uersantem sanguine mēbra
Cæsar:& increpitans iam magni deseris arma
Successor domiti:sine te iam bella geruntur
Dixerat.ast illi suffecit pectora pulsans
Spiritus in uocem:morientiaq̄ ora resoluit.
Non te funesta scelerum mercede potitum
Sed dubium fati cæsar:generoq̄ minorem
Aspiciens stygias magno duce liber ad ūbras:
Et securus eo:te sæuo marte subactum
Pompeioq̄ graues pœnas nobisq̄ daturum
Cum moriar sperare licet: non plura locutum
Vita fugit:densæq̄ oculos uertere tenebræ:

Impendiſſe pudet lachrymas: quia ſpecialiter cæperat deſcribere mortem huius domitii: nuncdicit pudere ſecum clades ad uniuerſum prope terrarum orbem ptineat ſe ſingulorum cædem deplorare pu/ det. Singula fata:ſingulorum mortes. Sequentem querere:ideſt inquirere diuerſorum mortes:& qua quiſque morte occiſus fuerit:uidelicet ꝙ alius tranſfixus fuerit ferro:alius effuſa ſui ipſius inteſtina pedibꝰ calcauerit:alius autem terram ore momorderit: & multa ac uaria genera leti:quæ in hac clade uidere licu it. Vulnus:ideſt telum.ſicut Virgilius:Quē ſequitur iſeſto uulnere pyrrhus:eſt methonomia. Vitalia: ideſt ſui ipſius īteſtina calcabit pedibus. Ore quis aduerſo.ſ.ꝙ ex aduerſo & e regione oris:gladius uel enſis fauces trāſfixerat: & moriēs animā cū ſanguīe emiſerat. Quis.ſ. uulneratus. Demiſſū faucibus enſē.i.trāſfixo per fauces. Quis corruat ictu.ſ.uno accepto lapſus ceciderit. Quis ſteterit.ſ. pudet ſcri bere:qs trūcus abſciſſus ad huc ſtet. Pectora tela.i. in pectore trāſfixus ē. aut quos cāpis: Nōnulli ēr te lis trāſfixi erant:ut terræ eos quodāmodo figerēt. Quis cruor emiſſis:& pudet dicere cuius ſāguis per uenas tāq̄ p fiſtulas exierit. Fiſtula:ꝓprie dr̄ cana/ lis plūbeus:p quē ūda lōge īgreſſa fert̄. Perrūpit a/ era:Erūpit ī aerē. Inq; hoſtis cadat.ſ. letali uulnere accepto:ruat ī hoſteſ armatos. Cædat:pcutiat. Pe ctora fratris pudet ſcribere: ꝙ frater abſcidat caput fratris:& abiiciat. & deīde poſſit caput fratris ſpo/ liar̄ armis:pietas.n.nō ſubſtiuiſſet: ſi faciē fratris ui diſſet.ut illū armis ſpoliaret. Lōge mittat.i.abiici at ꝓcul. Ora parētis.q.l. & cū corpus paternū fili/ us laceret:crederet nec illū patrē eſſe: nec ille hūc fi liū.nō enī natura patit̄ ut filius patrē occidat:& oc/ ciſū abiiciat. Spectācibꝰ ira:Vt q uidebāt hoc ī hac clade tantā irā non exiſtimabāt in pectore filii acci/ dere poſſe:ut patrē laceraret: ideo nō poterant ſibi hoc fieri poſſe pſuadere ſecūdū pſas q cu graues poe nas p leges ſanxiſſēt:iter eos q̇ ingrati fuerūt: nullā legē paricidi tulerūt. & cū quæreretur qd ita īpūe uolebāt eē paricidiū:reſpōderūt naturā pati nō poſ ſe:ut filius patrē occideret:ſed ſi occideret: diligenti us ītuētes īuenirēt re uera illū nō fuiſſe filiū. Nimi a ira:qua occidit patrē. Prebet.ſ. illā crudelitatē. Mors nulla.q.& ut ſūmatī dicam nulla mors mere tur ꝓpriis lachrymis deplorari:& ſi quis hoc facere uellet nimiū tēpis cōſumeret. Sua:ꝓpria ergo oēs uniuerſaliter deplorabimus. Vacāus: damus ope/ ram. Nō iſta habuit:oſtēdit quare nō liceat ſīgulos deplorar̄.ꝙ uidelicet hæc clades multo maior fuit q̄ cæteræ omnes quas ſcriptores memoriæ poſteris tra diderunt. Hic:in hac clade. Illic:in aliis cladibus:ut in clade Allienſi cannenſi:& Ticini lacus: & in aliis cladibus romanorum. Per fata uirorum:Nam apud ticinum lacum uigintiquinque milia Romanorū: & in clade Cannenſi quinquaginta milia cæſa ſunt.ad Alliam fluuium fuſus eſt uninerſus romanorum exercitus ubi magnā ruinam eſt paſſus. Per populos:quia in hac clade pharſaliæ non uiri romani:ſed po/ puli & nationes occiſi fuerunt. Gentis:non militis romani:ſed nationes. Sanguis hic: ꝙ in hac clade mors gentis erat probat. Sanguis: ideſt nationis mors. Acheus: ideſt Græcus in europa. Pon/ ticus: ideſt in aſia. pontus eſt cappadociæ pars euxinum uerſus: ut refert Strabo quartodecimo libro.

Aſſyrius: uidelicet ſanguis.in aſſyria Babylon eſt: paleſtina:& Phœnicia. Cunctos hærere cruoreſ & quanquam aliorum populorum multi occiſi fuerint: tamen romanorum plures occiſi fuerunt. nam Romanorum ſanguis fluens in torrentis modum: aliorum cæſorum cruorem in loco ſiſtere non per/ mittebat: & oſtendit plures Romanos ciues cecidiſſe: q̄ aliorum populorum. Conſiſtere: Firmari.

Maius ab hac acie: Non ſolum inquit hæc clades ad præſentes pertinet: ſed etiam ad poſteros.

Sua:ideſt præſentium ſecula. Plus eſt:ideſt aliis cladibus multi periere in hac periit libertas romano rum. In totum mundi proſternitur:quia ſemper ſeruiemus. Omnis ætas.ſ.præſentium & poſterorum.

Impendiſſe pudet lachrymas in funere mūdi
Moribus ī numeris: ac ſingula fata ſequentē
Quærer̄:lætiferum per cuius uiſcera uulnus
Exierit:quis fuſa ſolo uitalia calcet.
Ore quis aduerſo demiſſo faucibus enſe
Expulerit moriēs animam:quis corruat ictu.
Quis ſteterit dū mēbra cadūt:q pectora telo
Tranſmittant: aut quos cāpis affixerit haſta:
Quis cruor emiſſis prumperit aera uenis.
Inq; hoſtis cadat arma ſui:qs pectora fratris
Cedat:& ut notum poſſet ſpoliare cadauer.
Abſciſſum longe mittat caput: ora parentis
Quis laceret: nimiaq; probet ſpectātibus ira
Quē iugulat nō eſſe patrē:mors nulla querela
Digna ſua eſt:nulloſq; hominū luger̄ uacāus
Non iſtas habuit pugnæ pharſalia partes
Quas aliæ clades:illic per fata uirorum.
Per populos hic roma perit:quod militis illic
Mors hic gētis erat:ſanguis ibi fluxit acheus
Ponticus:aſſyrius cunctos hærere cruores
Romanus campiſq; uetat conſiſtere torrens.
Maius ab hac acie quā quod ſua ſæcula ferēt
Vulnus habet populi:plus ē quā uita ſaluſq;
Quod perit:ī totū mundi proſternimur æuū
Vincitur hiſ gladiis: omnis quæ ſeruiat ætas

Proxima quid ſoboles: Nūc conqueritur: ꝙ poſteri nulla ipſorum culpa in ſeruitute naſcantur: neque enim ipſi aut ignauia: aut metu aliquo in ſeruitute ponuntur: ſed culpa maiorum ſuorum. Proxima ſoboles: paulo poſt uētura. proximum dicitur uel paulo poſt præteritum: uel paulopoſt futurum: ut ſi dicā proximo anno ueni Brixiam: ideſt anno paulopoſt præterito. ſi uero dixero: proximo anno legam Virgilium. ideſt ſequenti anno. Quid: ideſt cur. Nepotes: ideſt poſteri: qui deſcenderunt e maioribus. In regnum: ideſt naſci in ſeruitutem. Pauidi: Oſtendit nulla ipſorum culpa cōtigiſſe hoc. Num geſſimus arma: ideſt nūquid fortaſſe nos imbecillitate & metu quodam ſeruiemus: quaſi dicat non. Pauidi: nunquid metu cædis ſeruiemus. Teximus aut iugulos: ſcilicet armis & auertimus eos a dominis. qui nos in ſeruitute ſubegerint. Alieni: ſcilicet maiorum noſtrorum. Poſt prælia natis: Si uolebas o fortuna ut ſeruiremus poſt hæc bella ciuilia: ſaltē dediſſes nobis bella: ut ſi uicti fuiſſemus: ſeruiremꝰ At uero cum nemo nos uicerit feciſti eſſe ſeruos.

Iam magnus trāſiſſe deos: poſt deplorationem libertatis. Lucanus reddit ad id quod omiſerat. uidelicet: ut exitum deſcribat huius pugnæ. Magnus Quem aduerſa fortuna agitabat. Deos: ſcilicet ꝓpitios ſentiat tranſiſſe ad Cæſarem. Infœlix uix to. clade coactus: uictus erat nec tamen id ſibi peſuadere poterat: ſic enim facere ſolent qui ſemper ſecunda fortuna uſi fuerunt: ut ſi quid aduerſi contigerit uix credere poſſint. Tota clade: cum iam prope exercitum amiſiſſet: Fortunam ſuam: ſcilicet aduerſam. Aggere: ideſt eminentia campi: ut circū circa diligenter omnia circumſpiceret. Vnde: a quo campo. Omnes clades: ideſt omnes qui cæſi erant. Quæ latebant ipſum: ſcilicet bello. Obſtante: ideſt pugnantibus oppoſits uidere non poterit cæſorum corpora: ſed tantummodo cumulū

Fata: ideſt mortem ſuam. Corpora fuſa: ſcilicet cauſa ſua. Multo: ideſt multorum ſanguine: nā ſicut mos eſt: nam ꝑs maior cum aduerſa fortuna in ſe ſæuierit: uellet eādem fortunam omnibus eſſe quam ipſe ſentit: ſed non ita pompeius. Nam ſalute potius ciuium Romanorum conſtituit diſcedere: ut iam ſe a pugnando Cæſar abſtineret: & ſuperſtitibus parceret: immo ſuppliciter deos rogauit: ut ſuperſtites reliquias exercitus ſeruarent incolumes. & ſi Diis placeret: ut ipſe cum omni ſua ſtirpe periret: nil recuſaret dummodo cæteri ſuper erint. Miſcere: ideſt confundere ut omnia una ſecum inuoluat ruina. Vt latiæ poſt ſe: Nam pompeius quamuis tantam cladem accepiſſet a diis: tāmen non deſtitit quin exoraret illos: ut ſeruarent eos ſuperſtites: qui ſupererant. Latiæ: italiæ. Poſt ſe: ſcilicet uictum. Dignos uotis: Tunc enim dii uotis digni ſunt cum exaudiunt. Si quis crederet pompeium: ut accepta tanta clade dii eum exaudirent: quaſi dicat nemo præter ipſum pompeium. Et iam: ideſt nunc ſcilicet accepta tanta clade.

Solacia ſui caſus: ideſt ut reliquiæ exercitus ſuperſtites ad internitionem uſque occiderentur.

Parcite ait ſuperi: ſcilicet gentibus & nationibus orbis terrarum: & ſi me mori uultis nolite omnia proſternere: nam mori poſſum Roma incolumi. Stante: ideſt durante. Si plura iuuant: ideſt ſi non eſtis cōtenti morte mea paratus ſum & coniugem & liberos meos & ſtirpem omnem in exitium ducere: dūmodo cæteris parcatis. Tot pignora: ideſt ſigna dedimus. Fatis: ideſt fortunæ. Ciuili ne parum: Sed magnum qui ſolus ad pernitiem pro ſalute aliorum profecturus ſum. Meoſque: ideſt cum uxore & liberis. Orbe remoto: ideſt liberato a clade. Exiguæ clades: quaſi dicat habemus quid plus debemus nam ſi plus haberemus illud pro ſalute omnium poneremus. Quid laboras? Quaſi dicat nequicq̃. ideſt fruſtra. Sic fatur. pompeius. Arma: ideſt armatos. Signa: ideſt uexilla & manipulos.

Proxima quid ſoboles: aut qd meruerĩ nepotes
In regnum naſci? pauidi num geſſimus arma
Teximus aut iugulos: alieni pœna timoris.
In noſtra ceruice ſedet: poſt prælia natis
Si dominum fortuna dabas: & bella dediſſes
Iam magnus tranſiſſe deos: romanaque fata
Senſerat infœlix: tota uix clade coactus
Fortunam damnare ſuam: ſtetit aggere cāpi.
Eminus: unde omnes ſparſas per theſſala rura
Aſpiceret clades. quæ bello obſtante latebant.
Tot telis ſua fata peti. tot corpora fuſa.
Ac ſe tam multo pereuntem ſanguine uidit.
Nec ſicut mos eſt miſeris trahere omnia ſecū.
Merſa iuuat genteſque ſuæ miſcere ruinæ.
Vt latie poſt ſe uiuat pars maxima turbæ.
Suſtinuit dignos. & iam nunc credere uotis
Cælicolas uoluitque ſui ſolatia caſus.
Parcite iam ſuperi cunctas proſternere gētes.
Stāte poteſt mūdo romaqꝫ ſuperſtite magnus
Eſſe miſer? ſi plura iuuāt mea uulnera: coniūx
Eſt mihi: ſūt nati: dedimus poſt pignora fatis.
Ciuili ne parum eſt bello: ſi meque meoſque
Obruet: exiguæ clades ſūmus orbe remoto?
Oīa quid laceras: quid perdere cūta laboras
Iam nihil eſt fortuna meum. ſic fatur & arma
Signaqꝫ & aflictas omni iam parte cateruas

Cateruas.i.ordines. Omni pte.s.exercitus & pugnæ. Circuit:põ. Et remeat:& cũ uideret oẽs paratos in tantã mortẽ ruere: potius q̃ credere hostibꝫ rogauit:ut uiuere uellẽt: neqꝫ se tanti p̃cii esse: ut moueren tur omnes. Nec deerat robur :in enses:quia occurebat illud cur non se occidebat pompeius potius q̃ in discrimem tantum uenire scilicet ut in seruituttem redigeretur. non defuit inquit magnanimitas pompeii ut sibi mortem inferret. sed metuebat ne si id ageret:nemo deinde uiuere uellet.non igitur causa sui: sed suorum se interimere nolebat. Robur :scilicet magnanimitas. Ire in enses:idest moriturum ruere in hostes. Iuguloque pati uel pectore letum:hoc est ut se iugularet uel pectus suum transfigeret.

Circuit:& reuocat matura in fata ruentes:
Seqꝫ negat tanti:nec deerat robur in enses
Ire duci:iuguloqꝫ pati:uel pectore letum.
Sed timuit strato miles ne corpore magni:
Non fugeret:supraqꝫ ducem procũberet orbis
Cæsaris aut oculis uoluit subducere mortem:
Nec quisquam infœlix socero spectare uolẽti.
Præstãdũ ẽ ubicũqꝫ caput.sed tu quoqꝫ cõiũx.
Causa fugæ:uultusqꝫ tui fatisque negatum.
Te præsente mori:tunc magnũ cõcitus aufert
A bello sonipes.non tergo tela pauentem.
Ingentesqꝫ animos extrema in fata ferentem:
Nõ gemitus:nõ fletus erat: saluaque uerẽdus
Maiestate dolor:qualem te magne decebat.
Romanis præstare malis: non impare uultu
Aspicis æmathiam: nec te uidere superbum
Prospera bellorũ: nec stra ũ aduersa uidebunt
Quãque fuit leto per tres infida triumphos
Tam misero fortuna minor: iam pondere fati
Deposito securus abis:nunc tempora læta
Respexisse uacat:spes nũquã implẽda recessit.
Quid fueris nunc scire licet:fuge prælia dira.
Ac testare deos: nullum qui perstet in armis
Iã tibi magne mori:ceu flebilis africa dãnis:

Sed timuit : ne cã sua denique milites oẽs in mortẽ ruerent:potius q̃ uiuere uellẽt. Supraqꝫ ducẽ.i. supra corpus iacentis ducis cæ. Aut uultu:alia cã fuit uidelicet ne hac lætitia Cæs. afficeret : ut corpus suum occisũ oculis cæs.obiiceret. Subducere.i.remouere corpus suũ occisũ ab oculis cæsaris. Nequicq̃ infœlix:quia ubicunqꝫ occubuerit pompeius: Cæs. ipsum occisum uidebat:dummodo uidere uoluerit: sicut caput eius obtrũcatũ a Rege ptholemæo uidit

Sed tu quoqꝫ coniunx:alia causa accessit cur fugeret inde põpeius.uidelicet ut uiderit Corneliã uxorem. Vultus tui:scilicet quos tantum amabat scilicet fuerunt causa fugæ. Fatisqꝫ ne. idest a fatis fata noluerunt:ut præsente Cornelia pompeius moreretur:quod ipse cupiebat. Tum:idest postquã inde constituit discedere. Concitus:idest calcaribus stimulatis:ut in aliquas regiones se reciperet. Non tergo tela pauentem:nil metuentem:magnanimitatem pompeii ostendit poeta. Ingentesqꝫ animosqꝫ sicut in rebus secundis:ita etiam in aduersis constanti animo semper fuerat. Extrema ista fata:cõtra ultima pericula:& euentum fortunæ. Non gemitus:dolorem præ se non ferebat pompeius. sed ita:ut nihil a maiestate sua indignum faceret. Verendus: Venerabilis. Qualem : idest talis uultus erat sibi:qualis conueniebat in pernitie reipublicæ:

Non impare:dissimili. Aemathiæ: idest cladẽ æmathiæ aspicis. Nec te uidere superbum. Quotienscunque rem bello prospere gessisti: nec ĩ aduersis ostendis animi tui imbecillitatem. Quam:pro quantum. Infida fortuna:quia nunquam fidem seruat:sed quos antea placido uultu fouerit:eos deinde deserit. Per tres triumphos:quia triũphauit de Mitridate: de sicilia: de Hispania. Iam pondere fati: nunc consolatur pompeium : dicens ipsum cladem sane ingentem accepisse:sed tamen hac clade magno rerum pondere : ac solicitudine liberatũ eẽ.

Securus:sine cura tui. Pondere fati:idest deposito pondere imperii:quod in fortuna constitit. Nũc tempora læta:idest nunc tibi licet reminisci lætorum temporum. Spes nunquam:iam enim iperare desinis. Quis fueris : nam ex aduersis læta melius cognoscuntur. Nunc scire licet : quia mortalis ætas nunc casibus humanis subiectus sicut & cæteri : fuge ergo ista prælia. Testare : idest fac deos testes.

Nullum qui perstet in armis : nam si quis in bello perseuerare uoluerit:illum crede non tua causa mori:sed sponte sua. Perstet : perseueret. Ceu flebilis africa : quenadmodum nuda fuit: ubi Gneus põpeius magni pompeii filius bellum gessit in Hispania contra cæsarem sicut & alexandria:ubi Cæsar bellum gessit contra Ptolemæum:sicut Africa:ubi bellum gessit Cato regi iubæ coniuctus aduersus Cæsarẽ hæc bella non fuerunt causa ut tuum nomen tueretur: ita neque nunc pugnabunt milites:qui adeo relicti sunt: ne dignitatem tuam conseruent:ergo nec multo post futurus es liberæ ciuitatis causa : quod tibi magno debet esse solatio. Ordo est sic pars maxima thessaliæ turbæ. Ceu post te. idest fortunam tuã. Ceu: quẽadmodũ pugnatũ ẽ in africã ad mũdã:ĩ Alexãdria:ĩ æpypto nõ pugnarũt te iubente:ita ẽt nunc post hãc cladẽ ĩ thessalia:nõ tibi sed ipsis dimicauerunt:nõ enim auctor fuisti harũ cædiũ quod tibi magnam consolationem afferre potest. Africa: ubi cato Regi iubæ coniunctus bellum renouauit.

Ceu munda:apud quam uictus fuit Gn.pompeius quanquam in magno discrimine cæsaris fuerit. Pharioq;:idest i ægypto ubi etiam bellum gessit contra Ptolemæum.ibi enim aliquot ciues ro. periere & parum absuit quinetiam cæ. uinceretur:& a rege Pthołemæo.occideretur. Sic: eodem modo. Nomé populare.i.nō erat cā nomē tuū o pō.cui faueāt ciues:nā usq; ad ultimū pugnare desiuerāt. Stadiū belli .f.ut cā tua studeāt pugnar. Sed par:sed duo erūt sēper habebimus:q romæ iperēt.f.libertas & cæ.respicit ad illud qđ postquam cæ.remp.occupauit:semper deide libertas oppressa fuit:& cæs.omnia tenuere.duo igitur habebimus scilicet libertatem:ut se in pristinam formam restituat cæsar: ut imperium obtineat. Sibi:ad utilitatem suam pugnarunt. Nō:ne iuuat o pompei: si consideras quātum mali sceleris & impietatis in campis philippicis perpetratum est non ne maximam ex eo uolūtatē capis q; ide te subtraxeris quasi dicat capere debes. Cateruas:scilicet cæsorum & stragem militum. Cæde:idest sanguine. Et soceri mi.tui.& cum uideas tot uulnera tot monstra scelerum quæ gesta sūt in ea pugna thessaliæ:ubi filii cum parentibus parentes cum filiis fratres cum fratribus occisi sunt:& miserere cæsaris:q harum rerum causa & auctor extiterit.ac si.d.tu felicior es cæsare. Quo pectore:idest animo romam ingredietur. Factus capis fœlicior istis: idest cuius causa tot cædes ciuium romāorum perpetratæ sūt

Quidquid in ignotis solus:nunc alias quoque rationes subiungit cur melior sit pō.conditio. Quicquid in ignotis: idest cætera omnia quæ perpessus fuisti:postquam a pugna pharsalica discessisti attribuenda sunt furori deorum:nam etiam si exulaueris: & si etiam a rege Ptholemæo obtrūcatus fueris hæc omnia signa fuerunt fauoris deorum: nam te potius mori uoluerunt:q tyrannidem exercere: in qua postea Cæs.constitutus fuit. nec diu permansit & bonis omnibus odio fuit. Crede diis: idest attribue fauori deorū. Quicquid patiere exul:quia pene destitutus fuit ab omnibus: ideo solus sub regionibus ignotus ut cum uenit Mitylenem prius: deinde super ignota maria uenit: & ut alii non ut secundum imperatoriam dignitatem nauigabat: sed falsis comitibus atque ministris. dicit ergo quicquid sub Phario rege idest sub Ptholemæo rge ægypti cuius iussu postea obtruncatus est. Longo crede: id est committe diis qui tibi perpetue affuerunt. Peius erat:scilicet q̄ mori. Lamenta sonare:idest resonare:ut quocunque igrederis omnes mœrorem ostendant:noli permittere inquit:ut tristes mœstique sint omnes & clamorem emittant:quasi te miserum esse uideant. Tam mala. nam hæc res aduersæ sūt:Sed istar fœlicitatis si cōsideres q̄ deterior fuerit uictoris cōditio. Securus:sine cura.aspice iam nihil est qđ amittere possis.Vrbes quæ sub tua ditione fuerunt. Donataq; regna.i.quæ donasti Ariobarzani:Tygrani:Pharnaci:& cæteris regibus. Terras.i.i q̄cūq; terra delegeris: elige mortem ubi statim uitā tuā finias:nam in potestate tua est ubi mori uelis. Vidit prima tuæ:postq̄ consolationem fecit quam afferre uoluerat pōpeio:nūc redit ad iter pō.describens qua uectus est equo. Laryssa:ciuitas est thessaliæ.uiderunt inqt te laryssei ingredientem mœnia tua dignitate seruata quæ sibi conueniebat. Ciuibus:omnes ciues inqt obuiā tibi e laryssa prodierunt.nam superatus pom.mutata ueste:ut ut ostendit Apianus cōscēdit equū:quatuorq; ex amicis cū comitātibꝫ nullo i loco cursum intermisit:quod exorta luce Laryssā tādē uenit. Ceu læta: & ita tibi occurerunt: ac si uictor fuisses:& flentes omnia sua tibi promittebāt se paratos dicētes tibi parere:& q̄cqd sub sua potestate esse: id tuum esse affirmantes. Læto.i. tanq̄ uictori. Obuia Occurrentia. Munera:quæcunq; uelis. In fata redire:idest rursus experiri fortunam tuam potes.

Et ceu mūda nocēs:pharioq; a gurgite clades.
Sic & thessalicæ post te pars maxime pugnæ.
Non iam pompei nomen populare ꝑ orbem:
Nec studiū belli:sed par quod sēper habeūs
Libertas & cæsar erunt:teq; inde fugato
Ostendit moriens sibi se pugnasse senatus.
Non ne iuuat pulsum bellis cessisse:nec istud
Perspectasse nefas:spumātes cæde cateruas
Respice turbatos in cursu sanguinis amnes.
Et soceri miserere tui.quo pectore romam
Intrauit factus campis fœlicior istis.
Quicquid in ignotis solus regionibus exul.
Quicquid sub phario positus patiere tyrāno
Crede deis longo fatorum crede fauori
Vincere peius erat.prohibe lamenta sonare:
Flere ueta populos lachymas luctusq; remitte
Tam mala pōpei quā ꝓspera mūdus adoret
Aspice securus uultu non supplice reges
Aspice possessas urbes:donataque regna
Aegyptum:libyamq; & terras elige morti:
Vidit prima tuæ testis laryssa ruinæ.
Nobile nec uictum fatis caput:omnibus illa
Ciuibus effudit totas per mœnia uires
Obuia:ceu læto promittunt munera flentes:
Pandūt tēpla domos:socios se cladibus optāt
Scilicet imenso superest ex nomine multum
Teq; minor solo:cunctas impellere gentes
Rursus in arma potes:rursusq; in fata redire

Sed opus uicto: nunc dicit qd respõderit põ. ut audiuit oẽs paratos esse facere qd uoluerit: dicit. n. ipsos laudauisse & cõmẽdasse uoluntatẽ eoꝝ sed tamẽ nil sibi his pollicitationibꝫ motus est: & ea potius uictori facere. Inqt. s. põ. Tu cæs. adhuc es iter stragẽ cæsoꝝ & reliqas pugnæ pficis: cũ põ. i potestate tibi rgna dimittat: & eos q parati erát ipsi sibi obedire: iubeat tibi officiũ pstare nõ sibi. In alto cumulo: i alta strage. Per uiscera patriæ. i. ciuiũ tuorũ. Populos donat. i. spõte terrarũ oĩum dominũ facit. Inde: a laryssa. Plurimaq; i sæuos: Quia populi deos tãq crudeles uocabãt: q uictoriã cæs. dedissẽt. Nũc tibi uera fides. i. cognoscis: qui nã sint ueri amici nã in felicitate uera amicitia nõ dignoscitur. Felix se nescit amari: idest nemo ueram amicitiã i felicitate cognoscere potest

Sed quid opus uicto populis aut urbibus i qt
Victori præstate fidem: tu cæsar in alto
Cædis adhuc tumulo: patriæ p uiscera uadis.
Ar tibi iam populos donat gener: aduehit inde
Põpeiũ sõipes gemitus lachrymæq; sequũtur
Plurimaq; in sæuos populi conuitia diuos
Nunc tibi uera fides: quæsiti magne fauoris
Contingit: ac fructus: fœlix se nescit amari:
Cæsar ut hesperio uidit satis arma natare
Sanguine parcendum ferro: mãibusq; suorũ
Iam ratus: ut uiles animas perituraq; frustra:
Agmina permissit uitæ: sed castra fugatos
Ne reuocent: pellatq; quies nocturna pauorẽ.
Protinus hostili statuit succedere uallo.
Dum fortuna calet dum cõficit omnia terror:
Nõ ueritus graue ne fessis: aut marte subactis
Hoc foret imperiũ: nõ magno hortãine miles
In prædam ducendus erat uictoria nobis
Plena uiri dixit: superest pro sãguine merces
Q uã mõstrare meũ ẽ neq; enĩ dõare uocabo
Q uod sibi qsq; dabit: cunctis en plẽa metallis
Castra patent: raptũ hesperiis e gentibꝫ aurũ
Hic iacet eoasq; premunt tentoria gazas
Tot regum fortuna simul magniq; cocta
Expectat dominos: propera præcedere miles
Q uos sequeris: quascũq; tuas pharsalia fecit
A uictis rapiuntur opes. nec plura locutus
Impulit amentes: auriq; cupidine cæcos
Ire super gladios. supraque cadauera patrum:
Et cæsos calcare duces: quæ fossa quis agger
Sustineat præcium belli scelerumque petẽtes

Quæsiti: pro acquisiti. Cæsar: Vt hesperio nũc redit ad Cæsarem dicẽs postq̃ uidit iam satis eos cæsos esse qui uictoriam suam impedire poterat: uidelicet senatores & principes ciuitatis: iussit militibus suis: ut multitudini parcerent: & a pugnãdo desisterent. Agmina: scilicet exercitus reliquias nocte: iussit eqtibꝫ: ut sine mora castra põ. irruperit. Parcendũ ferro: iam abstinendum esse a pugna: & esse parcendum manibꝫ suorum qui fatigati erant diuturna pugna. Viles animas. s. reliquias. Frustra peritura: uidelicet in quibus nullum momentum uitæ consisteret. Sed castra fugatos ne reuo. sed metuẽs cæsar: ne se in castra pugnaturi rciperent. Pellatq; quies nocturna pauorem: uidelicet ne iterposita nocte uicti sperare incipiant. Fortuna: scilicet secunda. Calet: feruet. Dum conficit omnia terror: quia terrorẽ ipso perculsi hostes fugiebant. Ne fessis: rddit rationem: quare non timuit: ne fatigati milites hoc iperiũ grauiter subirent quia sciebat hoc libenter esse facturos: quia ipsis castra hostium diripienda permisit: non opus igit erat hortamine. Victoria nobis: idest iam sumus uictores: sed reliquum ẽ: ut pmia uictoriæ q̃ratis. s. ut castra hostiũ irrũpatis

Plena: itegra. Supest p sãguie merces: nũc nihil restat uobis: nisi: ut pmiũ uictoriæ capiatis. Meũ ẽ. i. ad me ptinet mõstrare mercedẽ: uestrũ ãt ẽ accipere

Neque enim: nolo hoc in muneris loco ponere: sed sibi quisque diripiat quæcunque placuerint. Donare: idest hoc donum esse. Cunctis metallis: idest omni ære auro & argento. Raptum hesperiis: idest omne aurum quod deuictis regibus in hesperia tulerat pompeius. hoc est aurum hispanaꝝ gentium. Premunt: idest claudunt: nam in tentoriis pompeii orientales diuitiæ positæ sunt & occidentales: nam i hispania Sertoriũ debellauit: & inde magnas diuitias adduxit. Eoas gazas: nam populos orientales deuicit scilicet armeniam & indiã quæ sub imperio Tigrannis: & Mitridatis fuerant

Tot regum fortuna: Currite inquit in hostes: quos effudistis: ut anteueniatis eos: & in potestate uestra raptum aurum atque argẽtum iure belli omne diripiatis. Fortuna: diuitiæ. Tot regum: scilicet quos pompeius deuicit. Expectat dominos: scilicet uos o cõmilitones. Pharsalia. i. uictoria pharsalia. Sic milite iusso: ostendit nullam maiorem militibus adhortationem fieri posse: q̃ ut castra ipis diripienda permitteret. ergo nullo metu: nullo periculo retineri potuerunt: quin amentes aurique cupidine cæsi ferrentur per strata cæsorum corpora. Sic: Videlicet permittendo castra diripi. Cæcos: Incõsideratos. Quæ fossa quis agger: Quasi dicat nulla munitio tam uallata esse potest: quæ arcere possit præmia uictoriæ petentes. Scelerumque petentes: Scilicet suorum omnium.

Quanta fuerit mercede nocentes:pro quanta mercede commiserint paricidia. Inuenere quidem thesauros:plusquam credit possit ingentes:ueruntamem cupiditatem eorum explere non potuerunt.ꝙ uid licet oĩa ipsis Cæ.ꝓmiserat. Massæ:auri & argẽti:massa significat moles quædã rudis. Cõgestæ:nõ cõflatæ:sed solidũ aurũ & argẽtũ inuenere. Spoliato mũdo.i.ex oĩ pte orbis debellati & spoliati. Insũptus bellorũ:qđ aurũ secum attulerãt:ut possent stipendia militibꝫ soluere. Nõ repleuit. nõ satiauit. Quicqd fodit hyber: ordo est tamẽ putabũt milites cæ.hoc scelus uenisse puo. Vt: ꝓq̃uis rapiant qcqd &c. Hiber populus: nã in hiberia sũt loca: unde fodit̃ aurũ.

Scire uolunt quãta fuerint mercede nocentes:
Inuenere quidem spoliato plurima mundo
Bellorum i sumptus congestæ põdera massæ
Sed non implerunt cupientes omnia mentes
Quicqd fodit hiber:qcqd tagus extulit auri:
Quodque legit diues sũmis ariaspus harenis
Vt rapiant paruo scelus hoc uenisse putabunt
Cum sibi tarpeias uictor desponderit arces.
Cum spe romanæ promiserit omnia prædæ
Decipitur quod castra rapit capit impia plebes
Cespite patritio somnos:uacuumque cubile
Regibus infandus miles premit: inque parẽtũ
Inque toris fratrũ posuerunt mẽbra nocentes.
Quos agitat uesana quies:sõnique furentes
Thessalicam miseri uersant in pectore pugnã
Inuigilat cũctis sæuum scelus: armaque tota
Mẽte agitãt:capuloque mãus absẽte mouẽt:
Ingemuisse putem campos: terramq; nocẽtẽ
Inspirasse animas infectumq; aera totum
Manibus: & superam stygia formidĩe noctẽ
Exigit a meritis:tristes uictoria pœnas
Sibylaq; & flãmas ĩfert sopor: ũbra perẽpti
Ciuis adest sua quęque premit terroris imago
Ille senum uultus iuuenum uidet ille figuras:
Hunc agitant totis fraterna cadauera somnis.
Pectore in hoc pater est: oẽs in cæsare manes
Haud alios nundum scythica purgatus ĩ ara:
Eumenidum uidit uultus pelopeius horestes.
Nec magis attonitos animi sensere tumultus

Tagus: fluuius. Extulit.s.euomẽdo aurãs harẽnas: Arimaspus: alius fluuius iter scythas efflués circa Clithelon:ubi gẽs ẽ unocula:ut refert Solinus. Venisse: ꝓ uenditũ eẽ. Cũ spe ro.predæ: : qa ita eis sperare iusserat si põ.uicisset:ut urbẽ romã diripiẽdã pmitteret. Decipit̃:iõ miles uidet̃ decipi cũ ro. ꝓmisserit:nũc castroꝝ tantũmodo diuitias diripiẽdas obiecerit. Capit ĩpia plebes: cũ indignatione dicit gregarios milites occupasse cubilia senatorũ. Cespite patricio:ubi antea patricii uiri requeuerant. Premit.s.corpore suo. Vacuũ.s. regibus occisis: Inq; parẽtũ:& filii ẽt ĩ cubilibꝫ pentũ.Parentes filiorũ:& fratres fratrũ iacuerunt quos ãtea in pugna occiderãt. Quos agitat: Hi soli inqt uidebant scelera quæ ppetrauerãt. Sõniq; furẽtes: eumẽides ẽt dormiẽtibꝫ obseruabãt:ut qetẽ illã plenã turbatõis agitarẽt. Vesana:plena ĩsaniæ. Agitat: turbat. Versant: uoluũt ĩ pectore inuigilat sæuum scelus. Obuersat̃:ante oculos eoꝝ. Agitãt: idest cogitãt arma Capuloq; manus:& dormiẽtiũ manu mouebãt tãq̃ pugnãtiũ. Capulo:idest ẽse ps ꝓ toto. Putes ꝓ putares. Inspirasse: emisisse. Infectũq; aera:ũbris mortuoꝝ. Et noctẽ: scilicet eẽ ĩfectã. Superã.i.noctẽ quæ ĩ hemisperio ẽ. Stygia formidine.i. stygiis ũbris. Exigit a meritis: hæc cã erat ꝙ uictoria ipsa pœnas sumebat a uictoribꝫ. nã qa ĩpia fuerat: ideo agitabat̃ furiis. A meritis.i.q pœnas meruerãt occidendo:alii pratres: alii fratres. Sibyla: eumenidũ murmura. Flãmas:scilicet ipsaꝝ eumenidũ:quæ ĩferre uidebant̃ faces cũ sibylis. Vmbra.i.anima ciuis:quem occiderat ãtea oculos errabat eoꝝ. Suaq̃que premit:unicuiq; imago terroris ante oculos uagabat̃. Ille senum:sicut occiderãt:alii senes: alii iuuenes:alii in oculis erant dormientium. Totis sõnis:tota nocte. Fraterna: scilicet fratrum cadauera quos occiderant. Omnes in Cæsare manes: ut pote in auctore malorum omnium. Haud alios: ꝑ similem ostẽdit quomodo tota nocte agitati sunt dormientes milites: non aliter inquit:q̃ cum furorem Bacchus in aliquem immittit: aut Horestes cum occisa matre ipsum secutæ sunt furiæ quacũque ibat. Nam Pentheus postquam a suis mœnibus Bacchi sacrificia relegauit: misit satellites suos:Vt illum ambigerent:qui quum non redirent: ipse profectus est. Tunc furorem Agaue matri & Autonoæ materteræ suæ immisit Bacchus: ut crederent ipsum pentheum esse aprum: & insecutæ thyrsis tandem eum occiderunt. Mater uero eius Agaue per mediam turbam ouans filii caput gestabat. Nondum purgatus in ara: Quia ad aram uenerat Dianæ: ubi tandem purgatus est in thaurica regione in scythia: cuius antistes erat soror Ephigenia: quæ immolata fuerat Dianæ: in cuius locum Dianam ceruam subiecit: deinde simulacrum Dianæ una cum sorore Ephigenia detulerunt in græciam magicis carminibus post debellatam Troiam. Horestes pelopeius: idest Originem a pelope ducens: nam pelops genuit Atreum & Thiestem. Atreus genuit agamemnonem & Menelaum, ex agamemnone natus est Horestes. Sensere: a libero patre.

Cum fureret pen. Scilicet contra deum: & eum afinibus ſuis abigeret. Hunc omnes: Singuli ſingulos uidebant aut ultrix uiſura dies aut gladii illi oberrabant oculis ipſius Cæſaris: quos deinde paſſus eſt in ſenatu cum occiſus eſt: & confoſſus trigintaquinque uulneribus. Stringente ſenatu: Scilicet coniuratione Bruti. Heu quantum pœnæ: Superius rationem attulit cur cladem illam æquiori animo ferre debebat pompeius: nunc autem cauſas affert cur miſerior ſit Cæſar cum in mentem uenerit: ꝙ tantorum malorum cauſa auctor extiterit. Heu: Commiſerantis eſt interiectio. Miſeros: ſcilicet cæſaris. Mens conſcia: ſcilicet tot admiſſorum ſcelerum & cædiũ quas pauloante milites perpetrauerant ipſo concitate. Donat: affert. Styga pro ſtygia: ideſt inferos: nam illi præponebant inferos quo poſtea ipſe deſcenſus erat. Manes: ſcilicet cæſorum animæ quæ ſibi dormienti obuerſantur. Pompeio uiuẽte: id enim erat quod Cæſarem dolore maiori afficeret. Omnia paſſo: Quamuis tota nocte perpeſſus eſſet Cæſar mala omnia ſupradicta: magna animi perturbatione cogitando: quæ ipſe mala perpetrauerat tamen cum lux: facta eſſet præletitia oculos a pharſalia remouere non poterat ꝙ aduerſarios proſtratos uideret. Poſtquam clara dies pharſalica dãna retexit: Aperuit. Nulla loci facies reuocat fe. ar. Quantumlibet terra & execrabilis eſſet deformitate loci: multitudine cæſorum: tamen oculos a theſſalia non reuocabat. Reuocat: remouet. Feralibus: ubi feralia ſcelera commiſſa fuerunt.

Cum fureret pentheus: aut cũ deſciſſet agaue:
Hũc omnes: gladii: quos aut pharſalia uidet:
Aut ultrix uiſura dies ſtringente ſenatu.
Illa nocte premũt: huc infera mõſtra flagellãt
Heu quãtum miſero pœnæ mẽs cõſcia donat
Quod ſtyga: ꝙ mães iſeſtaque tartara ſõniſ
Pompeio uiuente uidet: tam omnia paſſo.
Poſtquam clara dies pharſalica dãna retexit.
Nulla loci facies reuocat feralibus aruis
Hærentes oculos cernit propulſa cruore
Flumina. & excelſos cumulis æquantia colles
Corpora: ſidentes in tabem ſpectat aceruos.
Et magni numerat populos: epuliſque parat̃
Ille locus: uultus ex quo facieſqꝫ iacentum
Agnoſcat: iuuat æmathiam non cernere terrã
Et luſtrare oculis campos ſua clade latentes.
Fortunamqꝫ ſuos ſuperos in ſanguine cernit
Ac ne læta ferens ſcelerum ſpectacula perdat.
Inuidet igne rogi miſeris: cæloque nocenti
Ingerit æmathiam: non illũ pœnus humator
Conſulis. hæc lybica ſuccenſæ lampade cãnæ
Compellunt hominum ritus ut ſeruet ĩ hoſtes

Cernit propulſa cruore flumina: Videt flumina mulitudine cædium inflata: quia tantus erat cæſorum cruor effuſus: ut ipſa etiam flumina creſcerent. Et excelſos cumulis æquantia colles: uidet etiam ſtragem: & ſtruem corporum adeo ſublimem: ut comparari poſſet montibus. Aceruos cumulos cæſorum. Sidentes: poſitos: In tabem: ĩ cædem ſuorum. Et magni numerat. p. & numerãdo lætabatur: Epuliſque paratur ille locus: ut quaſi ſpectaculum ante oculos haberet cæſorum militũ dum epularetur. Ex quo: ſcilicet loco. Vultus facieſque: Aliquid inter ſe differunt. nam facies proprie eſt naturalis cuiuſque habitus: Vultus autem eſt qui pro uoluntate mutatur. Iuuat: ſcilicet Cæſarem. Non cenere terram: ꝙ operta eſſet ſtrage cæſorum. Luſtrare: ideſt ſuſpicere. Sub clade latentes ideſt ſub cæde: nam cladem pro cæde poſuit.

Fortunam: ſcilicet ſuam ſecundam. Superoſque ſuos: ideſt ſibi propitios.. nam ex eo ꝙ tantam cladem ipſe cum militibus ſuis perpetrauerat: intelligebat deos ſibi propitios eſſe. Ac ne læta ferens: Et tantam ex cæde letitiam capiebat: ꝙ nec cæſorũ quidem corpora ſepeliri permittebat: ut diutius oculos paſceret. Scelerum: ſcilicet eorum qui ſcelere occiſi fuerant. Miſeris: ſcilicet occiſis. Inuidet igne rogi: Notanda eſt hæc conſtructio inuideo tibi hac re: quæ rariſſima eſt: quam nuſquã me memini legiſſe: niſi apud Lucanum: nam dicimus inuideo tibi hanc rem. Igne rogi: ideſt non permittebat eos ſepulturæ mandari. Cœloque nocenti: ideſt infecto: nam tum demum nocens eſt cœlum: cum infectus eſt aer. Non illum pœnus: Immanior inquit eſt & crudelior Cæſar q̃ Hannibal: nam noſtris conſulibus ſepulturam non negauit: quod nunc ciuibus ſuis fecit. Humator: ſepultor. Conſulis: Vel pauli emilii apud Cannas trucidati: cuius corpus diu quæſitum quantum in ipſo fuit ſepulturæ mandauit. Aut certe Marcum Marcellum conſulem dicit: qui dux in brutis: dum auidus pœnorum conatus inueſtigaret: dum conſilia ſperneret: occiſus eſt: cuius corpus legiptimo iure Hannibal extulit & unico ſagulo: & corona etiam donatum laurea rogo ſuperimpoſuit. Lampade quia: omnia corpora romanorum cæſa apud cannas ſecundum Liuium: quæ quinquaginta milia fuiſſe dicuntur: iuſſit comburi & ſepulturæ omnia mandari. Compellunt geminum ritus: etiam crudelium ducum populi romani inimicorum. Ritus: ideſt mores: nam mos eſt non inuidere ſepulturam hoſti.

Sed meminit nondũ saciata cædibus ira
Ciue esse suos: petimus non singula busta
Discretosq; rogos unum da gentibus ignem
Non interpositis urantur corpora flammis.
Aut generi si pœna iuuat: nemus extrue pindi
Erige congestas œtheo robore syluas.
Thessalicam uideat põpeius ab æquorẽ flãmã
Nil agis hac ira: tabes ne cadauera soluat
An rogus: haud refert: placido natura r̃ceptat
Cuncta sinu finemq; sui sibi corpora debent.
Hos cæsar populos: si nunc non usserit ignis
Vret cum terris: uret cum gurgite ponti.
Cõmunis mundo superest rogus: ossib⁹ astra
Mixturus: quocunq; tuam fortuna locabit.
Hæ quoq; eunt animæ: non altius ibis ĩ auras
Non meliore loco stygia sub nocte iacebis.
Libera fortunæ mors est: capit omnia tellus
Quæ genuit: cælo tegitur qui non hẽt urnã
Tu cui dant pœnas in humato funere gentes
Quid fugis hãc cladẽ? q̃d olẽtes d̃seris agros
Has trahe cæsar aquas. hoc si potes uterẽ cælo:
Sed tibi tabentes populi pharsalica rura
Eripiunt camposq; tenent uictore fugato.
Non solum hæmonii funesta ad pabula belli
Bistonii uenere lupi: tabemq; cruentæ
Cædis: odorati pholoen liquere leones
Tunc ursi latebras: obsceni tecta domusq;

Sed meminit nõdũ: Bis ĩtelligit̃ nõdũ: q̃a nõdũ expleta erat ira Cæ. iõ oblitus erat ciues suos eẽ. Petius nõ sigula busta: sub p̃sona sui ĩducit loq eos q cæsi fuerãt: & sepultura ꝓhibiti: q̃si ipsi ita loquant̃: non est magnũ q̃d petimus o Cæ. nã si id petereũs: ut singuli sigulos rogos cõburerẽt: fortasse laboriosius tibi uideret̃. At uero ut oĩum n̄rum corpora uno rogo extructo cõburant̃: petius. Bustũ d̃r q̃si cõbustũ: & proprie d̃r cadauer cũ ẽ cõbustũ: Discretos: sepatos. Gentib⁹. s. occisis. Nõ ĩterpositis. i. sepatis: sed i unum cõburant̃. Aut grauis se. p. aut si facis hoc ut maiorẽ dolorẽ põ. cõmoueas. Iube oẽs cæsos in excelsũ cacumen p̃idi aut oethæ mõtis efferri: & ibi oẽs cõburi ut ex ipso mari p quod nauigat põ. flãmã uideri possit hoc pacto põpeii dolorẽ augebis. Extrue. s. in unam cõgeriẽ. Nemus. i. siluã. Pindi: montis thessaliæ: permagnus ad arcton macedonũ partẽ habet: ut ait Strabo libro nono. ad occasũ autẽ perebos: homĩes metanastas. i. nugatores cõtinet ad meridiẽ uero dolopas. Oetheo mõtis. Nil agis hac. i. q̃ iratus nolis cæsos sepeliri. nã si rogus unus humano labore structus nõ cõburet eos: certe extrema illa flãma qua oĩs mundus igne p̃ibit comburent̃ & te fuito. Tabes an rogus. h. refert: & nihil refert: an sua ipsorũ cadauera corruptione soluant̃: an dimittant̃ solui ĩ cineres. Placido natura r̃ceptat cuncta sinu: naturale est ut q̃cq̃d nascit̃ ẽt soluat̃: & oẽ compositũ ĩ sua principia p̃ueniat. Hos cæsar populos: Si nõ nũc certe tũc cõburent̃ cũ ignis oĩa corripiet ĩ extremo die. Vret. s. ignis: nã ẽt philosphi uolunt naturali quadam ratione fore ut oĩs mundus ignescat: sicut Cicero dicit &c. Astra: q̃a ignis ille terrena oĩa & cœlestia cõsumet. Mixturus quocũq;: ad quẽcũque exitũ ueniat anima tua: memento ẽt horũ animas uenturas: nam & tu moriturus es. Quocunq; idest ad quemcunq; exitum. Quia: non altius ibit tam & si assentatores dicturi: sicut animam tuam ĩ cælum ascendisse: & couersam esse in sydus cæleste. ut Virgilius. Ecce dionei processit Cæsaris astrum. Altius: q̃ horum animæ. Non meliore loco. s. q̃ illi iacebunt. Stygia nocte. Stygem transbiis: sicut alii: & fortasse profundius quia malorum omnium causa fuisti. Stygia: infernali. Libera fortunæ mors est. Non enim mors fortunæ subiacet: sed quæcunque ipsa noluerit: faciet. Capit omnia tellus: Nam ex terra omnia nascunt̃: & in terram redeunt. Cælo tegit̃: nam cælum est sepultura omniũ. Vrnam: idest sepulturam. Tu cui dant pœnas: pergit poeta ostendere quod cœperat. s. cæsarem ipsũ: q̃uis uictorẽ: tamen in deteriori conditione esse: q̃ pompeius nam ipse qui iussit cæsorum corpora insepulta iacere: fugatur a mortuis & ab his quos occidi iussit: q̃ uidelicet inhumati iaceant: ab his: qui occisi sunt: has dat pœnas: q̃ tetrum odorem eorum sustinere non possit: sed fugere cogatur. In humato funere: non. n. genus pœne est q̃ eos sepeliri prohibes. Olentes: fœtidos. Has trahe cæ. aquas: Persiste inquit in emathia si potes: sed non poteris nam ab his quos occidisti fugaberis: cum uiui te fugare nequiuerint. Thrahe: bibe. Has aquas: Quæ in emathia nascuntur. Cælo: aere. Labentes: corrupti. Tenent uict. quia fugabant uictorem cæ. Nec solum hemonii: nunc commiserationem utitur ostendens id cæsaris immanitate factum esse: ut cæsorum corpora a lupis leonibus aliisque feris & alitibus dilaniarentur: & esse facta alimenta ferarum: & est indignatio contra Cæsarem: quamuis sit & commiseratio cæsorum. Que: pro sed. Leones odorati: pro odoriferis qui odorem sequuntur. Bistonii: idest thraces. Ad pabula: idest furores cædis ubi multi iacebant in campis. Pholoem: Montem thessaliæ. Canes domestici. Latebras: nam e cubilibus suis ursi ad cadauera dilanianda uenerunt. Obscœni tecta domusque: Quia uidelicet ad humanas carnes dilacerandas uenerunt.

Et quicquid nare ſagaci: id eſt omne genus ferarum quod ſagacitatem narium habet ad hæc pabula concurrerunt. Quicquid: ſcilicet ferarum & alituum ſcilicet uenit. Sagaci: odoriſeca. unde ſagaces canes dicuntur odoriſeci. Non ſanum: id eſt infectum & declarat. Motumque: id eſt turbatum & commotum. Iamque diu uolucres: iam pridem ſecutæ bella ciuilia ueniunt: & quæ uolucres ſint dicit. Voſq; nilo: O grues inquit quæ thraciam: id eſt ſcythiam mutare ſoletis ægypto: quia ſtrimonem flu. thraciæ ſuperueniente hyeme deſeritis: & in ægyptum melioris auræ tranſitum facitis hoc uero tempore tardiores in egyptum tranſitis detentæ: uidelicet ad illecebras cadauerum. Mutare ſoletis. t. h. ſunt enim quædam aues quæ aeris temperiem amant: ſicut hyrundines: & grues tempore æſtatis in frigidioribus locis habitant: ſed ſuperueniente hyeme in tẽperatioribus. &c. Threicias hyemes: id eſt hybernum tempus thraciæ. Nilo: id eſt egypto: quia in aquis habitant grues. Ad molem auſtrum: id eſt ægyptum: nam per uentum ſignificauit regionẽ. eſt eſt enim auſter uentus meridionalis: ubi ſita ẽ egyptus. Nunquam ſe uulture: id eſt nunquã ſe ãtea uiſi ſunt tot uulturum greges. nam uultur auis eſt carnibus humanis ueſcens. Induit: impleuit. Pẽnæ: id eſt plures aues pars pro toto. Omniſq; cruenta: Et in arboribus ſidentes aues fruſtra cadauerꝝ roſtro geſtabãt equibus cruor effuſus arbores cruẽtabant. Alite: de alite cruenta ſtillauit. Roribꝫ ſan. id eſt guttis ſanguineis. Sæpe ſup uultus: hoc etiam ſæpius contigit: ut membra cadauerũ q̃ de roſtro auiũ caderent: in caput cæſaris & militũ ſuoꝝ ruerent: & non nuuqnã etiam ſigna cruentarent. Tabes: quæ iam cruor eſſe deſierat. Membraq; deiecit: quia diutius ſuſtinere non poterat unguibꝫ membra in capita militũ cadebant. Omnis populus: id eſt integra corpora multitudinis cæſæ. nõ ſunt omnia corrupta: ſed pars eorum in alituum & ferarũ nutrimenta trãſiere. Ad oſſa: id eſt ad corruptionẽ. Quæ: pro ſed. Diſcerptis: dilaniatis. In feras: in nutrimenta feraꝝ. Non intima. c. u. Et aues iam ſaciatæ uſq; ad faſtidiũ parũ admodũ guſtabant reliquã uero partẽ relinquebant intactã. Deguſtabãt artus: mẽbra tantũ: reliquã uero ptẽ nõ. Sol. id eſt calor oĩs & longitudo tẽporis in cinerẽ conuertit. Nymbi: pluuiæ. Dies: tẽpus. nã dies fœ. genere tẽpus ſignificat. Reſolutã. ſ. in cinerẽ. Theſſaliæ infœlix. Nũc inuehit̃ in ipſã æmathiã: hãc omni ſupplicio dii irati dãnarũt: ut ea oĩa cæſoꝝ corpora ſuſtineret: & reſoluta corpa ipſã macularent: ut ibi nihil naſci poſſet non cruore fœdatum hoc inquit tibi magno aliquo ſcelere contigit: ut una potiſſimũ idonea hẽreris: in q̃ tot cædes cõmitterẽtur. Nã ẽt ſi diu & æuũ durabit tamẽ nulla ipius uetuſtas hãc tibi maculã obolere poterit. Tot mortibꝫ. i. tot cæſoꝝ uiroꝝ. Quod ſufficit æuũ. i. q̃ tãta ſæculoꝝ ac tẽpoꝝ lõgitudo eẽ poterit: ut obliuiõi tradat̃ hoc nefas qđ ĩ te cõmiſſũ ẽ. q. d. nullũ. Immemor uetuſtas. i. q̃ obliuionẽ ĩducit. Demet. d. uidelic& ne his dãnis uituperis ab oĩbꝫ. Quæ ſeges. ſ. naſcet̃ in agris ſuis q̃ nõ redoleat cruorẽ cæſoꝝ. q. d. nulla. Decolor. i. deformis. Quo nõ. q. d. ĩ oĩ uõer. Violabis: quocũq; uomer̃ araberis ſẽp nomis oſſa ſemiſepulta feriet: ita ut mães cuiꝫ illa fuerit quodãmõ lædãt̃ ab agricolis. Ante. n. u. i. anteq̃ obliteret̃ pria cædes ĩ te facta o Theſſalia Altera cædes ſupuẽiet belli ciuilis. ſ. q; Octauiãus & Antoniꝫ ab una pte: & Brutꝫ & Caſſiꝫ ex altera: bella ciuilia r̃nouabũt. Sceleriq;. ſcđo: uix prius hic cruor adhuc ſiccatꝫ erit: cũ nouus cruor iteꝝ fũdet̃. Oĩa maioꝝ: dicit. n. nõ uniꝫ: aut alteriꝫ ciuitatis populos ibi iacẽr ĩ ſepultos: ſꝫ tot rõanoꝝ milia q; nuſq̃ ſepulta iacẽt. Nec ſi iqt oĩa rõanoꝝ ſepuchra euellãt: & eoꝝ oſſa q̃ ĩ his cõdita ſt̃ eruãt: nũeꝝ æq̃re nõ poteſt eoꝝ q ĩ theſſalia iacẽt uſq; ad eũ locũ tamẽ plꝫ cieꝝ arat̃. &c. ſupplet̃. n. tamẽ. Licebit. ꝓ quis. Ver. i. euertamꝫ. Buſta. m. Sepulchra antiquorum.

Deſeruere canes: & quicquid nare ſagaci
Aera non ſanum: motumq; cadauere ſentit
Iamq; diu uolucres ciuilia caſtra ſecutæ.
Conueniunt. uos quæ nilo mutare ſoletis
Threicias hiemes: ad mollem ſerius auſtrum.
Iſtis aues nunq̃ tanto: ſe uulture cælum
Induit aut plures preſſerunt aera pennæ.
Omne nemus miſit uolucres: omniſq; cruẽta
Alite ſanguineis ſtillauit roribus arbor.
Sæpe ſup uultus uictoris & impia ſigna
Aut cruor aut alto defluxit ab æthere tabes.
Membraq; deiecit iam laſſis unguibus ales
Sic quoq; nõ omnis populus peruenit ad oſſa:
Inq; feras diſcerptus abit: non intima curant
Viſcera non totas auidæ ſorbere medullas.
Deguſtant artus latiæ pars maxima turbæ.
Faſtidita iacet: quam ſol nimbiq; dieſque
Longior æmathiis reſolutam miſcuit aruis.
Theſſalica infœlix: quo tanto crimine tellus
Læſiſti ſuperos: ut te tot mortibus unam.
Tot ſcelerũ fatis premerẽt? quod ſufficit æuũ
Immemor ut donet belli tibi damna uetuſtas?
Quæ ſeges infecta ſurget: non decolor herba
Quo non romanos uiolabis uomere mãnes?
Ante nouæ uenient acies: ſceleriq; ſeccundo
Præſtabis nondum ſiccos hoc ſãguine cãpos:
Omnia maiorum uertamus buſta licebit:

Stâtes tumulos:uidelicet monuměta q̃ nondũ uetuſtate corruerũt. Et.ſ.euertamus ea buſta q̃ iã ruere cœperit ĩ natis radicibus caprifici:ubi naſci ſolet uu.el ſigaro ſaluadego. Effudere: Aperuerũt. Suas ur. ubi cõditi fuerũt. Vinctis compagibus:ſolutis iũcturis q̃obrem. Radice uetuſta.ſ.arboris caprifici: quæ eſt cauſa ut monuměta aperiantˀ. Ruricolis dentibus: dens ruricola nil aliud eſt:niſi dens uomeris. hic & hæc ruricola diciť. Nullus ab æmathio:Senſus eſt:adeo deteſtabilis fuiſſet æmathia: ſi nunq̃ alibi geſta fuiſſent bella ciuilia:ꝙ nemo ibi habitaret:nemo ſereret:nemo araret:ſed eſſet oĩo deſtituta ab humano cultu nõ aliter:quã torrida:aut frigida zona:ſed quia nõ ibi ſolũ:ſed alibi geſta ſunt bella ciuilia:iõ nõ adiudicata eſt nocẽs.Ordo uſq; ad eũ locũ ſi nõ prima nefas belli:&c. Terram:appo. Buſtũ populi romani:Quia ſepulchrũ uere romani populi appellari potes. Vmbraꝝ cãpos.i.manes mortuoꝝ Dumeta: ꝓprie ſunt loca ſpinoſa & arrida: ubi paſcere ſolẽt capræ & greges. Permittere:Cõcedere. Vellere:paſcere herbã. Nuda: ſpoliata fructu Ignota.ſ.gẽtibus:qa nemo hĩtaret. Impatiẽs limite:torridæ zonæ. Vel glacie.i.frigidæ zonæ:quem admodũ hic nemo hĩtare poteſt ꝓpter nimiũ calorem.illic propter nimiũ frigus.ita & hic nemo habitaret:ſi tu fuiſſes nõ prima:ſed ſola. Terras odiſſe nocẽtes:Vbi tãtus romanoꝝ cruor effuſus eſt ſed nũc nõ licet:qa nõ uno loco tantũ:ſed in multis regionibus romanoꝝ ſanguis ſparſus ẽ:qa qcqd multis peccať inultũ eſt. Premittis:damnatis:& damnando totũ orbem abſoluitis. Heſperiæ clades: Hæc oĩa loca ubi fuſus ẽ romanoꝝ cruor fecerunt: ut æmathia uidereť eſſe abſoluenda. Heſperiæ clades propter Gn.pom. quem una cũ exercitu ſuo Cæſar ĩ Hiſpania deleuit. Flebilis unda pachini: Vbi Agrippa auſpiciis Auguſti cæſaris Sextũ pom. magni pom.filiũ deuicit. Et mutina: Vbi auguſtuſ hyrciꝰ & Pãſa uicerũt.M.Antoniũ & multis romanoꝝ cæſis ipſũ ab obſidiõe remouerũt. Mutinæ: ubi cõſules letali uulnere ſauciati ſũt. Et Leucas: ꝓmõtoriũ Epyri:ubi Octauianuſ Antoniũ & Cleopatram bello nauali deuicit:& ibi etiã multa milia romanoꝝ perierũt hæc oĩa feceř. Puros.i.inocẽtes

Et ſtãtes tumulos:& qui radice uetuſta
Effudere ſuas uictis compagibus urnas.
Plus cinerum hemoniæ ſulcis telluris aratur.
Pluraque ruricolis feriuntur dentibus oſſa.
Nullus ab æmathio religaſſet littore funem
Nauita:nec terram quiſq̃ mouiſſet arator.
Romani buſtum populi fugerentque coloni
Vmbrarũ campos:gregibus dumeta carerẽt
Nulluſque auderet pecori permittere paſtor.
Vellere ſurgentem de noſtris oſſibus herbã
Ac uelut impatiens hominum uel ſolis iniqui
Limite uel glacie:nuda atque ignota iaceres:
Si non prima nefas belli:ſed ſola tuliſſes.
O ſuperi liceat terras odiſſe nocentes.
Quid totũ præmittis qd totũ abſoluitiſ orbẽ
Heſperiæ clades:& flebilis unda pachini.
Et mutina & leucas puros fecere philippos.

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER VIII.

i IAm ſuper herculeas fauces.
nemoroſaque tempe

Incipit Octauus Liber Lucani.

i IAM ſuper herculeas fauces nemoroſaq; tempe.Hic liber Octauus hæc cõtinet.primũ qdem pom.profectionem in inſulam Leſbon ubi Corneliã depoſuerat.Deĩde cõcionẽ pom.hĩta in Cicilia:ubi ꝑs maior ſenatus cõuenerat:cuius ſentẽtia erat ut ſe cõferret in ꝑthiã: & Parthoꝝ regẽ uires extollens contra cæſarem cõcitaret.Huic ſentẽtiæ aduerſatus eſt lentulus: & orationnem habuit romano conſulẽ dignam & in ſententiam eius ſenatuſconſultum factum eſt:ut ſe in egyptũ recipet deĩde ẽt narrať qũo põpeius poſtq̃ ĩ egyptũ uenit iubẽte ptolemeo ꝑſuaſu Fotini & Achillæ obtrũcatus ẽ poſtrẽo cõtinet ſepulchꝝ põ.cuius cadauer Codrus ĩuentũ rogo ſupimpoſuit ac ſepulturæ mãdauit. Iã ſup:deſcribit qũo põ. poſtq̃ a theſſalia diſceſſit fugiẽs metuebat ſtrepitũ oẽm:ſciebat.n.mortẽ ſuã a cæſař plurimũ ďſiderari Ordo ẽ uſq; ad eũ locũ magnꝰ agẽs &c. Sup hercu. fauceſ.i. terras & ꝑ fauces olympi mõtis & oſſæ.nã ſicuti ĩ fabulis legiť:& tamẽ hiſtoria fuit.Hercules cũ uẽiſſet ĩ theſſaliã:& uideret mõtibꝰ circũdatã uallẽ ingẽtẽ q̃ aquã ſurgẽtẽ cõtineret:adeo ut lacũ feciſſe uidereť cognouit ſi locus ille ũdis euacuatꝰ eẽt maximã ibi fertilitatẽ futurã:itaq; diſcidit olympũ ab oſſa atq; effuſa aq̃ ẽ:& ĩde diuerſa flumĩa ďriuata:quoꝝ noĩa ſupiꝰ ďſcripſit:q̃ ꝑte igř Hercules olympũ ab oſſa diſcidit:hãc fauces herculeaſ appellabat. Nẽoroſaq; tẽ.epexegeſiſ ẽ eiꝰ qď dixit fauceſ herculeaſ:ĩ æmathia.n.locus ille nõ fertilis tãtũ ſz amœniſſimꝰ fcũs ẽ Ne.q; t.loco amœna uidelic& ũbroſa & opaca.ũde ubi abũdãtia uẽit arboꝝ tẽpe appellať & ẽ græca ďcliatõ:ſed latĩ tãtũ utũť tribꝰ caſibꝰ pluralis nũeri:uiďlic& ntõ actõ & utõ ta tẽpe uertiť ĩ ita & ẽ craſſiſ qa lřa nõ ſeruať & ita lřa apď græ.idẽ ẽ qď e lõga apď latioſ:nã græci dicũt tipi noſ tẽpe

Dispendia id est uastas longitudines. Hemoniæ siluæ:quia silua thessaliæ magna est & longa. Cornipedem: equumquod corneos pedes habet.Exhaustum:defectum cursu. Stimulisque negātem:quia iam supposita calcaria sentire non uidebatur prænimia lassitudine. In certa fugæ uestigia turbat: Hoc omnino faciebat pompeius:ne loquerentur uestigia sua & ipsum deprehenderent: nunc hucnunc illuc circumagebat equum. Implicitas errore uias:uidelicet ut errorem sequentibus iniiceret. Pauet ille fragorem:Strepitum omnem:& comitum suorum.

Hæmoniæ deserta petens dispendia syluæ.
Cornipedē exhaustū cursu stiulisq; negātem
Magnus agēs:incerta fugæ uestigia turbat
Implicitasq; errore uias:pauet ille fragorem.
Motorum uentis nemorum cōitumq; suorū
Q ui post terga redit trepidūq; laterīq; timētē
Exanimat quanuis summo de culmine lapsus
Nondum uile sui precium scit sanguinis esse.
Seque memor fati:tantæ mercedis habere.
Credit adhuc iugulū:quantū pro cæsaris ipse
Auulsa ceruice daret:deserta frequentem.
Non patitur tutis fatum cælare latebris:
Clara uiri facies:multi pharsalica castra
Cū peterent:nondum fama prodente ruinas
Occursu stupuere ducis uetigine rerum
Attoniti cladisq; suæ uix ipse fidelis
Auctor erat grauis ē magno quicūq; malorū
Testis adest cūctis ignotus gentibus esse
Mallet:& obscuro tutus transire per urbes
Nomine sed pœnas longi fortuna fauoris
Exigit a misero quæ tanto pondere famæ
Res premit aduersas: fatisq; prioribus urget.
Nunc festinatos nimium sibi sentit honores
Actaq; lauriferæ damnat syllana iuuentæ
Nunc & coricias classes:& pontica signa

Nemorum:siluarum quæ uentis agitabātur. Qui scilicet: fragor Redit:id est sequitur pompeium Laterique timentem:id est saluti suæ ne a latere & a regione aliquis īuaderet. Quamuis summo de culmine:quamuis inquit aduersa fortuna illum de summo gradu deiecerit: tamen sit magno pcio a cæ.captū iri mortē suam. Lapsus.Ceciderit. De culmine:de summo dignitatis gradu. Nondum uile:immo esse pciosum. Seq; memor fati.i.pristinæ fortunæ nō dubitat ꝙ qtum pōpeius ꝓ cæde cæsaris tantūdem & cæ.ꝓ sua daret. Quantam.s. mercedē Deserta sequente: quis per occulta loca trāsiret pōpeius:ne dignosceret tāta tamē erat uiri maiestas:ut latere nō posset. Clara facies maiestas impatoria. Fatum.i.fortunā suā aduersā. Multi pharsalica castra. Dicit autem multos fugienti pom.obuiam factos esse qui Thessaliā petebāt nondum enī sciebāt uictū esse pompeiū & sibi occurrentes obstupescebāt. Nōdū.fa.pro.s.cladē pom. uulgante. Occursu:obuiam facti. Vertigine:mutatione fortunæ:& uix sperare poterant tantū cladis fuisse ut pom.cum tanto exercitu uinceretur præsertim qui superiori tempore tantus impator fuisset. Cladisq; suæ:id est uix suæ cladis erat auctor cui fidem adhiberet audientes. Grauis est: & molestus erat pompeio quicūq; sciebat cladem suam. Mallet enī ignotus eē:quā cladē acceptam digno sci a gentibus:nam sibi pudori uidebat:ꝙ post triūphos in hac ætate a cæsare uictus esset. Obscuro Ignoto nomine. Sed longi pœnas:Quia adeo nominis sui fama cōpleuerat totum orbem terrarum ut ignotus esse non posset.hæc nobilitas sibi molesta erat. For.lon.fa.id est fortuna diu prospera. Exigit pœ.idest facit hanc pœnam esse grauiorē Pondere: id est tanta mole gloriæ & nominis. Premit:aggrauat. Res aduersas: recte dicit.nā qui diu in fœlicitate fuit aduersam fortunam grauius ferre consueuit:diuturna fœlicitas est quoddā quasi onus interim aduersitate superueniente. Vrget: scilicet res aduersas. Fatisq; prioribus:uidelicet secundis:quia superiori tempore fata putabantnr prospera sed nunc magis illum premebant res aduersæ. Nunc festinatos:uidelicet ꝙ ante trigesimum annum de Sicilia de Aphrica triumphauit: parta uictoria auspiciis syluæ. Acta syllana:id est auspiciis syllæ:quia missus est in Aphricam contra Domicium quem uicit:& in Sicilia cōtra Gn.carbonem quem & ipsum superauit:& de utraque prouincia triumphauit:quia non licebat alicui de ciue triumphum ducere. Laurifere iuuentæ:Quia postea lauream coronam accepit:cum sublimis triumphali curru per urbē ueheretur hic enim erat mos qui triumphantibus præstabatur. Nunc & coricias: in mentem ueniebant pristinæ uictoriæ pompeio:quæ sibi maiorem molestiam ac dolorem afferebant. Coricias classes: id est piraticas. sex cnim mensibus mare pacatum reddidit pompeius: quod piratæ infestum fecerant. Circa Coricium ciliciæ crocum plurimum optimumque nascitur auctore Solino capitulo. quinquagesimo primo det licet cyrena:det lycia:hoc primum est spirat flagrantis: colore plus aureo est succoque citius ꝓficit ad medelā:ibi Coricus oppidū est:& specus:q mōtē īpositū maria sūmo cauat uertice: patulis hiatu āplissimo.nā deiectis lateribꝫ ī terræ ꝓfūdū nemoroso orbe āplectit̃ mediā īanitatē:uirēs ītrorsus lucis pēdētibꝫ descēsus ī eū p duo milia & quīgētos passus nō sine largo die:hic ide fōtiū assidua scaturigine

Vbi puentum ad ima primi sinus alter rursū specus pāditur:quod antrū latis primū patet faucibus:post modū in processu p angustias obscurat.In eo sacrū est Iouis fanū in cuius recessu optimo Tiphonis gigantis cubile positū accolæ credūt:Et ut libro quartodecimo refert Strabo:Specu fontē ingētem habet puræ ac nitētis aquæ in flumen exeūtem:quod mox a terra absorptū:& insolubiliter delatū exit in mare:idq aquā amarā uocant.Cilices igit pirratæ fūditus deleti fuerunt:ut eodē libro refert Strabo.primū a Seruilio refert Isaurico:quo tempore ille isaurā cepit.Postea a pom.qui supra mille & trecenta nauigi concremauit:eorū uero habitationes excidit:ex hominibꝰ qui superfuere in prœlio:alios in urbē solos deduxit hītatu:quā ille pompeiopolim appellauit:alios didymenā hominibus effœtam: quæ nūc romanorum est colonia. Et pontica signa:uidelicet uictoriā:quā de Mitrididate rege pōti rettulerat. Signa: uexilla etiā uniuersa Mitridatis cœperat ipso debellato. Sic lōgius æuū:hoc pacto inqt multis nocuit diutius uixisse. Satius eni fuisse pompeio:si ante hāc cladē i fœlicitate mortuus fuisset. Destruit:debilitat. Vita supstes:impio.i.q diutiꝰ uiuit q̄ ipiū durat. Sūma:Vltima dies. Præuertit: anteuertit:nisi mors præuenerit aduersitatē:& res late diuturna uita premūtur.ut Oui.meta.Iam stabāt thebæ poteras iā cadme uideri Exilio fœlix:sed scilicet ultima semp Expectāda dies homini est:dicīq beatus.Ante obitū nemo supremaq funera debet:sententia Solini est quā poeta usurpauit. Quisquā ne secūdis: est ne aliqs qui audeat se fœlicē dicere ante mortē.q.d.nō. Fatis.i.secūdæ fortunæ. Littora cōtigerat:Nūc aūt dicit pōpeium ad penei fluminis hostiū puenisse:qua fluminis in mare descendit:& ibi naue admodū exigua nauigare cœpisse:ut Lesbō peteret:ubi corneliā deposuerat. Peneus: fluuius thessaliæ. Aemathia clade.i.cruore effuso in cāpis philippicis. Inde ratis trepidū:cū adhūc exitū amnis puenisset:dimisso equo nauigare cœpit: sed hic ostendit quam inanes sint hominum cogitationes:& quā i fragili statu res humanæ positæ sint.Nā pom. qui classe coritiam:Siciliam:Liburnam:Ciliciam tenebat:nūc per exiguam nauiculam uehi contigit:q uix tuto per flumina nauigare potuisset:nedum per maria. Inde:post hæc:scilicet dimisso equo. Vix tuta uadis:uidelicet quæ flatum uentorum & undatione fluuium sustinere nō poterat. Trepidum id est uento timentem. Euexit:scilicet pom.uidelicet eum imperatorem cuius classis & siciliam & partem magnam Ciliciæ:Liburnæ:& epirri deuiceral.O miseram hominum conditionem. Corcyra:insula i mari ionio quam appellabant mellenam. Sinus leucadii.nā leucas est promōtoriū epyri. Cilicum dominus:id est qui ciliciam tenebat.nam cilicas:id est piratas uicit. Terræq liburnæ:quæ contigua est dalmatiæ id est sclauoniæ. Correpsit:id est simul cum sociis suis repsit:repere proprie est animalium reptilium. In alnum:idest paruam nauiculam.nam alnus ꝓprie dicitur fluuialis nauis eo q ex alno arbor cauari soleat.Pompeius ex larissa ad mare usq delatus est:eo loci paruam ingressus cymbam:cū teste Apiano ad nauigantem nauem offendisset Mitylenas peruenit. Assumpta igitur cornelia uxore:triremibus quattuor comitatus:quæ a rhodiis & Tyriis ad eum uenerant corcyram tunc quidem & libyam præteruectus est quo in loco exercitum alium & nauticos habebat apparatus ad orientem itaque cōuersus parthos ueluti ab illis opem petiturus:nulli patefacto interim consilio adire statuit:qd pene cum i ciliciam uenisset amicis rettulit.At illi a parthis abstinendum suadebant qui nuper crasso insurrexissent:& adhuc ob eius cladem elatiores spiritus haberent:nec corneliam singularis formæ mulierem in eorum potestate cōmittendam esse:maxime cum e crassis esset geta:cum in ægyptum demū ire statuisset:uel ad Iubam potius se conuertere.Amici repudiatis Iubæ rebus:utpote quæ nulli existimationis aut gloriæ futuræ essent.ægyptum ut adiret suadere non destiterunt. Coscia curarum:Quæ causa pompeium nauigare coegit ad insulam Lesbon?cornelia uidelicet ad quam nisi naue peruenire poterat. In littora:id est ad ubi reposuerat eam. Mœstior in mediis:In qua Lesbo insula o cornelia maiori mœstitia uexabaris: quam si esses in mediis thessaliæ campis.nam maiora semper pericula animus diuinat. Præsagia: prædiuinationes futuræ. Exagitant:concitant Quatitur: commouetur: nunquam quiete dormire poterat.

Deiectum meminisse pudet:sic lōgius æuum
Destruit ingentes animos:& uita superstes
Im pio:nisi summa dies cum fine bonorum.
Affuit:& celeri præuertit tristia læto.
Dedecori fortuna prior:quisquam ne secūdis
Tradere se fatis audet:nisi morte parata?
Littora contigerat:per quæ peneius amnis
Aemathia iam clade rubens:exibat in æquor
Inde ratis trepidum uen is ac fluctibus ipar:
Flumineis uix tuta uadis:euexit in altum.
Cuius adhuc remis quatitur corcira sinusque
Leucadii:cilicum dominus:terræq liburnæ:
Exiguam uector pauidus correpsit in alnum:
Conscia curarum secreta in littora lesbi
Flectere uela iubet qua tunc tellure latebas:
Mœstior in mediis quam si cornelia campis.
Aemathiæ stares:tristes præsagia curas
Exagitant.trepida quatitur formidine somnus:

Thessaliā nox omnis habet:id est per somnos sibi thessalia obuersabatur. Tenebrisq; remotis:id est exorta luce. Curris: uagaris per littora prospiciens:nunquid nauem uideres:quæ cladē nunciaret:quā tibi futurā animo persuaseras. Nutantia: uibrantia uela:scilicet uentis agitata. Quærere nequicquam Et quia timebas id quod futurū erat:ideo neminē audebas quærere de rebus in thessalia gestis: nā quādo aliquid timemus:etiam dubitamus quærere:ne id forte intelligamus: quod nolumus audire. En ratis Quæ omnia tibi indicabit etiam tacenti tibi. Tendit:dirigit uela. Nuncius tristis:Qui etiam tacens

Thessaliam nox oīs habet:tenebrisq; remotis.
Rupis in abruptæ scopulos:extremaq; curris
Littora:prospiciens fluctus:nutantia longe.
Semper prima uidens uenientis uela carinæ:
Quærere nec quicquā de fato cōiugis audes
En ratis ad nostros quæ tendit carbasa portus.
Quid ferat ignoras & nūc tibi sūma pauoris
Nuncius armorum tristis:rumorq; sinister
Victus adest coniūx.qd perdis tēpora luctus
Cum possis iā flere times:tūc puppe ꝓpiqua
Prosiluit:crimenq; deum crudele notauit
Deformē pallore ducem.uultusq; premetem
Canitiæ atque atro squalentes puluere uestes.
Obuia nox miseræ cælū luceque tenebris
Abstulit:atque aīum clausit dolor ōnia neruis
Mēbra relicta labant:riguerūt corda diuque
Spe mortis decepta iacet iam fune ligato
Littoribus .lustrat uacuas pōpeius harenas.
Quem postq̄ propius famulæ uidere fideles
Non ultra gemitus tacitos in cæsare fata
Permisere sibi.frustraque attollere terra.
Semianimē conāt̄ herā:quā pectore magnus
Ambit:& ad strictos refouet cōplexibus artus
Cœperat in sūmū reuocato sanguine corpus
Pompeii sentire manus:mœstamque mariti
Posse pati faciem:prohibet succumbere fatis
Magnus & in modicos castigat uoce dolores
Nobile cur robur fortunæ uulnere primo
Fœmina tantorum titulis insignis auorum

tibi cladē mariti indicabit. Quid perdis:nā tem/pus est flendi:noli igitur hoc tempus uacuū abire lachrymis tuis. Tunc puppe propinqua. Sed cū iā propior factus esset pompeius:& nauiculā puam corneliā uidisset ipsūq; mœstū squalida barba:& demissis crinibus intellexit ex ipso habitu uictum eē maritum. Notauit:scilicet ex habitu pompeii ap po. Crimen crudele deū:dicit deos crudeles fuisse qui pompeiū reip.amatorē uoluerint hac miseria afficere. Deformē: quia pallor faciei significabat rei euentū. Canitiē:id est barbam canā. Premētem:opprimentē. Atq; atros.q.p.Quia dū equi/taret puluis erectus totā uestē impleuerat. Obuia nox:nā statim tenebræ oborræ sunt & cecidit exa/nimis. Nox: uertigo quædam quæ nascit̄ præ dolore. Lucem:id est diem cæli Atq; animū clausit. Oppressit ut semianimis caderet. Neruis.s.con/tractis:ut quasi mortua iaceret. Ri.corda.i.præ/cordia rigida facta sunt. Diuq; spē mor.quia mori sperabat:sed decepta est quia tandem ad se rediit. Vnde Ouidius ait.Officiū fecere piū:sed inutile no/bis:Indignor miseræ non licuisse mori. Iam fu/ne ligato. Pompeius nondū aduerterat uxorem cecidisse exanimem:sed ligata naue tendebat ad in/sulam Lesbon:ubi est mitylenæ in qua corneliā po/suerat. Lustrat:circuit. Quē postq̄ famulæ:Viderūt squalidum triste & imunditia quadā oblitū: sicut his contingere solet qui in miseria uersantur elata uoce cœperunt fata pompeii recusare. Non promisere:Non concesserunt ulterius. Incessere fata:Inuehi contra fata:incesso tibi.i.inuehor tibi. Frustra q;:mortua cecidisset Quam pectore magnus.i.superueniēs complectit̄ ulnis. Cœperat in summū:& cum complexam teneret Corneliā pō/peius tandem illa ad se redire cœpit. Reuocato sanguine:qa ubi nimius calor inuaserat: statim sanguis ad cor concurrit:ut auxilio sit illi uitali mēbro ideo extremæ partes corporis desertæ a sāguine frigescunt.nūc ergo dicit cū rediisset ad se cornelia to/tus sanguis ad extremitatē corporis recurrerat. In summū cor. idest ī extremas ptes corporis. Prohi/bet succumbere fatis:& ubi uidit ad se rediisse uxorem pompeius cœpit eam consolari,nunceam reprehēdendo nunc precibus rogando. Fatis: fortunæ. Succūbere:id est uinci. Immodicos īmoderatos & nimios. Nobile cur robur:Sequitur pompeii consolatio quam uxori afferre studet cum reprehensione quod nimia animi imbecillitate a maioribus suis degeneret: nā filia scipionis erat:qui ab aphricano Sci/pione inferiore origenem ducebat:deinde ostendit unicam sibi uirtutis occasionem datam esse: neque enim alia superest uia:Vnde uirtutem suam nxor ostendere possit:nisi in miseria uiri dicit enim nondum antea fortunæ sæuitiā sensisti:& tamen cū primū asperitas se se ostēdit stati aīo deficis. Titulis insignis auoꝝ.s.scipionis filia.nā Sciplōes illi.s.supior Aphricāus & iferior uiri illustres fuert.Publi & Gn. Scipiones duo ꝓstātissimi duces fuert q hispaniā populi ro.ipio subegert & subactā dleuert. Prio uulner:Quādo āte hac fortūa nobis sæda fuit.nūc primū ī ipo ipetu fortūæ aduersæ icipis dficer ꝯtra maioꝝ tuoꝝ uirtutē

Et hẽs aditũ.i.uiã nõ aduertis hac fœlicitate mea: magnæ tibi oſtẽdendæ uirtutis oblatã eẽ occaſionem. Laudis ĩ hoc ſexu.ſ.muliebri nullũ ẽ maius argumẽtũ laudis: ꝗ miſeriã uiri ſi fortiter uxor tulerit: non enĩ ipſa põt ex admĩſtratiõe reipu. laudẽ aliquã compare. Nõ legũ iura.ſ.ĩ regẽda repu. Nec arma.ſ.in exercenda diſciplina militari. Cõiunx miſer: ẽ ſola materia mulieri: ut laudẽ acꝗrat ſi eius miſeriã fortiter tulerit. Erige mentẽ: uidelicet excita aĩum tuũ. Et tua cũ fatis.p.d.i. pietas tua erga me uirũ tuum miſeria cõfectũ pugnetur cõtra fortunã. Et ipſũ ꝙ ſũ uictus ama: Cũ ĩ fœlicitate me poſitũ amaueris: nõ poteſt ĩtelligi: utrũ amor ille uerus eẽt: nec ne. nunc ãt ſi me amabis: nihil dubitatiõis erit: ꝗn me ames. A me ꝙ faſces.i. honores cõſulis diſceſſerũt: uidelicet ut me nõ cætera ornamẽta amare uidearis. Faſces: dicti a faſciculis uirgarũ: nã lictores præferebãtur cõſulis ſecuris ĩ tergo portãtes: qbus uirgarum faſciculi erãt alligati. Tãta manus: ideſt tãtus comitatus. Ideo ĩcipe magnũ ſola ſequi: Modo tu ſola ſeq debes põpeiũ: qa antea me ſequebãtur ſenatuſ tot reges: tot tãtæꝗ clientelæ. Deformis adhuc: ſẽſus ẽ: Turpe eſt tantũ dolere adhuc uiuente marito ut dolor augeri nõ poſſit in morte ſua: & declarat quod dixit deformis dolor uidelic&. Sũmus & augeri uetitus.i. cui aliqd accedere nõ poteſt. Vltia.ſ. poſt mortẽ uiri. Tu nulla tuliſti: ꝙ ego uictuſ fuerim: nihil ad iacturã tuã ptinet: nã hẽs uirũ tuũ incolumen: quẽ amabas: & amare debueras: ſed ſi ita tu luges quaſi me amiſeris tũc oĩbus oſtẽdes ꝙ nõ me: ſed ornamẽta mea potius amabas. Viuit poſt prælia magnus: & ĩcolumis eſt: ergo aliud quærere nõ debes. Quod defles illud amaſti: uideris enĩ amare fortunã ſecundã: quã amiſi: quãdoqdem me incolumi tantopere doles. Vocibus his: nunc dicit quẽ effectũ habuerit cõſolatio põpeii apd̃ uxorem. Correpta: caſtigata. Vix ægra: Quia iam ꝑ lapſa ceciderat. Rũpente: ꝑ erũpente: emittente.

O utinã ĩ thalamos: cũ lachrymis legendũ ẽ o utinã inqt nupſiſſem cæſari: ut ĩ domũ ipſius fortunã aduerſã tuliſſem quãdoqdem auctor eẽ debui maritos meos facere infœliceſ. Inuiſi: odioſi. Et nulli læta marito: immo triſtis: ſicut tibi. & craſſo ĩpatori adoleſcẽti: q ſub cæſare militauerit ĩ gallia: ſub quo cæſare anteꝗ corneliæ matrimonio ſe iũxiſſet bellicis rebus magnã gloriã & laudẽ cõſecutus fuit Craſſus pater eius prouĩciã Parthiã & Aſiã obtinuit: cũ tamen Rex parthorũ nullã iniuriã populo Romano feciſſet: ſed hæc cã tãtũmodo ad bellũ impulit craſſum: qa cupiebat aurũ eius auferre: cuius auidiſſimus erat & ĩ cõparãdo exercitu filiũ ſuũ a militia cæſaris deduxit: & cũ in parthia ueniſſet quia parũ cautus imperatoꝛ eſſet in inſidias præcipitatus ẽ: & ſagittis parthorũ obrutus. Bis nocui mundo.ſ. ſemel craſſo: nũc tibi o magne. Pronuba: dicitur illa quæ ſpõſã comitatur pria nocte in thalamũ uiri. Herynis: una ex furiis inferni dicit fuiſſe pronubã quæ ſe in thalamos primũ craſſi: deinde pom. comitata fuerit. Vmbræ.ſ. duxerũt.i. umbra mariti mei Craſſi & pater eius. Manibus: ſcilicet ĩferorũ eandem fortunã o magne habes: quã craſſi hũerũt in aſſyria. Aſſyrios: nam parthia ẽ aſſyriæ pars ubi Ninus regnauit. Manibus.ſ. craſſi aĩabus mortuorũ cæſorũ. Præcipites: po.ſ. parthicos. Dedi. feci: A cauſa meli.9 id eſt honeſtiori. Coniunx: ſcilicet pom. Indigne tha. uidelicet quod meruerat fœliciorem uxorem ducere. Hoc iuris: uidelicet ut te opprimet. Caput: ſcilicet tanti uiri qui ſemper uictoriam ex hoſtibus conſequi uſus fueris. Nunc accipe pœnas: id eſt cũ tibi tãtũmõ iũcta ſũ: ſũe pœnas de me. Quas ſpõte luã: Ego libẽs ĩqt patiar pœnas: ut me mortua ĩcipiãt tibi uẽti eẽ ſecũdi: cũ nauigaueris: ſcis iõ me comite oĩa tibi aduerſa fuiſſe. Molli9.i. trãqlli9. Certa.ſ.r.ſ. ut reges fideles ſint tibi. Orbis: obſequẽs erit tibi ſi ego piero. Sparge.m.i. fluctib9 maris ĩmerge me.

Frãgis? habes aditũ mãſuræ in ſæcula famæ.
Laudis in hoc ſexu: non legum iura: nec arma
Vnica materia eſt coniunx miſer: erige mentẽ
Et tua cum fatis pietas decertet & ipſum
Quod ſũ uictuſ ama nũc ſũ tibi gloria maior
A me quod faſces: & quod pia turba ſenatus
Tãtaque diſceſſit regũ manus incipe magnũ
Sola ſequi deformis adhuc uiuente marito
Sũmus & augeri uetitus dolor: ultima debet
Eſſe fides lugere uirum tu nulla tuliſti
Bello damna meo: uiuit poſt prælia magnus
Sed fortuna perit: quod defles illud amaſti.
Vocibus his correpta uiri: uix ægra leuauit
Membra ſolo: tales gemitu rũpente querelas.
O utinam in thalamos inuiſi cæſaris iſſem
Inffœlix coniunx & nulli læta marito:
Bis nocui mundo: me pronuba ducit erynnis
Craſſorumꝗ umbræ: deuotaꝗ manibus illis
Aſſyrios in caſtra tuli: ciuilia caſus.
Præcipiteſꝗ dedi populos: cunctoſꝗ fugaui
A cauſa meliore deos: o maxime coniunx:
O thalamis indigne meis: hoc iuris habebat
In tantum fortuna caput? cur impia nupſi
Si miſerum factura fui? nunc accipe pœnas:
Sed quas ſpõte luã: quo ſit tibi mollius æquor
Certa fides regum: totuſque paratior orbis
Sparge mari comitem: mallẽ fœlicibus armis

Dependiſſe caput.i.caput meũ dediſſe neci. Armis fœlicibus:cũ adhuc eẽs infœlicitate. Nũc clades Quádo nõ perii adhuc te fœlicitate utẽte:peream certe:ãte q̃ oĩo te ſæua fortũa premat. Luſtra:purga clades tuas morte mea. Vbicũq; iaces:cõuertiť ad iuliá ades nũc o ulia ſi irata es põpeio q; ei nupſerim & nũc morte mea patrẽ tuũ cæſarem placa ne amplius ſæuiat cõtra pom. Crudelis:Quæ nimiũ ſæuis contra uirũ tuũ:quia irata es:q; ego nupſerim põpeio. Exige:ſume pœnas de me. Pellice.ſ.eme.pellex proprie diciť quæ alieno uiro cõiungiť:& diciť a pelliciendo:q̃a bláditiis pelliciat ad ſe alienũ uirũ.

Dependiſſe caput: nunc clades deniq; luſtra.
Magne tuas:ubicunq; iaces ciu libus armis
Noſtros ulta toros ades huc:atq; exige pœnas
Iulia crudelis:placataq; pellice cæſa
Magno parce tuo.ſic fata iterumq; refuſa
Coniugis i gremiũ:cũctorũ lumina ſoluit
In lachrymas:duri flectũtur pectora magni.
Siccaq; theſſaliæ confudit lumina leſbos
Tunc mitylenæum pleno iam littore uulgus
Affatur magnũ.ſi maxima gloria nobis
Semper erit:tanti pignus ſeruaſſe mariti.
Tu quoq; deuotos ſacro tibi fœdere muros
Oramus ſocioſq; lares dignare uel una
Nocte tua:fac magne locũ:quẽ cũcta reuiſãt
Sæcula.quẽ ueniens hoſpes romanus adoret.
Nulla tibi ſubeũda magis ſunt mœnia uicto
Oĩa uictoris poſſunt ſperare fauorem.
Nec iã crimẽ habẽt:q̃d quod iacet ĩſula põto
Cæſar eget ratibus:p̃cerũ pars magna coibit
Certa loci:noto reparãdũ eſt littore fatum.
Accipe tẽplorũ cultus aurumq; deorum
Accipe ſi terris ſi puppibus iſta iuuentus
Aptior eſt tota quãtum ualet utere leſbo.

Cũctorum lumina ſoluit:id eſt lachrymas omnibus commouit: qui aderaat : quia plena commiſerationis erat. Refuſa:reuoluta. In lachrymas duri:& ipſe pompeius: qui fortiſſimus erat: & qui ſine lachrymis cladem pharſalicam tulerat lachrymas temperare non potuit. Sicca: id eſt ſine lachrymis. Leſbos: uidelicet Cornelia quæ in Leſbo erat. Cõfundit:p̃turbat. Tũc Mityleneũ: poſtq̃ pompeius corneliã uxorẽ p̃pemodũ cõſolatus eſt: & ad ferendã fortunã fortiter excitauit: iamq; oĩs Mitylenæ populus ĩ littora effuſus erat:ut honoris gratia pompeiũ exciperet:& ipſũ orare ĩſtituerat ut una nocte in urbẽ ſuam p̃noctare uellet.Hãc Mitylenorũ inuitationẽ põpeius gratiſſimã hũit:Sed excuſauit celeritatẽ ſuam q; in ea re ipſis morem gerere nõ poſſet cũ maiora ſibi negocia ĩminerẽt. Mityleneũ uulgus poſſeſſiuũ ẽ p̃ primtĩo nã mitylenẽſe dicere debuit ſicut a Verona ueronenſis:ſed non nuuquam poetæ ĩmo etiam oratores & hyſtorici poſſeſſiuum pro primitiuo ponere conſueuerunt Formatur autem in græcis nominibus poſſeſſiuũ hoc modo.Nomen deſinens in Η græcnm mutat ai diphthongũ in e conuerſa & addita os facit apud græcos:apud latinos addita us faciunt poſſeſſiuum ut Ηchirini τηϲ chirinis ai diphthongum ĩ æ mutatur in eos:ut chirineos:nos dicimus cyreneus neaum.& ſic de cæteris:eodẽ modo Mityleneus. Si:p̃ quia. Tãti pignus ſeruaſſe mariti:uidelic& uxorem uiro acceptã & obſequentẽ:nã nil carius eẽ poteſt uxore obſequẽti uiro. Tu quoq;.i.ſimilr̃ ſicut uxor diu apud nos hĩtare dignata fuit. Deuotos: deſtinatos & tibi deditos. Lares:uidelic& ædes ueſtras.Nã & lares domeſtici ſunt dii. Vel:pro ſaltẽ nã polyſemus ſermo ẽ uel ſignificat aut:etiã:& ſaltem:ut hoc loco:uel p̃ certe nõnunq̃ poniť. Fac magne locũ.i.cuius deſiderio uideant ueneratione quadam ſeruatæ fidei quot in rebus aduerſis fidem tibi ſeruauit. Adoret:uidelic& reuerentia quadam:q; fides apud nos inuiolata p̃ſtiterit in rebus aduerſis & rationes affert cur hoc facere debeat pompeius:Quia. Omnia uictoris:Cætera oppida ſi te non acceperint ſperare poſſunt Cæſaris gratiam:at uero nos iam in culpa ſumus:quia uxorem tuam fideliter ſeruauimus. Omnia:ſcilicet alia mœnia. Poſſunt ſperare fauorem:uidelicet ſi te non acceperint. Hæc ſcilicet noſtra. Crimen:id eſt culpam habent:quia ſeruauimus tuam uxorem: quid ſcilicet dicendum eſt ad hoc quod põto tuta eſt iſula noſtra in medio mari poſita:& Cæſar naues paratas non habet:ut ſe huc conferat.Alia ratio cur tutius habitabis in lecto una cum cornelia. Procerum pars magna co.Deinde ſi comites uis habere ſenatores:qui ſuperſtites ſunt:dubitare non potes:quin huc omnes ueniant ſciunt:enim hic corneliam & uerisſimiliter te quoque recepiſſe. Coibit: ad hãc noſtram urbem Leſbon.

Fatum: pro fortuna tua. Noto:tibi ac tuis. Accipe templorum cultus:& ut intelligas quo erga te: animo ſumus:parati ſumus omnia in tuam poteſtatem committere:templa quoque deorum cum ornamentis auro & atgento & quicquid ibi eſt tantummodo eſſe uolumus. Cultus: ornamenta templorum: aurum:ſcilicet accipe quo ſimulacra deorum ornata ſunt. Si terris ſi puppibus:iuuentutem noſtram ſcito tibi obſequentiſſimam eſſe ſiue mari:ſiue terra:uſum ipſius accipere malis: nam quia in mari erant:maritimis rebus aſſueti erant. Terris: id eſt terreſtri bello. Puppibus: uidelicet nauali bello.

Hoc solū crimen meritæ bene detrahe terræ
Ne nostrā uidere fidem felixque secutus
Et damnasse miser:tali pietate uirorum
Lætus ī aduersis:& mundi noīe gaudens
Esse fidē:nullū toto mihi dixit in orbe
Gratius esse solū:nō paruo pignore uobis
Ostendi:tenuit nostros hac obside lesbos
Affectus hic sacra domus charique penates
Hic mihi roma fuit nō ullo in litore puppē
Ante dedi fugiens:sæui cū cæsaris iram
Iam scirem meritā seruata coniuge lesbon
Nō ueritus tantā ueniæ cōmittere uobis
Materiā:sed iam satis est fecisse nocentes.
Fata mihi totum mea sunt agitanda ꝑ orbem
Heu nimiū fœlix æterno nomine lesbos.
Siue doces populos r̄gesque admitter̄ magnū
Seu præstas mihi sola fidē:nūc quærer̄ certū ē
Fas q̄bus in terris:ubi sit scelus:accipe numen
Si q̄d adhuc mecum ē uotorum extrema meoꝝ
Da similes lesbo populos q̄ marte subactum
Nō intrare suos infesto cæsare portus.
Nō exire uetent:dixit mœstamque carinæ
Imposuit comitem cunctos mutare putares
Tellurem patriæque solum:sic litore toto
Plāgitur īfestæ tendunt in æthera dextræ.
Pōpeiumque minus:cuius fortuna dolorem
Mouerat:ast illā quā toto tempore belli
Vt ciuem uidere suam discedere cernens

Hoc solūm crimen:unū est quod præcæteris te exoratū uolumus uidelicet ut hanc suspitionē de nobis adimas: Ne dū fœlix eras uidearis nobis esse confusus:tunc uidelic& cū apud nos uxor tua fuit:post uero acceptam cladē:cū iam te aduersa premere incipiant:nobis confidere nō posse uideare:nam si nostra mœnia intraueris:nullā huiusmodi suspitionē habebimus. Crimen:id est culpam & suspitionem. Benemeritæ terræ:scilicet nostræ:q̄ de te benemerita est. Fœlix:dum in fœlicitate eras. Miser: postq̄ in miseriā uenisti suspectā habere existimes fidem nostram. Tali pietate uirorū: hæc oratio plena liberalitatis fuit Mitylenorū:nunc dicit q̄ grata fuit pompeio eorum pollicitatio. Lætus: responsio pompeii est dicētis q̄ grata sit mihi Ciuitas uestra:ex hoc cognoscere potestis: quod pignus apud uos: quod carius esse potest:reposueri. Noīe.i.cā. Cicero in secūdo epistolarū.Quā̄q̄ me noīe neglīgētiæ: id est causa. Nomine mūdi:uidelicet ꝙ in aliqua mūdi parte fides inueniretur & esse dicatur. Solū nullā terrā. Lesbos tenuit affectus.i. amores nostros seruauit. Hac obside:demōstrantis est:Nā ostendit corneliā. Hic:in īsula Lesbo. Sacra do.declarat. Sacriꝙ penates:hic mihi Roma fuit:nam lesbon loco urbis romæ habui. Non ulla in littora:Præterea non solum ex hoc cognoscere potestis quod uobis commendauerim Corneliam me uos amare:uerum etiam ꝙ uictus statim ad uos me recepi:ut facile omnibus apparere possit: quantam uobis fidem præstiterim. Cæsaris iram: colligebam ex eo ꝙ meam comitem seruaueritis meruisse uos:ut Cæsar uobis iratus esset. Tātam ueniæ materiam:id est tantam occasionem beneficii:nam ueniam pro beneficio posuit:ut Virgilius. Satis est fecisse no.uidelicet ꝙ cæsarem uobis infestum fecerim collocando corneliam apud uos. Fata mihi totum:nunc maiora instāt:uidelicet ut experiar totum orbem:quæ nam sit fortuna mea:& nunquid apud alias gentes fidem inueniam? Agitanda:cōmouenda. Heu nimium fœlix:nam si alii fidem seruabunt: fœlix es ꝙ omnes exemplo tuo fecerint Sin aliter fides tua præstātior erit ꝙ solā fidem seruaueris. Heu:ē quasi admirātis. Siue doces populos.s.seruare fidē exēplo tuo. Admittere:recipere pōpeiū sicut tu. Nā quærere certū est:Quia cōstitui quærere ubi iustitia sit:& iniustitia. Iustitia si me seruauerit:& accepint fideliter.Iniustitia & impietas:si cōtra me ꝑditōe utētur. Fas:iustitia. Scelus.i.ꝑfidia. Accipe nomē:nūc suā orationē ita cōcludit pōpeius:ut primū deos obtestet̄: siquis adhuc deus mecū est quasi oēs alii a me discesserint: illū orato : ut faciat mihi alios populos nō aliter seruare fidē q̄ Lesbos seruauit:ut siue intrare uelim siue exire mihi semper limina pateant. Numen:id est deus. Non intrare:utrūꝙ dixit non uetent ītrare nec exire: sicut fecit Lersbos:nā Ptholemæus non uetuit intrare sed uetuit exire:quia iussit eum occidi. Subactum: domitum. Mœstamꝙ carinæ impo. cum Pompeius discederet cum comite sua:non aliter lachrymas de digressu suo mitylenei dabant q̄ si oēs relicta patria in alienas regiones migrarent. Mutare tel.ire in exilium. Sic:id est usꝙadeo plangitur.
Infestæ:iratæ aduersæ:sicut fieri solet.o dii qui mihi hunc tantum uerum tanta miseria & calamitate præstitistis. Pompeiumꝙ minus:tā& si ipsis molestus fuerat discessus pompeii:tamen aliquanto molestius discessum Corneliæ tulerunt ob humanitatem & liberalitatem mulieris:cuius uirtute ac mansuetudine omnes sibi deuinxerat. Minus:quam Corneliam: Cuius fortuna:Tam& si ipse auctot erat & causa doloris. Quā toto tēpore:Nā commiseratione ipsius mouebātur populi oēs:ꝙ uidelic& de sūmo & grādi loco ad tātam calamitatem deuēisse Dominæ:q̄a ita complectebātur eam quasi una conciuis esset.

Quam si:nec mirũ si in discessu ipsius fleuere matronæ: nam etiam si uirũ fecisset uictorem: non po/terant uidere illam sine lachrymis discedere:quanto ergo magis uicto uiro suo. Si:pro quis. Peteret ca.m.uidelic& si ad lætitiã iret nõ ad mœrorẽ:& reddit ratõem. Tãto.d.amore:quia diuersis uirtutibus suis Cornelia omnes sibi miro quodã amore deuinxerat. Deuinxit:coniunx. Castiq; mo. uultus:quia innatã uultu habebat quandam modestiã:& cũ oẽs dignitate præstaret:humilibus quibusq; par esse uideret. Sũmissa:remissa:qa se humilib₉ æquabat. Nulli grauis:imo suauis:q̃ adhuc ĩ fœlicitate eẽt. Turbæ ignobili:uulgo & multitudini. Stãtis adhuc fati: quis adhuc esset in fœlicitate. Iã pelago medios: describit tempus quo pompeius nauigans:animũ ĩ diuersas curas iactabat:animo considerãs an urbes peteret:an reges:an populos: & secum animo uoluens qiubus magis crederet:dicit enim non omnino ad occasum descenderat sol:quia dimidius solis erat in hemisperio nostro: & in hemisperio inferiori:tum quum aduersis curis animus pompeii distrahi cœpit:ad quos ꝑficisceretur populos. Nec quibus abscondit:scilicet nobis. Nec si quibus exerit:id est aperit antipodis:secundum uulgares phi losophos loquitur:dicunt antipodes esse:uidelicet qui pedes nobis obuersos habẽt:& quum sol abest hemisperio nostro ad hemisperium terrarum nobis oppositum descendit.hic nox efficitur:illic uero dies & e contra:si uerum est. Ad medios ignes.i. ad medios orbes igneos:quia igneus est sol. Nũc aliquãdo. Adeũt.i.intendunt ad urbes. Socias romani fœ.i.coniunctas fœdere romanis. Varias mentes.r.q; reges solent uarii esse atq; diuersi. Inuia arua:& declarat uidelic& super nimios soles.s. in libyam. Austrumq; iacentẽ.i.depressũ respectu septẽtrionis:nam auster uentus est meridionalis:ubi posita est libya & ægyptus. Sæpe labor mœstus:aliquando etiã nitebatur obliuisci huiusmodi curarũ & loquebatur cum gubernatore nauis: petebatq; quibus stellis uteretur nautæ cũ in diuersa loca nauẽ intendere uellent:ut iterea deponeret curas. Mœstus curarũ.i.propter curas sicut dicimus fessus rerũ. Odiumq; futuri.s.fati.i. gentibus & regibus. Fessos æstus:æstus appellat cogitationes

Ingemuit uulgus.quã uix si castra mariti
Victoris peterent siccis dimittere matres.
Iam poterãt oculis tãto deuixit amore.
Hos pudor hos ꝑbitas:castiq; modestia uult₉
Q̃d sũmissa nimis nulli grauis hospita turbe
Stãtis adhuc fati uix quasi cõiuge uicto.
Iam pelago medios titan demissus ad ignes.
Nec quib₉ abscõdit nec si quibus exerit orbẽ
Totus erat uigiles pompeii pectore curæ:
Nũc socias adeũt romani fœderis urbes.
Et uarias regũ mentes:nũc inuia mundi
Arua sup nimios soles: austrumq; iacentis:
Sæpe labor mœstus curarũ: odiũq; futuri
Proiecit fessos incerti pectoris æstus.
Rectorũque ratis de cũctis cõsulit astris
Vnde notet terras: quæ sit mẽsura secandi
Aequoris in cælo:syriã quo sydere seruet
Aut quotus ĩ plaustro libyã bene dirigat ignis
Doctus ad hæc fatur taciti seruator olympi.
Signifero quæcũq; fluunt labentia cælo:
Nũquã stãte polo:miseros fallentia nautas:
Sydera nõ sequimur:sed qui nõ mergit̃ undis

& fluctuationes mẽtis ambiguas:& comparat fluctibus maris:sicut Virgilius: Aeneas uario curarũ fluctuat æstu. De cunctis astris:uidelicet quibus stellis utitur in nauigatione. Vnde:a quibus astris. Secandi æquoris.i.nauigandi:nam ex syderibus & mensura stellaꝝ itelligũt nautæ qua pte maris: & quãto spatio nauigauerit & nauigaturi sint. Syriã quo sydere:dic mihi qua stella nauigatur in syriam.nam tẽdebat in syriã:ut senatus sententiã illius audiret. Libya.i.q̃ stella dicitur nauigari in libyã:nã nauigabat ĩ libyam pompeius ad regem Iubam:hoc ideo dicit arctophilax:id est minor ursa:quæ habitat in sella ipsius plaustri:solet ostendere nauigationẽ maris nautis. Quotus ignis:nã maior ursa meridiẽ uersus ambitur a cauda serpentis:sed minor ursa septemtrionem uersus ambitur a capite serpentis:nunc ergo dicit quotus ignis:quia serpens iste septem stellas habet:quæ imaginem ipsius ostendunt:habet unam in humero:alteram in pectore:tertiam ĩ dorso:quartam in uentre: tres autem in cauda. Sunt etiam aliæ stellæ lucentes:quæ has septem præcedunt:sic dictæ quod semper uideant̃:unde stella est quam uulgo occiduam uocant:per antiphrasim:quod nunquã occidat hanc dicunt astrologi esse sole ualde maiorem:quamuis non ita uideatur:nam remotissima est a nobis:ut nec splendorem suum ostendat:& ita nobis per exigua apparet. Quotus ignis:in prima uel in secunda uel in tertia in plaustro. Doctus ad hoc fatur: introducit nunc respondere pompeio gubernatorem nauis qui peritus erat eiusmodi artis. Seruator taciti olympi:idest nocturni cæli. Signifero cælo:id est stellato: nolim existimes me o pompei seruare stellas omnes:& præcipue errantes:sicuti nõnnulli gubernatores qui ita errãt sicut & illæ:sed tantummodo stellas septemtrionales polum uertentes:quæ nunquam occidunt. Polo:cælo:pars pro toto:quia polus nunquam stat:sed semper uertitur in contrariam partem. Labentia:id est errantia.

Axis inocciduus gemina clarissimus arcto
Ille regit puppes: hic cum mihi semp in altum
Surget & istabit sūmos mior ursa cheruchis
Bosphoron & scythiæ curuātē littora pontū
Spectamus: quicqd descēdit ab arbore sūma
Arctophilax propiorq̧ mari cinosura feretur
In syriæ portus tendat ratis: inde canopos
Excipit australi cælo cōtenta uagari
Stella timēs boream: illa quoque pge sinistra
Trās pharon: i medio tāgit ratis æquor syrtim
Sed quo uela dari: quo nūc pede carbasa tēdi
Nostra iubes dubio cōtra cui pector magnus
Hoc solū toto respōdit in æquore serua
Vt sit ab æmathiis semp tua longius horis
Puppis: & hesperiā pelago: cæloque reliquas
Cætera da uētis comitē pignusque recepi
Depositū tū certus eram quæ littora uellem
Non portū fortuna dabit: sic fatur at ille
Iusta uela modo pendētia cornibus æquis
Torsit: & i leuum puppim dedit utque secaret
Quas asiæ cautes: & q̄s chyos asperat ūdas

Axis inocciduus: uidelic& septētrionalis uulgo la tramontana: quia nūquam occidit. Gemina arcto uidelic& maiori ursa & minori: Maior ursa ut ante dictum: meridiem uersus ambitur cauda serpentis: nam cauda in serpentis modū per utranq̧ uersa fluit: minor uero ursa capite cingitur hæc minor ursa helice appellatur: & diuersis noībus. s. cinosura: Arctophilax: arctusa: minor uero phœnix: eo q̧ phœnicibus luxit nauigātibus: ut illud Ouidii: Esse duos arctos quaꝝ cinosura petatur: Sidonis heliacē graia carina tenet: uidelic& minorē ursā. Hic. s. axis. i. minor ursa quæ plaustrū uehit. Sūmis cheruchis: cū ursa mior uidebit pꝑēdiculariter i sūmitate mali ferr plaustꝝ nūc nobis cursus erit in bossorū nā duo sūt. s. bossori bizātii & scythiæ. bossorus dr tātūmodo bizātii: eo q̧ Iuppiter i formā bouis cōuersus uexit Europā de phœnicia in græciam: & de nomine puellæ appellauit Europam tertiam orbis partem: in qua ēt Italia. unde ad similitudinem illius est bossorus scythiæ appellatus. At ut inquit Strabo os byzantiacum thracius bossorus appellatur. Cimerius uero bossorus dicitur quodcūq̧ meotidis paludis ostium continet: dictum cimerius quasi cimbricus: q̧ cimbri errabundi militiam suam ad meotim usq̧ agitarint. Pontum: insulam in qua Mitridates regnauit. Cheruchis: significat summitatem mali: nam cheris to cheratos: significat cornu: nam āthenæ habēt cornua. Virgilius: Cornua uelatarum obuertimus ātenarum. schon ē participium huius uerbi schoo & a cheron schon componitur cherascon. Quicquid descendit ab arbore summa: respondet ad illud qđ pom. petierat superius: scilicet syriam quo sydere seruet: sed cum nō nihil plaustrum declinauerit a summitate mali: tunc petimus syriam. Proprior mari: idest quantuluncūq̧ plaustrum declinauerit a summitate mali: & capite: ferire uidebitur maris undas: tunc spectamus syriam & eo nauē dirigimus. Cinosura: quam superius appellauit arctophilacem nunc cinosuram uocat ad similitudinem: uidelicet minorem ursā. Proprior ma. unū sequitur ex reliquo: nā q̄to magis declinat a sūmitate mali. tāto magis uidet approipquare mari. Inde canopos: uulgo qdā existimant canopū eē stellā lucētē: quia uidelicet ē nominatiui casus: & respiciunt ad: illud inde canopos excipit: sed ego nō sic sentio & intelligo canopos. uidelicet ægyptiacos a parte illa ægypti: quæ canopos dicta ē a canopo gubernatore Menelai ibi submerso & intelligo. Stella timens boream: maiorem ursam. quare timens boream: quia nisi cursum ad meridiem uersus tendat: timet boream quo spirante densantur nubes: quibus illa obscuratur nam cum sit in australi plaga meridiem uersus timet plagam. Trans pharon: idest ultra ægyptum: respondet ad illud quod interrogauerat pompeius: uidelicet qua stella meridiem petat. Illa sinistra: scilicet maiore ursa existente in parte sinistra. Syrtim: cui contigua est ægyptus. Sed quo uela dari: cum pompeius & gubernator nauis ita inter se quasi confabularentur: de signis cælestibus quæ: nautæ seruare consueuerunt: & ad omnia quæ pompeius quæsierat rspondisset: postea interrogauerat: eum quam in partē potissimū nauigare deberet: ad hæc pōpeius respōdit icertus ad quē locū prius nauigare: quocunq̧ inquit nauem & cursum dirigito dummodo procul a campis æmathiis nauiges: nos deinde i fluctus fortuna reget. Quo: in quam partem iubes uela dari. Quo nunc pede. c. t. idem dicit: nam uela dari: & carbasa tendi ide ē. Carbasa: uela sūt dicta a gener lini subtilissimi qđ ita appellat: quo texunt uela. Quo pede: dicit morē nautaꝝ nā pede ītēdūt rudētes qbo uela ꝑ uolūtate nautaꝝ uertunt. Cōtra: ex aduerso respōdit pō. Dubio pectore: incerta mēte: nō eni satis deliberauerat quo potissimū iter teneret. Hesperiā: uidelicet italiam: neque in æmathiam nauem dirigere uolebat. Pelago: nauigando. Cælo: sydera cōsyderando. Da: relinque. Pignus: scilicet Corneliam. Tunc certus eram: scilicet ante q̄ uxorē accepissem certus eram quo nauigabam. uidelicet in insulam Lesbon: nunc uero scio quæ loca fugiam: quæ autem petam nescio. Sic fatur: pompeius & gubernator ab his regionibus auertit nauē: quas attigere pō. nolebat. Iusto: recto modo pro uoluntate nauigātis. Dedit: legauit i ꝓrā. Quas asinæ cautes.

Vt per mediã aſinã & chion nauigaret. Aſina terræ pagus argiuæ:penes lacedemoniã:naupliam: ut refert Strabo libro octauo.ex ea inquilini in meſſeniũ agrũ cõmigrarunt:eodẽ quo Aſina oppidulũ argolicũ uocabulo nuncupata dryopũ domiciliũ & Aſinã fuiſſe memorant qui ex uicinis ſperchio locis extitere: Euxinus põtus ẽt Aſinos ante appellatus ẽ:ut refert Solinus cap.xxxvi. Aſperat undas:nã ubi ſcopulus eſt ibi ẽt unda maris eſt aſperior. Chios:alia inſula.Eretrienſes auctore Strabone libro decimo. Chios itẽ tenios Andrioſq; ſuæ ditioni in ætholia ſubiectas hũere. Verum ut libro quartodecimo idem ſtrabo refert.

Hos dedit in prorã:tenet hos in puppe rudẽtes
Aequora ſenſerunt motus:aliterque ſecante
Iam pelagus roſtro:nec idem ſpectãte carina
Mutauere ſonũ:non ſic moderator equorum
Dexteriore rota leuum cum circuit orbem
Cogit in offenſæ currus accedere metæ.
Oſtendit terras titan:& ſydera texit.
Sparſus ab æmathia fugit quicũque procella
Aſſequitur magnũ:primuſque a littore leſbi
Ocurrit natus:procerum mox turba fidelis:
Nam neque deiecto fatis acieque fugato.
Abſtulerat magno regeſ fortuna miniſtroſ
Terrarum dominos:& ſcœptra eoa tenentes
Exul habet comites:iubet ire in deuia mundi
Deiotarum:qui ſparſa ducis ueſtigia legit.
Q uando ait æmathiis amiſſus cladibus orbis
Q ua romanus erat ſupereſt fidiſſime regum
Eoam tentare fidem:populoſque bibentes
Eufratem:& adhuc ſecurum a cæſare tigrim
Nec pigeat magno quærentem fata remotas
Medorũ penetrare dõos:ſythicoſque receſſuſ
Et totum mutare diem.uoceſque ſuperbo

Chius circum nauigationẽ habet ſtadiorũ nungentorũ:ſi quis ſecus terram deferatur:ea urbẽ & portũ optimũ hẽt & nauale:nauiũ octuaginta Chii olim claſſem hũere & maris imperiũ & libertatẽ ſibi uẽdicauerũt e Chio ĩ leſbũ uento auſtro ſunt ſtadia circiter quadraginta. Viri e Chio elegãtes fuerũt Ion tragicus:& Theopompus hiſtoricus & Theocritus Sophiſta. Motus .ſ.nauis nã pro mutatione uelorum mutata eſt nauigatio. Aliter:alio modo
Secante: nauigante. Roſtro.i.prora. Idem.ſ. mare quod ante. Sonũ.ſ.uelorũ ſtrepitum & nauigationis. Non ſic moderator:Dicit nõ maiore arte aurigam ferre currũ circa metã in ludis olympicis q̃ hic gubernator obuertit nauẽ cõtortis uelis
Moderator equorũ.i.auriga:nam ludis olympicis ad metã currebat̃ curru:& q prior metã illã curru circuiſſet hic primũ palmã obtinebat:ſed quãto interius circũuoluebãt currũ: tanto etiã celerius id faciebãt:& ob hãc cãm cũ oẽs interiores. uidelic& propĩquiores ad metã circũuoluere uellẽt currum: niſi pitiſſimus eẽt artis currus ĩ metã lapideam frangebat:unde opus erat magna arte. Inoffenſæ:ĩ tactæ. Metæ:metam appellat illã formã lapideam.
Leuũ axem.i.ſiniſtrã ptẽ axis. Dexteriore.ſ. uerſa in ſiniſtrã ſi quãdo currus uertit̃ uides q; rota uertit̃ in ſiniſtrã ĩ ſe ipſam. Oſtẽdit titan: quia orto ſole dies apparebat. Sydera texit:quia maior ſolis ſplendor obſcurat ſyderũ ſplendorẽ. Sparſus ab æmathia:quicunq; inqt ab æmathia diſceſſit ſecutus eſt pom.ĩter quos fuit Gn.põpeius & deiotaruſ rex aſiæ:ſed p Gn.põpeiũ noli ĩtelligere ſextũ nã Sextus cũ matre Cornelia in leſbo repoſitus fuerat quia minor erat. Procerũ:dicit enim q̃uis uictus eſſet cũ magna turba pompeius tamen adhuc comiteſ habebat reges:& principes ſenatus. Fatis:fortuna. Reges miniſtros:nã reges miniſtrabant pompeio qui ſub clientela eius erant comites:inter quos habebat Deiotarũ.Deiotarus:enim inter primos pom.ex acie ſecutus fuerat:nã hic regũ fidiſſimus erat.hunc iubet pompeius in Syriã legationem ferre:& eam ipſi demandat quã Lucanus deſcribit. In deuia mundi:in remotiſſimas ptes orbis terrarũ: hoc ẽ in Syriã
Legit.i.obſeruauit.i.q̃uis ĩcerta feciſſet ueſtigia:ne ĩter ſuum dignoſceretur pompeius: ea tamẽ diligenter rex Deiotarus obſeruauerat:& hanc ei legationẽ demandat. Quando ait æmathiis: quando inquit cladem accepimus in æmathia:quæ partem nullam orbis terrarum parauerat quæ noſtra ſigna ſequeret̃ nunc opus eſt tẽtare reges orientis:ordo eſt uſq; ad eũ locũ ſupeſt fidiſſime regũ &c. Fidiſſime regum: hic.n.ſemper in officio permanſit:nulla fortuna diſceſſit cum difenſaret libertatem & auctoritatẽ ſenatus. Euphratem:flu.in oriente:per quem ſignificat partes armeniæ propter regem cum quo fœdera iunxerat pompeius:quo tempore fugientem Mitridatem per eas regiones ſequebarur. Tigrim: uidelic& armeniæ regẽ.nam tigris flu.eſt Armeniæ. Tigris & Euphrates Meſopotamiam circũdant & apud babylonios inuicẽ cohærent auctore Srrabone libro undecimo:deinde in mare perſicũ emittunt:quorũ Euphrates maior eſt:& plus regiones flexuoſo alueo percurrit.fontes habet in parte Tauri boreali. fluit ad occidentem per armeniam:quæ maior appellatur: uſque in armeniam minorem quam adextris hẽt Tigridis & Euphratis fontes:inter ſe diſtãt ad ſtadia duo milia & quingenta. Nec pigeat:præterea ut exercitũ compares nõ orientẽ mõ ſed etiã ſeptẽtrionẽ pigeat ueli. Quærẽtẽ:acqrẽrẽ: repantẽ. Scythicos .i.ſcythiæ. Mouere.diẽ.i.orientẽ aduerſus cæſarem:diem pro oriente poſuit. Voces:id eſt mea uerba.

Arſacidæ perferre meas:ſi fœdera nobis
Priſca manent:mihi p latiũ iurata tonantem
Per ueſtros aſtricta magos: iplere pharetras:
Armenioſque arcus geticis intendite neruis.
Si uos o parthi peterẽ cum caſpia clauſtra
Et ſequerer duos æterni martis alanos
Paſſus achæmeniis late decurrere campis
In tutam trepidos nũquam babylona coegi.
Arua ſuper ciri caldæique ultima regni
Qua rapidus gãges & qua nyſeus hydaſpes
Accedunt pelago phœbique ſurgẽtis ab igne
Iã propior qua perſis erã:tamẽ omnia uincenſ
Suſtinui:noſtris uos tantũ deeſſe triumphis.
Soluſque e numero regum telluris eoæ
Ex equo me parthus adit.nec munere magni
Stãt ſemel arſacidæ.qs eni poſt uulnera cladiſ
Aſſyriæ iuſtas latii compeſcuit iras?
Tot meritis abſtricta meis:nũc parthia ruptiſ
Excedat clauſtris:uetitam per ſæcula ripam:

Arſacidæ:regi parthorũ.nam ſicut Prholemæi reges ægypti appellabãtur ita parthorũ reges Arſacidæ dicti ſunt. Hæc.ſ.legatio noſtra. Si fœdera nobis.i.ſeruant fœdera noſtra:quæ ſocietate & amicitia cum populo romano iunxit. Priſca:antiqua. Latiis aruis:nam albæ latialis Iuppiter colebatur. Magos:magi enim ſapientes apud Medos & Perſas appellantur:quos philoſophos græci dicunt. Implere pharetras.i.ſumite arma.nam ſagittis & arcu parthi potiſſimum utũtur. Geticis neruis.i.ſcythicis chordis:quæ ex neruo torquentur. Si uos o parthi:hæc ſunt mandata pompeii quæ Deiotaro dat ad phrahartem parthorum regem:nam omnes reges parthi Arſacidæ dicũtur:ſed tunc Phrahartes nomine regnabat.eſt autem ordo uſq; ad eum locũ tot meritis obſtructa meis &c. ſi ſum paſſus uos o parthi.&cætera. Caſpia regna.ſ.perſequendo Mitridatẽ in mare caſpium uſq; uenit:ubi ſunt caſpii montes Nam auctore Solino ultra Sauromatas in Aſia ſitos: qui Mitridati latebram:& originẽ medis dederunt: confines ſunt Thali his nationibus: quas ab oriẽte cõtingunt caſpii mõtis fauces. Alanos:populos qui ab alano flu.dicti ſunt q ultra danubium fluit ĩ Europam. Aeterni martis:ideo qa hi ſunt hiberes:ut uidetur gẽs bellicoſiſſima.nã nec medis nec perſis paruere.& imperiũ Alexandri fugarunt cũ illi ab Hyrcania ſtatim ab Alexandro fugarẽtur hi populi q ſe pompeio perſequẽti mitridatem oppoſuere:& ab ipſo pompeio deuicti ſunt. Alanus autẽ flu.ponticum mare ingredit cum Danubio ſeptem hoſtiis:& haud procul inde hĩtant hiberes.
Achæmeniis campis.i.parthicis ab Achæmene rege. In tutã trepidos:id eſt nũquam Vos compuli ĩ mœnia ueſtra quia paſſus ſum uos errare p agros ueſtros. Arua ſuper:& tamen facere poteram: qa propinquior eram uobis:q̃ perſis. Arua ciri: id eſt ſuper arua perſidis ubi regnauit Cirus. Vltima chaldæi regni:id eſt ad extremã regionẽ Iudeorum regẽ cepit:& templũ Salomonis ſpoliauit: & candelabra illa:quæ in maximo honore fuerant in triumphum duxit:& creditum ẽ poſt hac pompeium aduerſa fortuna laboraſſe. Nyſeus hydaſpes flu.indiæ qui per Parthiam ſe ſe ferens uadit in indiam: quam nyſeus:id eſt Bacchus:qui in nyſa colitur bello ſubegit. poſtremo quattuor accepit flumina indum:Aceſinem:hyarotim & hypanem ulteriuſque progreditur. Phœbi ſurgentis ab igne:id eſt ab occidente deſcendes uobis propinquior eram quam perſis:perſis nominatiuus eſt:perſidis genitiuus facit.eſt autem regio finitima parthis. Numero telluris eoæ:ex omnibus regibus orientalibus tantũmodo parthus fuit: qui me ex æquo fœdere adiit nam cum pompeius ad Araxem flu.caſtra poſuiſſet.Tigranocerota tigrannis regis filius obuiam ei factus eſt.iam enim a patre defecerat. Tigrannes ipſe humanitate pom. fretus: qui uulgo laudabatur ab omnibus:ad eum uenit:quem ubi pompeius honorifice ſuſceptum regem appellat.indignatus filius palam dixit haud ſibi opus eſſe pompeio: ſed alium quæſiturum romanorum.tum pompeius eum in uincula coniectum ſeruari iuſſit ad triumphum nec multo poſt Phrahartes parthorum rex legatos miſit qui Tigranocerotam peterent quaſi generum ſuum:& Euphratem flu. fines imperii ſtatueret: quibus pompeius inquit Tigranocerotam ad tigrannis magis partes q̃ ad ſocerum pertinere de finibus quod peteret eiuſmodi ſe uſurum:hoc eſt quod nunc poeta dixit. Ex equo me parthus adit:& ita Euphratem fines imperii tenuit rex parthorum. Nec munere magni:nec ſemel ſeruati ſunt parthi meo beneficio.neque enim alius fuit qui romanos contineret ne ulciſcerentur manes Craſſi & romanorum qui a uobis cæſi fuerunt o parthi. ſententia fuit etiam pompeii ne renouaretur bellum contra parthos:donec Cæſar eſſet in gallia cum exercitu: ne duobus bellis uires romanorum diſtraherentur. Munere: Beneficio pompeii. Quis com.Quaſi dicat nullus niſi ego. Aſſyriæ cladis: id eſt poſt cladem Craſſi & exercitus Romani quem ad Carras ciuitatem Aſſyriæ parthi cum exercitu deleuerunt. Iuſtas iras:uidelicet quod iuſte mouebantur ad ultionem imperatoris cæſi. Ruptis excedat clauſtris:Euphratis ripam dicit quem regni finẽ ipſi parthi petenti pompeius finẽ tradidit.

Zeuma:ciuitas inter ægyptũ & parthiam quam Alexander condidit: sic appellata ꝙ sit utriusq̄ regio
nis quoddã quasi uinculum.& dicitur a zeo zerso.i.uincio: Pelleũ ab Alexandro conditum qui fuit de
pella ciuitate macedoniæ. Pompeio .i. causa pompeii. Strabo autem dicit libro undecimo zeuma op/
pidum esse iuxta euphratem:& inter hiberiam & hoc oppidulũ Tigranem condidisse urbem quã Tigra/
nocerotã nominauit quo tempore Syriam phœniciãq̄ cepit:& euphratem transgressus est: sed Lucullus
opus quod adhuc erat ĩperfectũ facto impetu demolitus est:atq̄ in paruum uicum redegit. Vinci roma

Zeumaq̄ pelleum:pompeio uincite parthi.
Vinci roma uolet:regem parere iubenti:
Ardua nõ piguit: positisque insignibus aulæ
Egreditur:famuli ruptos indutus amictus.
In dubiis tutũ est inopem simulare tyranno:
Q uãto igitur mundi dominis securius æuũ
Verus pauper agit? dimisso in littore rege
Ipse p icariæ scopulos ephesumque relinquẽs:
Et placidi colophona maris spumantia puæ
Radit saxa sami:spirat de littore choo.
Aura fluẽs gnidõ:inde fugit claramque relinqt
Sole rhodõ magnosque sinus telmessidos ũde
Cõpensat medio pelagi: pamphilia puppi
Occurrit tellus:nec se cõmittere muris
Ausus adhuc ullis: te primũ parua phaselis
Magnus adit nã te metui uetat incola rarus:
Exhaustæque dõus populis:maiorque cariæ
Q uã tuã turba furit:tẽdẽs hic carbasa rursꝰ
Iã taurũ tauroque uidet dipssonpta cadentem
Crederet hoc magnus pacẽ cũ præstitit ũdis.
Et sibi consultũ cilicum per littora tutus
Parua puppe fugit:sequitur ps magna sẽatus
Ad pfugũ collecta ducem paruisque sinedris
Q uo portu mittique rates. recipitque selinis

uolet.s.subacto cæsare pompeius uictoriam conse/
quetur. Regem parere iubenti:nũc dicit quomo
do rex Deiotarus ad pompeii legationẽ perficiendã
sese expediuerit. Regẽ:Deiotarum: Ardua:qa
iussit eum extremas orbis partes penetrare. Posi/
tis insignibus.i.depositis regis uestimẽtis. Raptos
amictus.i.gregaria ueste sumpta:& capta occasione
laudat paupertatem. Si inquit dominis terrarum
tutũ est aliquando simulare paupertatem: quanto
ueri pauperes tutiores sunt. Dimisso in littore re
ge:nunc dicit demisso rege Deiotaro: qua parte põ
peius nauigauerat. Ipse per icariæ:Ionium mare
dicit quod a fine basilici sinus incipit:qui maris ica
rei principium est. Ephesum:ciuitas ab amazoni
bus in mare ionio posita. Colophona:ciuitas Io/
nica quã Mopsus Mantonis filius cõdidit. Verum
ut ĩqt Strabo li.quartodecimo Telmessis promon
toriũ est lyciorũ quod portum habet: hũc locũ Eu
menes ĩ bello antiochico a romanis accepit:sed sub
lato regno Lycii eum locũ receperũt:hic uidetur es
se de quo Lucanus mentionẽ facit. Claram:ibi co/
lossus:id est statua Iouis est tantæ magnitudinis: ut
inter mirabilia mũdi cõnumeretur.ante hanc uero
apollinis clarii lucũ fuisse:tradit Strabo libro quar/
to decimo. Telmessidos unde cõpensat:ambitum
longũ telmessidis sinus breuitate maris recõpensat
quo cursũ tẽdat. Telmessidos a Telmissio flumine
ioniæ appellata est quia seleuco suscipit fiu.Strabo
libro quarto decimo dicit hũc Colossum a Chere/
te lindio septuagita cubitorũ factũ fuisse. Et rho/
don claram. dicit qa teste Solino nunq̃ cælũ ita nu
bilum est:ut in sole Rhodos non sit. Pamphilia
puppi: pamphilia sub imperio cilicum constituta
fuit.Hic mare Cilicũ incipit a cilicia: cuius in cõspe
ctu positum est denominatum:contra insulam Cyprum:quæ ab Amano monte incipit:Ciliciam ac ip/
sam Cyprum a Syria diuidente. finem autem Nemuriũ facit promontoriũ: quod & pamphilici maris
initiũ est. Nec se cõmittere:& quia pompeius metuebat:ne omnes ciuitates uictori parerent:nõ aude/
bat mœnia ingredi:sed nũc primũ ingressus est mœnia phaseli. Phaselis.phaselis ciuitas est ciliciæ quæ
portus tres habet auctore Strabone li.xiiii.ciuitas insignis est & lacus ĩminet & mons nomine solyma:&
Telmissus:Pisidata ciuitas ĩ angustiis adiacens.Phaselis fuit ciuitas zeniceti piratæ q capto mõte Isaurico
se cum tota domo concremauit. Nam te:ratio cur ingressus est. Rarus incola:quia deserta erat urbs
Exhaustæ:euacuatæ. Hinc:a phaselo. Taurus:mons qui a amultis idẽ cũ Caucaso monte creditur
nã Asiam omnẽ ab eois incipiens & in cilicũ mare desinens in duas ferre æquales partes taurus diuidit.
Dipssõpta:flu. Cadentem.i.de Tauro nascentem. Crederet hoc magnus:nunquid credere potuis/
set hoc pompeius cum piratas deuicit hanc uictoriã sibi utilem futuram:ac si.d.profuit: quia nunc demũ
profuit pom.deuicisse piratas:quod per mare nunc tutus nauigat. Pacẽ:id est cum piratas deuicit. Et
sibi:nõ solũ negociatoribus:sed etiam sibi. Fugit.s.cæsarẽ uictorẽ. Seqtur ps magna senatus:pom.pro
ficiscentem in ciliciam uniuersus senatus secutus est: ubi sententiam suam de repu.dixit. Paruis sine/
dris:notandum est quia multi falluntur existimant Sinedris urbem seu nomen portus ideo errant:
quia dictio græca est. nam sinedra græce significat consensus:sed in comparatione curiæ Ro. paruum
dixit consensum. Selinis:oppidum ciliciæ:ubi senatus pom. audiuit de re pub.sententiam dicentem.

In procerum cœtu tandem mœsta ora resoluit
Vocibus his magnus.comites belliqꝫ fugæqꝫ:
Atqꝫ instar patriæ.quãuis in littore nudo:
In cilicum terra nullis circundatus armis
Consultem:rebusqꝫ nouis exordia quæram
Ingentes præstare animos.non omnis in aruis
Aemathiis cecidi.nec sic mea fata premuntur
Vt,nequeam releuare caput:cladesqꝫ receptas
Excutere.an libycæ marium potuere ruinæ
Erigere in fasces.& plenis reddere fastis?
Me pulsum leuiore manu fortuna tenebit?
Mille meæ graio uoluuntur ĩ æquore puppes
Mille duces:sparsit potius pharsalia nostras
Quam subuertit opes: sed me uel sola tueri
Fama potest rerum.toto quas gessimus orbe.
Et nomẽ quod mũdus amat.uos pẽdite regna
Viribus atqꝫ fide libyam partosqꝫ pharaõque.
Quæ nam romanis deceat succurrere rebus
Ast ego curarum uobis arcana mearum
Expromam.mentisqꝫ meæ quo põdera uergãt
Aetas niliaci nobis suspecta tyranni est:
Ardua quippe fides:robustos exigit annos.
Hinc anceps dubii terret solertia mauri:
Nãqꝫ memor generis carthaginis ĩpia proles

In procerum coetu:in consilio senatus. Resoluit: aperuit. Comites belli: in deliberatiuo genere cõstitutio coniecturalis est:potero reparare uires:non poteris: quæstio est an possit: & deliberatur deinde quomodo reparet. Est autem deliberatio cum quæritur: quid ex multis rebus potissimum sit faciendum: nam consultatio duplex est: aut quũ quæritur de duabus rebus utrum potius: ut si consultetur bellum ne an pax potius sit facienda: est autem consultatio quũ de pluribus rebus quæritur: quid potissimum sit: ut si querat aliquis: an macedoniam: an ægyptum: an in indiam nauiget: sed primũ quod in dubitatione ueniebat: queritur. uidelic& an possit reparare uires: & probat reparare posse: non enim adeo se uictum esse dicit ex tanto casu: ut releuari non possit. quæstio conicteuralis est: quia quæritur an possit uires reparare. primo captat beniuolentiam a persona auditorum: quũ eos comites fideles uocat: & eos laudat: quod sint quasi quædm imago patriæ. Quamuis in littore nudo: a persona sua nunc beniuolentiam: captat: nam sua profert incommoda per commiserationem qua beniuolentia facile comparatur.

In cilicum terra: non in propria urbe. Nullis armis: non exercitu septus: sed inermis. Non omnis in aruis æmathiis: ad coniecturam descendit: & probat posse reparare uires: & argumentum est a minori ad maius: quod plurimum ualet ad cohortationem. dicit enim: si Marius exul hostis populi romani iudicatus Minturnis in carcerem compulsus in libyam profugus: in terris hostium tamen comparato exercitu reparauit uires suas aduersus Syllam: multo magis ego facere potero: qd' non sum, hostis patriæ iudicatus non habeo inuisos populos sicut ille: deinde non minor est mea apud gentes auctoritas quã illius: immo maior. Non omnis in aruis Aemathiis cecidi: nec sic mea fata premuntur: idest adhuc mihi uires supersunt.

Fata premuntur: id est fortuna mea non sic urgetur. Excutere: id est abiicere. Libycæ ruinæ: Quia iam Carthago euersa fuerat a Scipione in feriore: quo tempore Marius eo se recepit. Fasces: consulatum: nam exercitu comparato in italiam uenit & se Cinnæ coniunxit: & ita consul factus est. Plenis fatis: ut impleret septimum consulatum. nã ita sibi Aruspex prædixerat uiso auspicio. Leuiore manu: scilicet Cæsaris: q̃ ille manu Syllæ. Mille mei duces: argumentũ est a ui quæ per classes decernitur exercitus: arma tormẽta: reuocationes hominum. Millæ. i. multæ. Duces: p̃fecti. Sed me uel sola: ab auctoritate arguit: quam sibi tantam esse dicit: ut uel hac una reparare possit bellum. Nomen: scilicet meum. Mundus amat: nam sine dubio pompeius beniuolus fuit apud omnes: nam humanitatis nomen ubique obtinuit. Vos pendite regna: nunc consultatio est de multis rebus quid potissimum. Regna: declarat quæ regna uidelic& libyam parthos & cætera. Fide & uiribus: utrunque bene coniunxit: quia parum possunt uires: ubi fides deest. Pharon: ægyptum: nam pharos claustra sunt ægypti. Ast ego: sed inquit prius sententiam meam dicam. Pondera uergant: id est quo cogitatio nostra ponderosa uertatur: & primum ostendit neque ægyptum: neque libyam esse petendam & reddit rationem. Arguit autem ex attributis personæ: uidelicet a genere: quod diuiditur in naturam: patriam & sexum: arguit ab ea parte: que est ætas: ubi consideratur puer ne: an adolescens: grãdis natu: an senex: in puero fides stabilis esse non potest. Hinc auceps dubii: Regem Iubam dicit. Arguit autem ab ea parte quæ dicitur natio: in qua consideratur græcus an barbarus & cætera. Atheniensis est: ergo acutus. Lacedemonius est: durus & asper: Thebanus est pinguis & ualens. Maurus est & Carthaginensis ergo perfidus. Nunquam memor: ab ea parte arguit: quæ est cognatio. uidelicet quibus maioribus ortus sit. uidelicet, ab Hannibale: qui semper hostis, populi romani, fuit.

Imminet:ut ulciſcatur iniuriā. Multus:frequēs:q̄a ſemp noīat Hānibalē. Obliquo maculat: præterea eſt ēt nothus:& nothi ſolēt eē callidi:uerſuti:atq̧ pfidi. Contigit: cōtagione polluit. Iam ſupplice uarro:arguit a factis qđ eſt impiū:& ī attributis pſonæ ubi cōſiderat̄ qd fecerit:qd faciat:qd facturus ſit ſuperbus aduerſus Varū pfectū nr̄um uidit. nā Varus hiſpaniæ partē tenebat: & cū eam cæſar inuaſiſſet: hic ad regē Iubam in libyam confugit.dicit autē illū animū extuliſſe. tūc cū Varus ad eū profugit. Romana.i.res romanas uidelic& Varrū pfectū noſtrū.

Imminet heſperiæ:multuſque ī pector̄ uāo ē
Hānibal obliquo q̄ maculat ſanguine regnū.
Et numidas cōtingit auos iam ſupplice uarro
Intumuit:uiditque loco romana ſecundo
Quar̄ agite eoum comites propamus ī orbē
Diuidit euphrates in gētē gurgite mundum.
Caſpiaque immēſos ſeducūt clauſtra receſſuſ
Et polus aſſyrias alter nocteſque dieſque
Vertit:& abruptū ē noſtro mare:diſcolor ūda
Oceanuſque ſuus regnādi ſola uoluptas
Celſior in campis ſonipes & fortior arcus:
Nec puer:aut ſenior lætales tendere neruos
Segnis.& a nulla mors eſt incerta ſagitta.
Primi pellæas arcu fregere ſariſſas.

Quare agite:nūc ſententiā ſuā.dicit quo nā uidelic& ſe cōferre uelit.ſ.ī orientē uidelic& ad phrahartem parthorū regem & ſuadere incipit ut ſentētiam ſuā ſequi uelit:& primo arguit a ui:quæ eſt ps tuti parthos oſtendens eē bellicoſos:ſeu patria:ſeu natiōe.

Diuidit euphrates: nā armenios Cappadoceſq̧ diſterminat. Caſpia:quæ caſpiæ portæ dicūtur: quæ ſūt inter Colchos & Albanos:caſpias autē portas caucaſus habet quibus ſeparatos dicit in habitare parthos:ut nullius impii uires timeāt. Taurus p gentiū ac linguarū uarietate plurifariā noīatus eſt: nā ubi in excelſam ſurgit ſublimitatē caucaſus dicitur:ēt a populis appellationē trahit a dextro latere caſpius dicitur:uel hyrcanus:a leuo amazonicus: mox cichus:ſcythicus:ad hæc uocabula hēt multa alia.ubi dehiſcit:hiulcis iugis facit portas: quarum primæ ſunt Armeniæ:tū caſpiæ:poſt ciliciæ.a Caſpis portis per parthiā una eademq̧ uia eſt Alexandriā uſq̧ quæ apud Arios ē teſte Strabōe libro ſextodecimo: q̄ itidē refert libro undecimo:Armeniā Mediāq̧ cuius ſunt caſpiæ portæ intra Taurū eſſe Solinus dicit Mediā ab occaſu trāſuerſam utraque parthiæ regna amplecti A ſeptētrione:Armeniā circūdare:ab ortu Caſpios uidere:a meridie perſidē.Portæ caſpiæ eodem auctore Solino panduntur itinere manu facto longo octo milibus paſſuū. nā latitudo uix eſt plauſtro permeabilis.In his anguſtiis etiā aliud aſperū:quod precioſorū laterū ſaxa liquentibus inter ſe ſalis uenis exundāt humorē affluentiſſimū: qui cōſtrictus ui caloris uelut in glaciem corporat̄: ita labes inuia acceſſum negat.Præterea octo uiginti miliū paſſuū tractus omnis quoquo inde pergit̄ humo arida ſine præſidio ſitit.Tūc ſerpentes undiq̧ gentiū conuenæ a uerno ſtatim die illuc cōfluunt.ita periculi ac difficultatis cōcordia ad caſpias niſi hyeme acceſſus negatur.caſpios quoq̧ refert Strabo li. xi. parētes īcluſos fame necare cū iā ſeptuageſimū ānū exceſſerint: mare caſpiū ex altero pōti latere ultra maſſagetas & apaleos ſcythas eē ī aſiatica plaga dulce hauſtu alexādro magno probatū ē:mox pom.magno q̄ bello mitridatico ſicut cōmilito eius Varo tradit ipſis hauſtibꝰ fidē experiri uoluit. Polus alter: q̄ſi alter mūduſ ſit:uel certe antarcticū dicit:nam ſicut nos ſub polo arctico poſiti ſumus.& ſublimate terræ antarcticum uidere nō poſſumus:ita q̄ ſub antarctico uiuunt arcticū uidere non poſſunt. Vertit:quia ſēper circa polum uertitur celum. Abruptū eſt noſtro mari: mare rubrum dicit ꝙ inter indicum & æthiopicum ampliſſimo ore ab auſtro in ſeptemtrione funditur.ideo dixit abruptū noſtro mari:quia ne in mediterraneum exeat a terris perſarum quibus finitimi ſunt parthi arabeſq̧ tenetur. Regnandi ſola uoluptas: arguebat a ui quæ erat pars tuti:nunc arguit ab habitu qđ ē unum ex atributis perſonæ:ī quo ēt commoda aliqua corporis cōſiderant̄:nō natura:ſed ſtudio:& induſtria cōparata:ſtudio & induſtria equitare ac ſagittare didicerunt:& habitum regnandi fecere:ut nulli regno parere uelint. Voluptas:ſcilicet regnandi eſt parthis: Celſior in campis:& hoc quoq̧ induſtria compararunt:ut equitandi & ſagittandi periti ſint

Nec puer:ſiue puer:ſiue ſenex fuerit pronus eſt ad ſagittandum. Et nulla ſa.i. quē feriat ſagitta: ille ſtati occidit. Primi pellæas:arguit a caſu & a fortuna:ubi conſideratur quid euenit: quid eueniat:quid euenturum ſit:quid euenit: ut ſemper uicerit ergo &c. Primi.ſ.parthi hi:nanq̧ a ſcythis originē ducunt quorum regio ē orientis:uiribꝰ ac eorū uirtute parta Ab inde finibꝰ uſq̧ ad meſopotamiā nominata:quā diuidit euphrates.hic meſopotamia dr̄. nam propter inuictam uirtutem eorū proximæ regiones in eius nomē tranſierunt: in qua ſunt Aracuſia: Aſyria:Perſis. & media ab una parte:quod uidelicet a meridie rubro mari: ab alia uidelicet a ſeptemtrione hyrcano clauditur ſalo. Pellæas: ideſt alexandri. Sariſſas: Sariſſa proprie eſt telum macedonicum:ſicut pilum romanum. Bactra: ciuitas aſiæ eſt oxum amnem uerſus: ex india diebus octo a bactris uſque ad Alterum flumen: quod influit oxum amnem peruenit pompeius. dum perſequeretur mitridatem: deinde auctore Solino ad caſpium mare: inde per caſpium ad Cyri amnis penetrauit fluentum: qui armeniæ & libye fines interluit.

Babylonã:quã coctilibus muris cinxisse dicit Semiramis. Nec pila:timetur:& nõ solum cæteras gẽtes subegere:sed nostras quoqꝫ iam timere desinunt: postq̃ crassum deleuere. Experti si cra.quia ut dixi a scythis originem habent. Spicula nec solo ferro:argumentum est a consilio:& consi ium rectius appellat q̃ dolũ nã dolo aliquid suadere turpe uidetur: ergo rectius a consilio quo parthos uti dicit:uidelic& ut ueneno muniãt sagittas. Stridula:strepentia p aerẽ cũ a neruo mittunt. Fatũqꝫ.i.mors est etiã in sũma corporis exulceratõe:qa uenenũ ingreditur. O utinã nõ tanta mihi:uellẽ inqt ne tãta mihi fiducia esset in parthis.ne uidelic& crassũ cecidisset. nã inde orta est fiducia ꝙ exercitũ cũ duce occiderunt Arsacidis:parthis ab eoꝝ regibus. Fata mouent medios:nã media trãsiuit in nomẽ psarũ:Aracusia:Assyria:& psios:& ideo medios pthos dixit:nã ut inquit Strabo libro sextodecimo Medis atqꝫ Babylonijs parthi imperabant:armeniis autẽ nũq̃.Inuasiones sæpe factæ sunt:oĩo autẽ capti nunq̃: Medi:Babylonii ac Armenii ita erãt ab initio cõstituti: ut se inuicẽ adorirent:ut cuicunqꝫ oportunũ uidebatur: rursũqꝫ conciliarent:quod usqꝫ ad pthorũ imperiũ pmansit. Multũqꝫ:a casu arguit. Alia tellure.i. diuersa ab italia:nã parthia in oriente est: italia uero in occidente.unde etiã hesperia dicta. Quod si uos eoa fides:dialema est:& cõfutat ab honesti partibus.uidelic& a magnanimitate.Sẽsus ẽ:ꝙ si pthorũ pereo pfidia:optatius id mihi cõtinget: q̃ si beneficio fortunæ ĩ his regiõibus pereã:ubi nulla nostri cũ gentibus illis cõmertia habuerũt:nã id mihi solatio erit:ꝙ nec iniuriã a cæsare nec beneficiũ accipere potero aut parthi fideles erũt:aut pfidi: si fideles nos cõtra cæ.iuuabũt si uero perfidi id boni consequar:ꝙ in manus cæ.ueniã quo aut mors crudelis manet:aut turpis uita:ergo hoc uitabo Eoa:id est orientalis hoc est pthorũ. Supra cõmertia mũdi:ultra regionẽ mũdi rõis cognitã:nã Ro.nulla prsus cũ pthis hũere cõmertia. Ferat: p afferat regna q̃ feci ut tygrannis:Ariobarzanis & pharnacis: duos deuictos ĩ regna cõstituerat. Sed ma.feram: magna cõsolatio erit ꝙ nõ ueniã ĩ manus cæ.a quo crudelirer trucidabor aut turpiter uita donabor. Alio:quia remoto a nostro. Hæc membra:Si occidet. Nil fecisse pie:si uita donabit. Sed cuncta reuoluens:sed cum omnia consydero: ipsi fidẽ seruabunt:non nullis mundi partibus magis honoratus sum q̃ in oriente:& arguit ab auctoritate:quã habuit ĩ his gentibus & a casu :cum persequebatur mitridatẽ:colcos: albanos: hiberas:arabes:chaldæos:iudeamqꝫ omnem subegit. Meotida:paludem scythiæ. Tanaim:qui diuidit europã ab asia. Cõspectus:conspicuus. Quas magis.s.q̃ ĩ terras oriẽtis. Vnde:a quibus regionibus. Quid enim tibi:alio utitur dialemate: nam inquit si ad parthos uenimus.aut uincemus:aut uincemur:si uincemus obtinebimus quod ĩstituimus:si uĩcemur nobiscũ parthi peribunt & ũbrã crassi uĩdicabimus. Tantam genẽ:quæ semp infesta romãis fuit mediis cũ pthis. Fortunã ne ẽ:si uĩcemus cæsarẽ. Vicet crassus:cæsare uictore. Sic fatus murmure sẽsit:ut hæc locutus ẽ põpeius:nemo succlamauit: nõ enim cõsiliũ placuit:nã clamare solebãt:porãtis cõprobãtes sẽtẽtiã sed põpeius ex murmure sẽsit nõ placere cõsiliũ. Quos.o l.sed lẽtulꝰ oẽs ãteiuit.dolore.n. pculsus colloquiũ tenet nõ potuit:qa ↄsiliũ illd a uirtute alienũ uidebat. Nobilitate.d.qa generositate animi dolebat hãc pompeii ignauiã. Modo: pauloante consule.

Bactraqꝫ medorũ sedem:murisqꝫ superbam
Assyrias babylona domos:nec pila timentur
Nostra nimis pthis:audentque ĩ bella uenire.
Expti scythicas crasso pereunte sagittas.
Spicula nec solo spargũt fidẽtia ferro
Stridula sed multo saturãtur tela ueneno
Vulnera pua nocẽt:fatũque ĩ sãguĩe sũmo ẽ.
O utinam non tanta mihi fiducia sæuis.
Esset ĩ arsacidis fatis nimis æmula nostris.
Fata mouẽt medios multuque ĩ gẽte deoꝝ est
Effundam populos alia tellure reuulsos.
Excitosque suis ĩmittã sedibus ortus.
Quod si nos eoa fides & barbara fallunt.
Fœdera uulgati supra cõmertia mundi.
Naufragium fortuna ferat:nõ regna precabor
Quæ feci:sed magna ferã solatia mortis
Orbe iacens alio:nil hæc ĩ membra cruente
Nil soceꝝ fecisse piæ:sed cuncta reuoluens
Vitæ fata meæ semper uenerabilis illa
Orbis pte fui:quãtus mœotida supra:
Quãtus apd tanim toto cõspectus in ortu.
Quas magis ĩ terras nostrum fœlicibus actis
Nomen abit:aut unde redit maior triumpho:
Roma faue ceptis:qd eni tibi lætius unquam
Præstiterint superi: quam si ciuilia partho
Milite bella geras: tãtas cõsumere gentes:
Et nostris miscere malis:cum cæsaris arma
Cõcurrent medis:aut me fortuna necesse est:
Vĩdicet aut crassum:sic fatus murmur sensit
Cõsilium dãnasse uiros:quos lentulus omnes
Virtutis stimulis:& nobilitate dolendi
Præcessit:dignasque tulit modo cõsule uoces.

Siccine thessaliæ mentem fregere ruinæ? Hæc oratio est contra id quod pompeius suadere uolebat est autem in deliberatiuo genere posita: in iure iudiciali constitutione. Et primo beniuolentiam captat a persona aduerarsii: hoc est pompeii: quem adducit in tentionem ipsius ostendēs ignauiam: quod qui antea de ægypto triumphauerit: idem regibus se subiiciat. Siccine: pro sic ne. est autem epenthesis: adeo ne animus tuus uictus est. Vna dies: scilicet cladis tuæ. Damnabit fata: id est fortunam imperii romani Secundum æmathiam lis tanta datur: est locutio iuris: id est bellum ciuile sic deciditut: ut ille superior sit qui in æmathia uicit nam litem dari: secūdum hos: aut illos est decidere litem secundum uoluntatem eorum. Iacet omne cruenti: Sensus est: adeo ne uulnus est illatum tam magnum ut nullo auxilio possit subleuari. Solos tibi magne: nunquid in toto terrarum orbe est: qui auxilium præstare possit præter Phrahartem ad cuius genua te prostraueris. Aduersos polos: scilicet in antarcticum relicto arctico: nam ratio hemisperii facit hoc: ut sydera: quæ sunt in antarctico a nobis uideri non possint e diuerso & cætera. Aliena: a nostro. Focos: lares. Et barbara sacra: Et diis romanis omissis incipias colere deos barbarorum. Quid causæ ostenditur armis: a senatu beniuolentiam captauit: nunc ad confirmationem causæ uenit: instabilem autem ostendit pompeium initium contra perseuerantiam: quæ est in re bene considerata: stabilis & perpetua permansio. non enim persistit in ratione bene tuendæ libertatis: causa cuius bellum ciuile susceptum est: ergo a perseuerantia arguit quæ est pars fortitudinis partis honesti. Quid causæ: pro quæ honesta causa est: quam bello possis portendere & demostrare prīo causam honestam habebas: nuuc si non solum Cæsari paratus sis seruire: sed etiam externis regionibus hæc causa tollitur. Armis: id est causa belli. Libertatis amor: interrogat deinde respondet: id est prætextu libertatis potes dicere te bellum gerere. Te quem romana gerentem: ostendit eum abiecti animi eē: quod est contra magnificentiā: quæ ē magnarū & excelsarū rerū cognitio atq; administratio: uel certe cōtra dignitatem: quæ ē hōesta: & cultu: & honore uerecundiæ digna auctoritas: quæ ē ī eo honestigenere: ī quo utilitas quoq; adiūgit. pristius honor fuerat: ut apud reges ī maxīa ueneratōe fuerit pompeius quibus regn adonauerit: nūc uero cōtra dignitaté suā fore arguit: q; his supplicare paratus sit: de quibus triūphauerit: aut quis certe in regnū restituerit.

Siccine thessaliæ mentem fregere ruinæ?
Vna dies mūdi damnauit fata? secundum
Aemathiam lis tāta datur? iacet omne cruenti
Vulneris auxilium solos tibi magne reliquit
Parthorū fortūa pedes? quid transfuga mūdi
Terrarūq; totos tractus cælumque perosus:
Aduersosque polos alienaque sydera quæris.
Chaldæos culturæ focos & barbara sacra
Parthorū famulus? qd causæ obtēditur armis
Libertatis amor? miserū quid decipis orbem
Si seruire potes? te quē romana regentem
Horruit auditu: quem captos ducere reges
Vidit ab icariis Indoque a littore syluis.
Deiectū fatis humilē fractūque uidebit?
Extolletque animos latiū uesanus in orbem.
Se simul & roma pompeio supplice mensus:
Nil animis satisque tuis effabere dignum.
Exiget ignorans latiæ cōmertia linguæ.
Vt lachryis se magne roges: patiur ne pudor[
Hoc uulnus clades ut pthia uidicet ante
Hesperias quam roma suas? ciuilibus armis

Te: uidelic& imperatorem romanū. Horruit: dum persequeris mitridatem. Captos reges: uidelicet Tigranocerotam & Aristobolum iudeorum regem: quos in triumphum duxit. Hyrcanis: id est ex hyrcania quæ est pars armeniæ. Hyrcania auctore Strabone libro undecimo ualde opulenta & multa & magna ex parte planities præclaris urbibus adornata opulentiæ signum ducunt q; uitis uini merretam affert: ficus: modios Sexaginta frumentum ex fructu nascitur qui cadit ex culmo: in arboribus mellificatur ex foliis mel fluit: parthi: ut eodem libro refert Strabo: cum hyrcanis persicæ uiuebant etiam non multo post tempore quam macedones imperarent. Extollet animos: arrogantior fiet. Se simul & romæ mensus: nam quod te supplicem uidebit imperium suum imperio romano comparabit. Exiget ignorans: cum loqui uolueris ad illum tum dicet nescio quid dicat: hic non intelligo linguam romanam: & uolet ut lachrymes: ut si non ex uerbis tuis saltem ex lachrymis quid uelis intelligat. Patimur ne pudoris: Adhuc in eo persistit quod dignum est romanis: quod uidelicet parthi prius uendicent iniurias italiæ q̄ nos iniurias nostras ab ipso rege illatas: turpe hoc est quia prius iniurias nostras ulcisci debemus: quam parthi ulciscantur romanos contra cæsarem. Ciuilibus armis: contra leges argumentum est a iustitia: quæ diuiditur in ius naturale: ius consuetudine: & ius lege pacto patri: & iudicio: argumentum est iure lege: quia lex erat ut qui ad aliquod bellum electus esset: nullum aliud gerere posset prius quam illud perficeret: & plebiscitum causa esse potest: Quod in iure scripto proculdubio connumeratur.

Elegit te nempe ducē:quid uulnera nostra
In scythicos spargis populos? cladesq; latētes.
Quid parthos trāsire doces? solatia tanti
Perdit roma mali:nullos admittere reges
Sed ciui seruire suo:iuuat ire per orbem
ſed cum uir huic e ſtirpe regia quereretur. archelaus fauentibus quibuſdam ſeipſum obtulit Mitridatis Eupatoris filium affingenſ:quare ſuſceptus ſex menſibus regnauit.hunc poſtea Gabinius in prælio inter emit reducto ptholemæo:eius uero filius ſacerdotium accepit. Nili:ideſt ægypti:nilum pro regione po/ſuit. Regna dedit:quaſi ſine ullo iure regnare incipiat mortuo pompeio. Iam uento uela: poſt excla/mationem poetæ quam fecit aduerſus tantam indignitatem:uta tam molli & effœminata gente occidere tur pompeius. nūc redit ad id quod omiſerat:ut dicat quo pacto pompeius appropinquare cœperit pelu ſio:poſtquam legatos ad regem miſerat oratum:ut ſe ſuſciperet. Iam uento:nauigabat inquit remis: cū uella demiſiſſet pompeius.ſic enim nautæ facere ſolent cum portubus appropinquant:ut uela demittant & remis nauigando nauem ſubducant in portum. Infanda littora: pro infandi regis littora. Auxilio remorum:ſublatis uelis remis nauigabant. Quem contra: nec a pompeio procul erat achillas cum cæte ris miniſtris ſcelerum. Non longa biremi:ideſt breui naue quæ duplici remorum ordine impellitur. Scelerata:ideſt ſceleratorum. Magno.p.& Achillas primus profatur ſuadens pompeio: ut de celſa na/ue ſua in biremen tranſeat reddēs rationem: ꝙ uidelicet uadoſus ſit peluſius ſinus:nec grauiorem nauem humilitate aquarum ſubſtinere poſſit. Phari:ægypti. Celſa de puppe:de maiori naue qua uehebatur pompeius. Littus malignum:& ne poſſet mirari pompeius:ꝙ ſibi obuiam parua naue ueniſſent ægyp tii in quam tranſire ipſum uolebant:reddunt rationem.tunc enim littus illud uadoſum inuiſum eſſe na utis.ꝙ.ſ.ī ſicco ſæpe dſtitutæ naues naufragiū faciūt. Malignū: maliuolū iuiſū. Bimarem.æ.æſtus.ꝓprie dr̄ maris īpetus:bimarē iō dixit.ſ.ægyptii & arabici ſinus maris.nā peluſiū uſq̧ tendit ī mar̄ arabicū: qđ ē cōterminū ægypto & arabiæ q locus ille cōterminꝰ ē ægyptiis & arabis Qui.ſ.æſtus. Externas cla.i. na/ues aliūde uenietes. Appellere.i.applicare & quo te magis te ī portū applices hoc magis te ī portū apellas.i.ap plices. Quod niſi fatorū:dicit niſi fata obſtitiſſet potuiſſe cōites oēs pō.pfidiā regis itelligeř:& qbꝰ ſignis id cōiectura aſſeq potuerint ipſe declarat. Præſagiā.i.diuinationes. Sceleris:ꝙ iā ī aīo cōcepāt ægyptii.

Q uod nisi fatorum leges intentaque iussu
Ordinis æterni miseræ uicinia mortis
Damnatum lœto treherent ad littora magnũ
Non ulli comitum sceleris præsagia deerant
Q uippe fides:si pura foret:si regia magno
Scœptrorum auctori uera pietate pateret.
Ventorum tota phariũ cũ classe tyrannum
Sed cedit fatis:classẽque relinquere iussus
Obsequitur:letumq; iuuat præferre timori
Ibat in hostilem præceps cornelia puppim.
Hoc magis impatiens egresso deesse marito
Q uod metuit clades:rẽane temeraria coiũx
Et nate precor:longeque a littore casus
Expectare meos & in hac ceruice tyranni
Explorate fidem dixit.sed surda uetanti
Tendebat geminas amens cornelia palmas.
Q uo sine me crudelis abis?iterũ ne reliquor
Thessalicis summota malis?nunquã oĩe leto
Distrahiur miseri?poteras nõ flectere puppi
Cum fugeres alio?latebrisq; relinquere lesbi
Omnibus a terris si nos arcere parabas?
An tãtũ in fluctus placeo cões. hæc mihi fru
Effudit:prima pendet tamẽ ãxia puppe stra
Attonitosq; metu:nec quoquã auertere uisus:
Hoc magnũ spectare potest:stetit ãxia classis

Fatoꝝ leges: philosophi ẽt uehemẽter iter se dissẽtiũt.nũqd oĩa fato fiãt: qđ ipsis absurdũ uidebat.Nã
si oĩa fato fierẽt.oĩa fierẽt cã ãtecedẽte:ẽt si ea quæ hoĩes appetũt asseqrẽt. ergo ẽt assẽtiões nõ eẽnt.igr nec
laudationes iustæ:neq; uitupatiões:nec honores:nec supplicia:qđ cũ sit uitiosũ:seqt nõ oĩa fato fieri.Cri/
sippus distĩguit genera cãꝝ ut aliæ sĩt prĩcipales & pfectæ.aliæ ꝓximæ & adiuuãtes.quãobrẽ cũ dr oĩa fa/
to fieri:cã ãtecedẽte:hoc uult ĩtelligi cãis ãtecedẽtibꝰ ꝓximis & adiuuãtibꝰ nõ prĩcipalibꝰ & pfectis: qđ ãt
dicunt assẽsiões fieri cãis ãtecedẽtibꝰ: explicat similitudinẽ chilidri nec turbine sui. nã queãdmodũ q p/
cussit chilidrũ dedit ei prĩcipiũ motiõis. uolubilita
tẽ ãt non dedit:ita uisũ obiectũ ĩprimit & designat
suã speciẽ in aĩo:sed nr̃a assẽsio ẽ ĩ nr̃a potestate:eaq;
ut chilidrus extrĩsecus pulsa:qđ reliquũ ẽ sua p se ui
& natura mouet. Leges fatoꝝ:declatat ĩtẽtaq; ius/
sa ordinis æterni. Intẽta:ĩeuitabilis. Aeterni ordĩ
nis:qa fatũ ẽ cã æterna reꝝ:ut ea q̃ p̃terierit sit. Præ
sagia deerãt.q.d.comites eius cognoscere & p̃diuĩa/
re poterãt scelus qđ ĩ aĩo cõceperãt. Quippe fides:
& ponit signa qbꝰ pfidiã cognoscere poterant.dice/
bãt.n.ĩter se comites põ.ꝓfecto subest aliqd sceleris
nã si uellet occurrere bõa fide põ.honoris gr̃a ptho
lemæꝰ:nõ satellitibꝰ & ministris naue:sed tota clas/
se obuiã ꝓdisset. Auctori.s.ut ipse regnaret auctor
fuerat. Sed cædis: ergo assẽsio ipsius erat ĩ potesta/
te sua. Iussus.s.a ministris ptholemæi. Classẽ:q̃
uectus erat. Obseqt:paret. Præferre letũ timori:
ẽt si diuinaret sibi quãdã mortẽ instare põ. tamẽ e/
am p̃ponere timori uoluit: ne timidus uideret: nã
si nõ trãsisset in nauẽ sine dibio timere uisus fuisset
Ibat ĩ hostilẽ nauẽ: Achillæ qđ cornelia ubi uidit
q; metuebat id futurũ qđ euenit maritũ suũ seq uo
lebat:Põ.ãt ꝓhibuit & eã q̃si temerariã reprehẽde/
bat: filiũ quoq; suũ ĩ naue remanere iussit: & tamẽ
euentũ sui ipsius expectrare:ut scire possẽt q̃tũ fidei
ptholemæus p̃staret. Præceps:ĩ considerata nullũ
piculũ metuẽs. Hoc.i.ideo magis. nã qa saluti uiri
sui metuebat.ideo ẽt ipsũ cupidius sequebat. Re
mane:uerba pompeii in Corneliam. Et tu o nate:
o Sexte:nã Gneus põ. erat cũ Catone q p̃erat classi.
Lõge:alõge. Casus.i.quẽ euẽtũ hiturus si. In hac
ceruice:demõstratiẽ dixit. Sed dura: Ita qdẽ iube/
bat põ.sed Cornelia cũ ĩ nauẽ trasire non posset &
uirũ seq:id qđ poterat mãus in uirũ tẽdebãt lachry
mãs:& his uerbis sequebat eũ. Dura:res duras:du
rum enim erat Corneliæ uirum suũ deserere. Tẽ
debat:scilicet in pompeium. Quo sine me:lachrymabilr̃ post discedentem uirum in hæc uerba proru
perat Cornelia. Iterum relicta:sicut relicta sum quo tempore pugnam suscepturus eras aduersus cæsa/
rem:ita nunc etiam rilinquor. Nunquam omine læto:semper inquit cum disiũgimur mali aliquid ex/
pectamus:sicut etiam cum me reliquisti in insula Lesbo. Flectere puppem: si is animus tibi erat o pom
pei: ut nolles me comitem esse tuam cuiuslibet casus:cur inquit me in insula lesbo non relinquebas: sati/
us enim erat ut me ibi relinqueres:q̃ susceptam desereres. Flectere:declinare. Alio:idest ad alias regio
nes. Terris:ad q̃s iturus eras. Arcere:ꝓhibere An tãtũ ĩ fluctus:nũqd ĩqt hæc mea sors ẽ: ut tibi grata si
tãtũmõ dũ nauigas. Hæc ubi frustra.s.dixit cornelia.neq; enĩ obtinere potuit a uiro qđ uolebat:solicitu/
dine magna expectauit euentum. Anxia puppe: nam in summa puppe permanserat: & dura erat con
ditio ipsius:nam nec audebat spectare uirum in naue hostili ne uideret quod metuebat: nec ab ea auerte
re oculos poterat. Tamen: quamuis uirum sequi nequiuerat. Vbi: postquam incassum dixit hæc
uerba. Attonitoque metu: non quia metus attonitus sit: sed quia homines attonitos facit. Auer/
tere uisus: scilicet a pompeio. Spectare: durius erat Corneliæ hoc ipsum:quia non audebat spectare
uirũ: ne dideret quod metuebat:& tamen oculos ab eo non remouebat: Stetit anxia classis:ꝓ una naue
posuit qua uectus erat põpeius,i.q ĩ naue erãt:& ẽ methonomia continẽs pro contẽto. Anxia: solicita.

Non arma:scilicet ptholemæi & ministrorum eius a quibus occideretur pompeius. Nefasque: idest cædem pompeii. Ne summis præcibus:pro ipse submissus supplex pro humilis. Adoret: scilicet ge- nibus positis ministros regis. Scœptra:idest regem cui regna donauerat. Transire parantem : de celsa puppe in biremē. Septimius : qui erat in biremi ægyptia bēigne pompeium appellauit.hic Septimius tri bunus militū erat:a quo benigne nō appellatus est pompeius:ꝗ notitia quadam familiarior erat.nam hic Septimius ad pyrhaticum bellum sub pompeio duxerat ordines: quid uoluit fortuna ut qui miles pom- peii fuerat:nunc satelles regius factus occidat pompeium.

Ad ducis euentum. metuens nō arma nefasꝗ:
Sed ne sūmissis præcibꝫ pompeius adoret
Scœptra sua donata manu:transire parentem
Romanus pharia miles de puppe salutat
Septimiꝫ: q proh superū pudor arma satelles
Regia gestabat posito deformia pilo.
Immanis uiolentus atrox nullaque ferarum
Mitior in cædes:quis nō fortuna putasset
Parcerē te populis:qd bello hæc dextra uacas
Thessaliaꝗ procul tā noxia tela fugasses? set
Disponis gladios:ne quo non fiat in orbe.
Heu facinus ciuile tibi.uictoribus ipsis
Dedecus:& nunquā superum caritura pudorē
Fabula romanus regi sic paruit ensis
Pelleusꝗ puer.gladio tibi colla recidit
Magne tuo.qua posteritas in sæcula mittet
Septimiū fama? scelus hoc quo noie dicent
Qui bruti dixere nefas?iam uenerat horæ
Termius extremæ: phariāque ablatus i alnū

Hanc rem lōgiori oratione prosequitur Apia nus:Dicit enim pō.ad ægyptum cum se uertisset & incumbente uento ad Cassium delatus esset: in spe ctis copiis quæ plurimæ i littore constiterant a cur su temperauit meditatus ꝗ re ipsa fuerat adesse re- gem . præmissis nūciis amicitiam:quam cum patre eius habuisset exponit . Rex tertium supra decimū ætatis annum iam attigerat:exercitum eius achillas quidam asseruabat: pecunias uero Photinus nomi ne eunuchus qui confestim de pompeii aduentu in ter se consultare incipiunt:aderat etiam Theodotus Samius Rhetor pueri regis præceptor. hi nefandū inuicem negocium animo uoluentes pompeium i terficere conueniunt : quo cæsari morem gererent approbato deinde consilio cimbam eximie ornatā ad eum mittunt : ueluti mari importuoso eo in lo- co existente:nec a maioribus nauibꝫ adiri facili.mi nistri porro regii cimbam inscenderant & cum his Sempronius uir romanus qui tum forte rgi assidēs alias cum pompeio militauerat.is dextram rgis no mie pompeio obtulit:& ad amicum filium monet tute accedere . inter hæc exercitus ueluti pompeio honorem præstiturus:iuxta littus in acie constite- rat:& rex inter medios purpurea amictus ueste p- sidebat:quorum aspectu pompeius suspitione mo tus est:cum exercitus ordinem cimbæ ornatum in tueretur:potissimum cum nec ad ipsum accessisset rex:nec ex suis digniores præmisisset : hunc solum itaque Sophoclis Iambum protulit . qui ad Tyran- num proficiscitur:illius seruus est quamquam liber sit.quo dicto cimbam trepide ingressus est.cum in al to lōge abesset internauigandum magis adhuc de Sempronio cœpit suspicari siue ꝗ romanum hominē secum olim militātem nosceret: siue ꝗ solum adesse cerneret : quasi ob militaris disciplinæ æmulatiorē i peratorem suum esset inuasurus:ad illum itaque conuersus:te ne inquit ego cognosco o miles cui statim ille annuit.deinde se conuertente primus percutit.cæteri uero insecuti sunt.uxor itaque & amici eius hæc alonge intuentes eiulatu gemituque ad eos fœderum uindices manus tollere : nulla interiecta mora clas- sem ab inimico littore auertere contendunt.cæsar postea photinum & achillam ob ea quæ in pōpeio per petrauerant morte mulctauit.Theodotum demum fugientem Casicum in asiam uenisset cruce suspēdit. Proh superum:exclamatio est dolentis:o nefas inquit cuius et deos pudere debet . Satelles: scilicet regi us factus. Posito pilo:telo ro.cuius generis & conditionis erat homo. Immanis:sæuus:uiolentus:for tis. Atrox:crudelis. Mitior:idest non minus crudelis & est abusio in comparatiuo. Quis non fortūa adeo ipse Septimius in omne nefas pronus erat:ut credi posset fortunam pepercisse orbi terrarum: qa no luerit hūc bellis ciuilibꝫ interfuisse:q oēs crudelitate fuparet ideo dicit. Parcere:populis. Dextra.s.septi/ mii. Vacaret:careret & uacua esset. Noxia:erāt tela septimii:sed nō iō ipsū bello.ciuili iteresse uoluisti. Disponis:istruis:paras. Ne nō:ut fiat in ōi orbe ut nec et a scelere belli ciuilis ægyptus qdē libera sit appo. dedecus ipsis. Fabula:sermo uulgaris est:qa ubicūꝗ uulgabit hoc ciuile bellū cū magno deoꝝ pudore. Sic paruit.s.tā turpiter. Ro.ensis.s.septimii q Ro.erat. Regi:ptholemæo. Paruit:occidēdo pō. Pelleꝫ alexādrinus ab urbe pella. Tuo gla.i.tui militis gladio. Fama:p īfamia.e enī tō meson.i. mediū sicut bo na ualitudo & mala ualitudo. Posteritas.i.posteri septimiū psecunt. Quo noīe di et:si rpti sūt q ausi fu erūt dicere bruti nefas ꝗ cæs.occiderit:quo noīe tantæ crudelitatis scelus & inauditæ idignitatis appella- būt eū q pō.occiderit.q.d.nullo noīe. Dicēt.s.posteri. Iā uenerat:appropinquauerat tpus ut occideret pō.& mors eius differri nō poterat. Ablatus:sublatus. In alnū:i nauem: materiā pro forma posuit.

Perdiderat iura: ideſt in ſua poteſtāte non erat: pōpeius uenerat in manus hoſtiū ideo ſui iuris nō erat. Vt uidit cōminus enſes: ita illi ſtrinxerunt ferrum: at uero pompeius: ubi uidit nudari enſes ſtatim caput & ora ueſtibꝫ texit: & magna cupiditate uulnera cepit: ſpūm autem intra ſe continuit: nequam uocē effœminatā emitteret: quæ laudi & gloriæ ſuæ derogaret. Inuol. ſcilicet ueſtibus. Apertum: uoluit ingt aperto capite ſæuienti fortunæ ſe oſtendere. Preſſit clauſit: Vir. Præſſit ne oculos ideſt clauſit. Animā: ſpūm & reddit cauſā cur oculos clauſerit. Nequas effundere uoces: hinc eſt ꝙ uiros fortes oppetere dicebant: ideſt quaſi ore terram petere ne audiri poſſēt emitteř eiulatū ullum: aut effœminatam eneruamque uocem. Sed poſtquam mucrone: ita ſe habuit pompeius: ut micare gladios uidit: ſed in ipſis etiam uulneribus non mīorem præſtitit animi uirtutem. Perfodit: trāſfixit. Nullo gemitu: bene dicit nam animo conſenſit: quia tacuit quia taciturnitas eſt conſenſio. Deſpexitque nefas: quæ omnia ſigna erant libenter morientis. Seruat: continet. Promat: ſe ipſum. Voluit: ideſt cogitat ſecreta animi ſui quaſi uates diuinabat Lucanus. nam uatibus datum eſt ſcire ea que ſecreta ſunt. Sæcula romanos: fingit quæ ueriſimiliter ſecum pompeius cogitare potuerit: ita ſecū loquebatur: & hac cogitatiōe prorſus ſenſum omnem a dolore uulnerum alienabat: dicit enim. Attendunt: ideſt intendunt uirtutem animi mei. Aeuumqꝫ ſequens: ideſt poteſteritas quaſi poſteritatem omnem figit adeeſſe: & laudare animi ſui fortitudinem. Ratem: biremem ī qua miniſtri regis me occideřt. Phariā. ſi. ægyptiam. Nunc conſule famæ: ergo quandoquidem ita animo fixerat adeſſe poſteritatem omnemque intueretur: & cædem ſuam & ipſius regis perfidiam: nunc ſe ipſum adhortatur ut ſe talem præſtař uelit ut ab omnibus non ſolum laude: ſed etiam admiratione proſequendus ſit. Fata tibi longæ: quando ita occideris: ut quaſi in conſpectu totius orbis conſtitutus ſis. ergo fata proſpera fluxerunt. Ignorant populi: id ne fortunæ ſit attribuendum: an uirtuti tuæ: ꝙ res magnas geſſeris: ſed nunc tempus eſt: in quo probař poſſis animi tui uirtutem. Ignorant ſcilicet qualis ſis. Ne cæde pudori: non te pudeat ꝙ ptholemæo enerui ac effœminato occidaris. ſed ita animo tuo coniice: quicunque te occiderit hunc eſſe Cæſarem. nam auctori rerum cauſa attribuenda eſt. Auctorēque: coppulat aduerbium.

Perdiderat iā iura ſui: tunc ſtringere ferrū
Regia monſtra parant: ut uidit cōminus ēſes
Inuoluit uultus. atqꝫ indignatus apertum
Fortunæ præſtare caput: tunc lumina preſſit:
Continuitqꝫ animam: ne quas effundeř uoces
Poſſet. & æternā fletu corrumpere famam
Sed poſtquā mucrone latus funeſtus achillaſ
Perfodit. nullo gemitu conſenſit ad ictum:
Reſpexitque nefas: ſeruatque īmobile corpus
Seque ꝓbat moriēs: atqꝫ hæc ī pectore uoluit
Sæcula romanos nunquā tacitura labores
Accedunt æuūque ſequēs ſpeculator ab ōi
Orbe ratē: phariāque fidem nūc cōſule famæ
Fata tibi longæ fluxerunt proſpera uitæ.
Ignorant populi: ſi non in morte probaris
An ſcieris aduerſa pati: ne cede pudori:
Auctorēque dole fati: quacunque feriris
Crede manū ſoceri: ſpgātque lacerētqꝫ licebit
Sum tamen o ſuperi fœlix nullique poteſtas
Hoc auferre deo: mutantur proſpera uita
Non ſū morte miſer: uidet hāc cornelia cædē.
Pōpeiuſque meus: tanto patientius oro
Claude dolor gemitus: natus cōiūxque pētū:
Si mirantur amant: talis cuſtodia magno
Mentis erat. ius hoc animi moriētis habebat.

Dole: quaſi ignauum & effœminatum. Quacunque: ſcilicet manu: quia in gratiam ſoceri hoc faciunt. Lacerant: licet me diſſipent membřatim: ſum tamen fœlix. Nullique poteſtas: nam uirtus animi in poteſtate noſtra eſt: cætera uero fortunæ ſubiecta: nam fortitudo: patientia: fiducia: perſeuerantia: Hæ uirtutes ita noſtræ ſunt: ut nemo a nobis eas poſſit auferre ideo dicit quamquam corpus meum lacerent neque hoc uirtutibus animi officere poteſt. Hoc auferre: ideſt Quod eſt in mea poteſtate: ut me fortem & patientiſſimum oſtendam. Mutantur proſpera uita: cum adhuc uſque tempus ſemper ſecundis rebus fuerim mutari poteſt fortuna. Virtus autem ſtabilis eſt atque perpetua. Mortem miſer: mortem mihi corporis inferre poteſt: famam autem & gloriam diminuere nō poteſt. Videt hanc cornelia cædem: præterea in conſpectu meorum occidor: quod paruum eſt ſolacium: ideo etiam me fortiorem præſtare debeo: & ad ſe ipſum loquitur. Claude dolor: uidelicet ꝙ icōſpectu meorum hanc cædem patior. Peremptum: cum perimam: ideſt dum occidor ab iſtis: participium præteriti temporis pro præſenti poſuit. græci autem habent participium præſēs paſſiui. nos uero nō: ſed utimur ꝑticipio ꝑteriti tēporis. ꝓ ꝑticipio ꝑſentis: ut qua uectus abbas: pro uehebať ita hoc loco. Simulāt. ſ. uirtutē ēt ſi amant mirantur: & ſi miranť amāt. cōuertunť. n. Talis cuſtodia m. ſic igt ſecū cogitabat pō. & ſe ipſū ad patienciā mortis adhortabať. Hoc: āi hūc aīum. Vis. i. uirrutis.

At nō tā patiēs:ille qdē fotissimus erat ī morte.at uero Cornelia ēt si fortis āi erat:tamē cernere nō poterat.nec tātā idignitatē sustinere:ēt ideo īmiserabiles has uoces ꝓrūpit. Miserādas.i.q̄ cōmiserationē uidētib𝑜 & audiētib𝑜 cōmouere posset. Ego te scelerata:existiabat cæ.ꝑuenisse pō. & iā ægytū occupasse cuius ipio hæc cædes admitteref:iā.n. sibi ꝑsuadere nō poterat tātū audaciæ hūisse ptholemæū iō huius cædis culpā attribuēdā sibi putat.ꝙ.s.pō. dū ad eā ueniret morā & spaciū cæ. dedisset ut i Alexandriā ueniret: & ostēdit qūo ipsa i culpa fuerit. Auia.i.ꝑcul a uia.qa si recta uia i ægyptū uenisses nō te ꝑuēisset cæ. iō qa tardatus es in insula lesbo cā tuæ moræ fuit dum me colis. Vis.s.esset alii.i.potestas. Sed qsq̄ i istud deinde alloqť ipsos q occiderūt pō. siue hoc facis ad gr̄am cæ.siue ut tu ꝓuideas tibi ne i offēsionē cæ. incurras. Nescis:iqt ubi sit dolor pō.nā ipse qdē libēter moriť:sed si uis illū modeste ferr̄ mea uiscera pete.nā si me occideris nihil erit qđ maiore dolore afficiat pō. Immisse:ꝑimissus es urūm ꝑ ntio posuit. Caput .s. uulnerati ut occideres pō.ne illū hospiciū suscipiēdū curares qđ tibi ꝑiculosū fuerit. Victo: pō.i.optio ē pō.ut occidať post cladē acceptā. Pœnas nō morte:sed da opā tu qcunq̄ pom.occidis:ut me prius occidas i cōspectu illius.nā id demum erit qđ morte crudelius existiet. Haut ego culpa:& ē iusta cā cur occidar:nec ego sū exps belli ciuilis: qppe illū cōitata sū i castra:& quocūq̄ ꝑfectus ē ego sēper comes extiti. Bellorꝝ.s.q̄ obiiciunť pō. Quæ:affert cur cædē meruerit. Mr̄um matrōarꝝ. Per undas.s.terra mariq̄ secuta sū pō. Nullis abstricta fatis.i.a nullis ꝑiculis fatorꝝ territa. Victū.i.pō.uictū recepi i isula Lesbo ubi relicta erā. Reges timuere: .s.recipe uictū pō.ne id Cæs.displiceret:& ne postea ipsi i aliqđ discrimē iciderēt. Hoc merui cōiunx: cōq̄riť eni Cornelia ꝙ pō.icertū discrimē ire uoluerit:se autē solā q̄si destitutā r̄liq̄rit cuius mors charior eēt uita.siqdē sine eo supstes eēt: nūqd ego hoc merui ut i puppe r̄liquerer tuta cū tu te. i ꝑiculū dederis:ac si.d. nō ita me gessi tecum ut crederr̄ posses me posse sine te uiuere. Parcebas.s.mihi tūc cum trāsires i nauē ægyptiaticā. Fata ex.petēte:cū te certo ꝑiculo exponeres moriar. Nec muner̄ regis: rex ptolemæus occidit te i gr̄am cæs. & noluisti ut me tecū occideret:sed tamē moriar sine regis officio. Munere:officio. Aut: & qūo mori decreuerit ostēdit suppl̄r̄ petēs a nautis q naue uehebanť: ut sibi libere ꝑmittāt mori: uel aliqs eorꝝ sit q ferocē uxorē interficiat: antequam in Cæsaris manus aut potestatē perueniat. Præcipitem:altū. Videntes

At non tam patiens cornelia cernere sæuum
Qua perferr̄ nefas:miserādis æthera cōplet
Vocibus:o coniunx ego te scelerata peremi.
Letiferæ tibi causa moræ fuit auia lesbos.
Et prior in nili peruenit littora cæsar:
Nā cui ius alii sceleris:sed quisquis in istud.
A superis immisse caput:uel cæsaris iræ
Vel tibi prospiciens:nescis crudelis ubi ipsa
Viscera sint magni:properas atq̄ igeris ictus
Qua uotū ē uicto:pœnas nō morte miores
Pēdat:& āte meū uideat caput: haud ego cul
Libera bellorū:quæ matrū sola ꝑ undas: pa
Et per castra comes:nullis exterita fatis.
Victum quod reges etiam timuere recepi
Hoc merui coniunx in tuta puppe reliqui
Perfide parcebas:te fata extrema petente.
Vita digna fui:moriar nec munere regis.
Aut mihi præcipitem nautæ permittite saltū
Aut laqueum collo:tortosq̄ aptare rudentes:
Aut aliquis magno dignus comes exigat ēse.
Pompeio præstare potest:quod cæsaris armis
Imputet o sæui properantem in fata tenetis:
Viuis adhuc coniunx. & iam cornelia non ē
Iuris magne sui:prohibent accersere mortem
Seruor uictori:sic fata interq̄ suorum
Lapsa manus rapitur trepida fugiente carina.

tor.idest funes quibus utar pro laqueo. Aut aliquis comes: pompeianus fidelis stricto ense mea pectora transfigat. Exigat: per pectora nostra. Præstare potest: sensus est poterit inquit ille qui me occidet dicere: occidamus uxorem pompeii ne in manus Cæsaris ueniat. Imputet: cæsari ut non ipse: sed cædis huius Cæsar causa fuerit. Potest: scilicet comes. Properante in fata: quia parabat cornelia se de puppe in undam deiicere: sed prohibebant qui simul naue uehebantur. ideo conqueritur de ipsis dicens. Tenetis: pro retinetis. Viuis adhuc coniunx. En quo redacta sum o pompei ad huc tu uiuus es: & ego mei iuris esse dedisti te uiuo non possum libere uti corpore meo. ac si dicat antequam moriaris in seruitutem redacta sum. Iuris: ꝑtestatis. Prohibent accersere mortem: nihil enim aliud faciunt: nisi ut me cæsari seruent: ut in graciam suam se confirment. Accesere: petere. Quamobrem: quia. Seruor uictori: ut captiua tradar Cæsari. Sic fata: hæc ubi dixit nautæ q̄ potuerunt nauē impulerūt:ut ab ægyptio r̄ge se uendicarēt a quo periculū manifeste erat: nā pōpeiū occidi iusserat:nec pō.q dē cōitib𝑜 pepcisset. Et iō lapsa:qa cecidit exais. Rapiť.s.a suis ministris. Trepida:festinā trepidus nō solū timētē:sed festinū significat.Virg. Ne trepidate meas teucri defēdere naues.i.celerate.

At magni cum terga ſonent:& pectora ferro
Permanſiſſe decus ſacræ uenerabile formæ:
Iratamque deis faciem:nil utima mortis
Ex habitu uultuque uiri mutaſſe fatentur.
Qui lacerum uidere caput nam ſæuus in ipſo
Septimius ſceleris:maius ſcelus inuenit actu.
Ac retegit ſacros ſciſſo uelamine uultus
Semianimiſ magni:ſpirantiaque occupat ora:
Collaque in obliquo ponit languentia tranſtro
Tūc neruos uenaſque ſecat.nodoſaque frāgit
Oſſa diu.nondum artiſ erat caput enſe rotare.
At poſtq̄ trunco ceruix abſciſſa receſſit:
Vendicat hoc pharius dextra geſtare ſatelles.
Degener atque operæ miles romane ſecundæ
Pompeii ſacrum diro caput enſe recidis
Vt non ipſe feras:ſummi proh fata pudoris.
Impius ut magnum noſſcet puer:illa uerenda
Regibꝰ hirta coma:& generoſa fronte decora
Cæſaries cōpreſſa māu eſt:pharioque ueruto
Dū uiuunt uultus:atque os ī murmura pulſāt
Singultus animæ:dum lumina nuda rigeſcūt

At magni:nūc reddit ad pō.q̄ regiis miſtris occidebaẗ:ita īqt nauis q̄ pō.cū Cornelia & cōitibus ſuis uecti erāt a cōſpectu ablata erat.ſed pō.dū occidereẗ:ſicut ſcriptores dicūt:dignitatē uultus & oris mortuus ēt ſeruauit. Cū:q̄uis. Sonēt:reſonēt:qa in oī pte cædebaẗ a miſtris regis. Pectora:qa alii ī pectore:alii a tergo uulnerabāt. Permāſiſſe decus:Hic plāe oſtēdit ſe fuiſſe pom.ſtudioſū Lucanus. oīa.n.dicit de ipō pō.honorifice loqẗ:cōtra uero de cæ. Vltīa mortis:ꝑ ultīam mortē:ſicut dicius multū boni:ꝑ multū bonū. Iratāqꝫ deiis faciē.ſ.ꝙ dii uidebanẗ irati:poſtq̄ acie pharſſalica pō.uictus eſt:& ex ſecūda fortūa q̄ ſēp uſus fuerat facta ē aduerſa:adeo ut uſqꝫ ad mortē ꝑſecutus fuerit. Ex hītu:qa idē hītus eadē dignitas oris & uultus ꝑmāſerat mortuoqꝫ & uiuo. Fateẗ:affirmāt: Lacerū:laceratū:abſciſſū. Nā ſæuus ī ipō qa diexerat lacerū caput:nūc declarat cur dixerit.nā Septimius ille crudelis & ipſius nō ſatis habuit occidere pō. ſed etiā caput eius āputauit:ut illud regi ptholemæo offerret:& fuit ipſe officii deterioris:& ſordidioris.nā q̄ſi carnifex pō.āputauit:qđ poſtea Achillas r̄gi obtulit. Scelus īuenit actu:actus ſceleris erat occidere pō.ſed maius ſcelus adiecit caput obtruncādū. Retegit:apit. Sciſſas ueſtes:nā pō.caput ſibi ueſte texerat & ſpiritū cōtinebat:ne nimio dolore uulnerū:uerbū aliqđ emitteret effœmīatū.
Occupat:prēdit. Spirātia ora:nondū omnīo ſpiritū emiſerat. Languētia colla:qa moriebaẗ:& idō ultro citroqꝫ caput iactabat. Trāſtro:qa colla ſup trāſtris poſuit & enſe reſecauit. Languentia col. pro languentis colla. Tum:deinde. Neruos:quibus ceruix humeris nectitur. Oſſa diu:quia non tam facile oſſa recidi poterant:ideo temporis longi ſpacium conſumpſit anteq̄ amputaret. Nondum artis erat:ideſt conſuetudo nondum erat caput amputare enſe:ſicut fuit poſtea:nam ideo ſpiculatoreſ uno ictu caput amputabant. Artis:ideſt ſpiculatorum. Enſe rotare:ideſt rotato enſe amputare:ut maiorem ictum īferret. At poſtquam trunco:ſed poſtquam abſcidit caput indignius fecit ꝙ non ipſe obtulit regi:ſed offerendum conceſſit achillæ. ipē ergo ſordidioris officii fuit Septīiꝰ uidelicet carnifex:dignioris autem achillas:cui caput datum eſt pompeii. Satelles:achillas. Vendicat:aſſciſcit. Geſtare:ſcilicet ut offerat regi. Trunco:nam corpus proprie dicitur ſine capite. Virgilius:Iacet ingens littore truncus. Degener miles:Inuehitur contra hunc ſeptimium poeta dicens o degener miles:& conditionis ſeruilis:cum delegiſti obtruncare pompeii caput quod aliis offers. Secundæ operæ:ideſt uilioris operæ:hinc duo opera fuere.primum recidere caput pompeii.alterum uero offerre regi:ſed uilioris opæ fuit is qui recidit. Feras:pro offeras eſt aphereſeis. Diro enſe:pro tu dirus. Proh ſummi fata pudoris:plena commiſerationis eſt ita conqueſtio:quam de hac indignitate inducit poeta. Fata:o mors. Puer uidelicet ptholemæus rex. Noſceret:cognoſceret impletum eſſe quod iuſſerat uidelicet occiſum eē pompeium. Hirta:ideſt denſa. Verenda regibus:ideſt quam etiam uereri conſueuerunt:ut tigrannes qui cum ad pompeium ueniſſet ad quem etiam eius filius Tigranocerota uenerat prodito regno fretus humanitate pompeii:quam uulgo omnes prædicabant:pompeius uero manu compræhenſum ſurgere iuſſit & ipſum in ſiniſtram partem collocauit.ſic Ariſtobolus rex Iudeorum:quem captum uiuum in triumphum duxit:& ipſum præcedere currum iuſſit.& Ariobarzanes quem etiam in regnum reſtituit:& deiotarus:& reli qui quos magno in honore habuit. Generoſa:nobili & decenti. Manu:ſcilicet carnificis. Singultus animæ:quia adhuc ſpirans caput pompeii cum ſpiritum efflaret ſingultum reddebat. Phario que ueruto.i.ægyptiaco.nā pharos ſiue pharon locus eſt ægypti in medio mari cōſtitutus quē munientū totius ægypti eē uoluerūt:q ægyptū deſcribūt.uerutū.n.genus ē teli ad ſimilitudinē ueru:ūde ēt denōinationē accepit:nā ferrū hēt oblōgū:ſed haſtā breuē adeo ut manubriū potiuꝰ dici poſſit q̄ haſtile hoc generis teli ſixū ē caput pō.Alexādria īſidioſo acceſſu adiẗ fallacibꝰ uadis:cæco mari:tribꝰqꝫ tātū canalidiis admitit nauigātes:poſſideo:tagāo:tauro:hīc igr̄ docet: So. ī portubꝰ machias ad ꝑlucēdi miniſteriū fabricatas pharos dicūt. Nuda:apta nōdū clauſtra. Rigeſcūt:dureſcūt qa morietiū decreſcūt lūina:ut nuſq̄ flectāẗ.

Quo:capite. Bella iubente pax fuit: quia tantum ualuit opibus pompeius:ut quotienſcunque bellũ eſſe uellet cum hoſtibus populi romani pax eſſe non poſſet. Hoc leges ſignificat pompeium maximã bello:maximam pace auctoritatem habuiſſe. Campumque & roſtra:rurſus domi foriſque plurimum ſẽper auctoritatis fuit. Hac facie fortuna:uidelicet qua talem uirum genuiſſes. Nec ſatis infando: deteſtatur Lucanus hoc nefas ꝙ iuſſũ ptolemæi regis admiſſum eſt non ſolum ꝙ interfecerit: aut interfici iuſſerit:ſed ꝙ caput pompeii ſeruauerit: quaſi non ſatis haberet committi ſcelus: niſi ẽt ſceleris teſtimoniũ

Suffixum caput eſt:quo nũquam bella iubẽte
Pax fuit. hoc leges cãpũqꝫ & noſtra mouebat
Hac facie fortuna tibi romana placebas.
Nec ſatis infando fuit hoc uidiſſe tyranno
Vult ſceleri ſuper eſſe fidem:nunc arte nefãda
Submota eſt tabes capiti raptoqꝫ cerebro
Exſicata cutis:putriſqꝫ effluxit ab alto
Humor:& infuſo facies ſolidata ueneno eſt:
Vltima legeæ ſtirpis perituraqꝫ proles.
Degener inceſtæ ſceptris ceſſure ſororis
Cum tibi ſacrato macedon ſeruetur in ãtro.
Et regum cineres.ex tructo monte quieſcant.
Cum ptolemæorum manes.ſeriẽqꝫ pudendã
Pyramides claudant:indignaqꝫ ma uſolæa
Littora pompeium feriunt? truncuſqꝫ uadoſis
Huc illuc iactatur aquis? adeo ne moleſta
Totum cura fuit ſocero ſeruare cadauer?
Hac fortuna fide magni tam proſpera fata

ſupereſſet & cœtera. Vult ſceleris.ſ. fidem: ideſt uult quibuſdam unguentis ſeruari caput: quod ſit ſceleris teſtimonium:& declarat. Tunc arte: ſcilicet mediorum. Capiti:a capite:quare arte nefanda dixerit:declarat:continuo ſubiungit. Raptoque cerebro: euulſo: erepto. Veneno: ideſt pharmaco more græco dixit.nam malum uenenum: & bonũ uenenum dicimus:nam omnis medicina particeps eſt ueneni. ſignificat autem unguentum balſami: aut certe huiuſmodi liquoris qui plurimum ualet ad ſeruanda cadauera. Vltima legeæ ſtirpis:adhuc inuehitur poeta in ptholemæum: quomodo ĩquit tantum ſcelus in animum tuum cadere potuit: ut patiaris indigniores ac ſordidiores honore ſepulturæ donari:& pompeii cadauer in fluctibus mariſ ultro citroque iactari. Vltima:bene ultima. nam paulopoſt ſuperueniente cæſare peribis. Legeæ: Lagus enim primus rex ægyptiorum fuit:unde poſtea omnes lagei ſunt appellati. Peritura: paulo poſt ſcilicet. Degener:quia a maioribus tuis degeneraſti. Septris ſororis: nam ab eo interẽpto ptolemæo adoleſcentulo ĩ regnum cæ. cõſtituit ſororẽ cleopatram:atque ei in regni partem reliquum fratrem addidit admodum iuuenem. Inceſtæ:reſpexit ad illudquod ſubiecta eſt cæſari ex qua natus eſt Ceſareon:quem poſtea iuſſit intefici Auguſtus cæſ.

Cum tibi:o uiliſſime omnium Ptholemæe merito tu humiliores ac ſordidiores mole ſepulchri in ægypto cõditos eſſe pateris & põ.fluctibꝫ maris iactari pateris. Macedon.i. Alexander macedo. In ſacrata ãtro.ſ.Alexandriæ:nã in alexadria:quã alexãder cõdiderat ſepulchꝝ eius conſtructũ fuerat:ubi tũc ẽt ipſius cineres ſeruabant. In ãtro.i.mole ſepulchri quæ inſtar mõtis erat.ſicut apud herodotũ legit reges illi magnis ĩpenſis ſepulchra ſibi extruebant:adeo ut legamus tricenta talenta in Pyramide regis ſoſis fuiſſe cõſũpta in cibo cepaꝝ & allii ut alerent operari:qbꝫ ſepulchꝝ illud ſiue pyramis conſtruebat: ex quo ĩtelligi poteſt quanta fuerit magnificentia illius ſepulchri:ideo dixi inſtar montis Ptholemæoꝝ. Regũ:ſeriẽ.ſ. ordinem rerũ. Pudendã:qtũ ad ipſos qa erant deſides & uiles. Pyramides:dictæ ſunt ſepulchra ægyptiorũ regũ ꝙ inſtar pyramidum eſſent.nã py γτὸπυ.pſignificas ignẽ:eo ꝙ illius figurã imitantur.nam flamma ignis ſemper tẽdit in acutum:quam poſtea illa ſepulchra habuerunt. Claudant:ſcilicet ſe ipſũ

Mauſolea: ideſt ſepulchra Mauſoli ſepulchra ſimillima monumenta:nam Mauſolus rex cariæ fuit uxorẽ habuit nomine Arthemiſiam cui uir adeo dilectus fuit:ut poſt mortem eius tãtum fecerit quo perpetuo uiri memoria ſeruaretur.in cætera ſupulchrum ſtruxit cuius ædificium tantæ magnificentiæ fuit ut ex ſeptem mirabilibus mundi unum connumeretur: & inde ſepulchra omnia magnifica Mauſolea a Mauſolo ſunt appellata. Mauſolus:ut refert ſtrabo:libro quartodecimo filius fuit Hecatomni cariæ rgis qui tres habuit filios:Idryeum:pyxodarum:& Maoſolum:& filias duas e qbus Artemiſia grandior:mauſolo ex fratribus grãdiori nupſit:Idryeo altera ſoror data eſt nomine ada.mauſolus itaque regnauit: quo mortuo uxor imperium habuit:quæ ut diximus illi ſepulchrum conſtruxit artemiſia tabe cõſumpta:ꝓpter luctum quem e uiro ſuſceperat:Idryeus imperauit:atque huic etiam ex morbo aſſumpto uxor ſucceſſit: at Pixodarus qui reliquus erat ex filiis Hecatomni hanc eiecit. Indigna: indignorum hominum regum. Trunchus: corpus. Adeo ne moleſta: Si caput ſeruandum eſſe iuſſiſti cur non totum põpeii corpus ſeruabas: ut ipſum Cæſari oſtenderes? quaſi dicat ſeruare debuiſti. Hac fortuna fide magni tam proſpera fata: nunc redit ad pompeium poſtquam inuectus eſt in ptholemæum: & deteſtatus eſt ſcelus eius. dicit enim. Hac fide: ac ſi. d. perfidia ironice dixit. ut mutabilitatem fortunæ oſtẽdat: quæ nunquam in eo permanet ſtatu.nihil enim eſt magis contrarium rationi:ꝗ temeritas ac fortũa.

Pertulit.i.perduxit:quia cũ adhunc usq; diẽ semp in prosperitate uixisset pompeius:tamẽ tetro ac sordido fine uitã suã clausit. Hac morte:tã sordida. Summo culmine:nã romanorum primus erat pompeius hæc aũt detestatur Lucanus:ut ostendat fortunæ cõfidendũ nõ esse quæ tam&si diturna fuerit põpeio:tamen in fine suã pfidiã ostendit. Exegit:pfecit. Cladesq; omnes:quas inferre potuerat diuersis temporibus pompeio:eas seruauit ut in unum diem omnes conferret. Immunes:expertes. Pompeiusq; fuit qui nunquam mixta uider&:dicit nihil medium fuisse.i pompeio fuere omnia siue læta siue tristia:satius est aliquando lætis: aliquando tristibus fruamur:q̃ diuturna semp & secũda frui:& ĩ extremum postea fortunã aduersam experiri:quod põpeio cõtigit. Fœlix:sine ullius miseriæ parte. Nullo:scilic& deorum:quia postquam mutata est fortuna abunde & cumulate miser fuit. Dilata:scili usque ad senectutem. Nunc:scilic& cadauer eius qui tam longa fortuna usus fuerat. Nunc pulsatur:idest laceratur:sicut fluctus maris illius cadauer in scopulos impigeret ita lacerabatur appositiue ludibrium. Hausto per uulnera fluctu:quia tergo & pectore transfixus fuerat cadauer pompeii:unde etiã maris aquam hauriebat. Nullaq; manẽte figura.id quod solet aliis notitiam auferre:pompeio notitiã dedit:nam hoc ipsum q; erat obtrũcatũ caput notitiam faciebat pompeii esse cadauer:qa paulo ante constabat obtruncatũ fuisse pompeiũ. Nota:signum. Ante tamen pharias:quamuis aliquã diu fluctibus maris huc & illuc impulsum fuerat pompeii cadauer:tamen fortuna uoluit antequam cæsar in ægyptum ueniret sepeliretur:tam &si sordidior humili sepulchro. Ne iaceat nullo:sed aliquo quamuis fortuna uoluit ut nec careret sepulchro. Meliore:ac si dicat Cæsar uenisset: & corpus illius inhumatum inuenisset:non dubium fuisset:quin sicut de capite fecit:ita & de reliquo corpore facturum.nam postquam pompeii caput oblatum sibi uidit dolore perculsus: lachrymas nõ tenuit:& illud omnibus undique odoribus collectis honorifice sepeliri iussit:sed fortuna noluit. Et latebris pauidus:describit quomodo Codrus:qui pompeii libertus fuerat corpus in undas quesierat.& repertum sepulchro mandauit clam.ne forte aliquod sepulchrum immineret.de Codro nullam mentionem facit Apianus.dicit enim caput pompeii abscissum cæsari magno pro munere seruatum fuisse.reliquum corporis in littore sepultum a'quodam tumulo insigni addito:cui ab alio inscriptum fuit.Templi pondus erat:modica'qui claudiiur urna procedente tempore cum tumulus sub harena esset obrutus:statuæ etiam quæ pompeio a necessariis eius circa Cassium ex ære erectæ steterant in templi aditu iam uetustate exesæ seruarentur ab Adriano imperatore summa diligentia perquisitæ & inuentæ sunt:cum ad partes illas accessisset'tumlus quoque mandato eius perpurgatus:statuæ erectæ:sic ut denuo ab omnibus dignosci potest: Quæstor: quæsitor corporis pompeii. Infaustus:declarat quis nam hic Codrus fuerit. Cynareæ cypri:Epitheton est longe repetitum nam Pygmalion cilicis filius fuit.qui Cilicum phœnicumque manu collecta:imperium transtulit in Cyprum & pulsis ueteribus syriis insulam omnem occupauit:hic ex uxore quam ipse ex niueo marmore fecerat:fuit enim peritissimus pictor beneficio ueneris uiuificata:sicut in fabulis est apud Ouidium filium Cynaram genuit qui patri successit in regnum a quo cynareus.a.um.dictus est populus ægypti.nam cum festum ueneris celebraretur petiit:ut si fieri posset hanc statuam marmoream cuius amore deperibat beneficio suo uenus uiuificaret a quo Cyprus cynarea est appellata. Ab icario littore:ideo dixit Cypri ad differentiam alterius maris icarei.nam hoc icareum mare de quo dictum est pars asiatici maris:id est ionii:sed est alterum mare icarium a filio dædali Icaro ibi summerso sic appellatum.Ab hoc ergo mari de quo hic loquitur usque in ægyptum Codrus pompeium comitatus fuerat.nam meministis superius cum dixit de pompeio:Demisso in littore rege: ipse per icariæ populos ideo dixit icario. Per umbras: per noctem.

Compulit:expulit. Victum pietate timorem:pietas in pom.& timor ptholemæi inter se pugnabãt:tãdẽ pietas timorẽ uicit:& ita p noctẽ,pfectus cadauer pom.inuẽtũ sepeliuit. Traherет potiusq̃ ueheret.

Pertulit: hac illum summo de culmine rerum
Morte petit:cladesque omnes exegit in uno:
Sæua die:quibus immunes tot præstitit ãnos:
Pompeiusque fuit:qui nunquã mixta uideret
Læta malis:felix nullo turbante deorum.
Et nullo parcente miser: semel impulit illum
Dilata fortuna manu:pulsatur herenis:
Carpitur ĩ scopulis: hausto per uulnera fluctu
Ludibrium pelagi:uullaque manente figura.
Vna nota est magno:capitis iactura reuulsi.
Ante tamen pharias uictor quã tãgat haréas
Pompeio raptim tumulum fortuna parauit:
Ne iaceat nullo uel meliore sepulchro.
E latebris pauidus decurrit ad æquora codrus
Quæstor ab icario cinareæ littore cypri.
In faustus magni fuerat comes: ille p umbras
Ausus ferre gradum:uictum pietate timorem
Compulit ut mediis quæsitum corpus ĩ ũdis.
Duceret ad terrã traheretq; ad littora magnũ.

Lucis mæsta parũ:nocte ĩtẽpesta egressus codrus sicut supradictũ ẽ.põ.corpus q̃siuit nũc dicit exiguũ lumen præbuisse lunã:ut uix corpus discernere potuerit:sed tamẽ qa repcussione lunæ ũda lucebat & corpus discolor erat a cãdor̃ maris:corpus põ.cepit:& sensĩ illud ad ripas subduxit. Cynthia:luna a cynthio mõte deli ubi colit̃ dicta ẽ:ũde ẽt cynthius apollo:ubi enĩ utrũq3 numẽ colebat̃. Mæsta:q̃si cæde põ. ipa quoq3 sidera mœrorẽ signabãt ĩ funere tãti uiri. Discolor:diuersi coloris ab ũda maris. Tenet ille:post quã semel corpus cognouit cõprehẽsũ illud cõplectebat̃. Pelago.m.qa dũ corpus teneret lux ĩundationẽ ꝓpemodũ rapiebat. Expectat:scilicet ipsũ corpus

Lucis mæsta parum per densas cinthia nubes
Præbebat cano: sed discolor æquore truncus
Conspicitur:tenet ille ducẽ complexibꝰ arctis
Eripiente mari: tunc uictus pondere tanto
Expectat fluctus: pelagoq3 iuuante cadauer
Impulit:postq̃ sicco iam littore sedit
Incubuit magno: lachrymas effundit ĩ omne
Vulnus:& ad superos obscuraq3 sydera fatur
Non præciosa petit cumulato thur̃ sepulchra
Pompeius fortuna tuus: non pinguis ad astra
Vt ferat e membris eoos fumus odores:
Vt romana suum gestent pia colla parentem
Præferat ut ueteres feralis pompa triumphos:
Vt resonent tristi cantu fora. totus ut ignes
Proiectis mærens exercitus ambiat armis:
Da uilem magno plebei funeris arcam:
Quæ lacerum corpus siccos effundat ĩ ignes
Robora non desint misero nec sordidus ustor
Sit satis o superi quod nõ cornelia fuso
Crine iacet:subiiciq3 facem complexa maritũ
Imperat:extremo sed abest a funere busti
Infœlix coniunx:nec adhuc a littore longe est
Sic fatus:paruos iuuenis procul aspicit ignes
Corpus uile suis nullo custode cremantes.

Pelago mouẽte: qa fluctus maris nũq̃ desistit:sẽper littora ĩpellit:& cum impulerit redit. nunc ergo dicit dũ fluctus maris rediret:quasi corpus e mãibus & cõplexu rapiebat:expectabat igitur ut fluctꝰ rediret in littore cuius impetu corpus exciperet. Impellit.s.ad littora. Pelago.i.fluctu maris. Sedet .s.corpus. Littore sicco.i.in harena littoris. Incubuit magno:Superiniecit se cadaueri põ. lachrimãs

Obscuraque sidera.i. ad sidera obscurum lumen reddentia.quia uidelicet nubibus oppositũ erat cælum:& his uerbis utitur:ab ipsa fortuna petens: ne uel uile sepulchrum pom. inuideat. Non præciosa:non petit inq̃t o fortuna pom. pro dignitate sua sepulchrum.Cumulato ture.s.rogis & cadaueri eius sicut mos erat ãtiq̃ssius.Vir.Congesta cremãt̃ turea dona:& declarat. Non pinguis:uidelicet ex pĩguibus aromatibus exhalant. sic olim solebant cuiuslibet generis aromatum superinducere cadaueri cum rogo superimpositum cremaretur. Pia colla: sicut enim cõsueuerat quod & nunc tenetur: ut ps ingenti subiere feretro Triste ministerium. Præferat:& non petit:ut pompa funeris præcedat in qua sit quædam imago triumphi: id etiam antiquitus faciebant quod nunc quoque seruatur. Tristi cantu:uidelicet nenia carmen erat: quod laudandi gr̃a in funere cantabatur ad tibiam quod ex uerbo græco finem significat:quia neatu græce. latine significat ultimum.ideo nenia dicitur carmen illud quod cantabatur in fine & exitu uitæ. alii dicunt neniam esse uocem querimoniæ flentium. uidelicet ne ne. Sunt qui dicant neniam extremum carmen significare ab extrema intestini parte. nam neaton græce significat extremum. Alii referunt ad extremitatẽ chordarum quæ:ultima est in cythara a potu neati quod significat ultimnm eo ꝙ ultimum sit cantatiõis carmen.de hac nenia loquitur hoc loco Lucanus:idest carmine illo quod laudandi gratia in funere cantabatur. Mœrens exercitus:pompam militarem significat.ter enim circuire solebant equites rogum cui superiniectum erat ducis cadauet. Virgilius:& ipse describit.Ter circum accensos cincti fulgẽtibus armis errauere rogos:ter mœstum funeris ignem lustrauere rogum. Proiectis armis:ut positis in signibus ordine duci. Da uilem magno:his omnibus omissis quæ fieri solent in funere magnorum ducum: satis est pompeio:ut uel uile sepulchrum ei concedas. Lacerum:scilicet crudelitate interfectorum. Robora:idest ligna quibus rogus cadaueri construitur. Vstor:idest ibi sordidus crematot non desit. Non cornelia:Quia propinquiores solebant subiicere facem:uel uxor uiro:uel filius patri:e contra. Sit fatis: idest sufficiat ad iram uestram si fortunæ succensetis pompeio: uel fortuna ipsius nimium inuideatis.

Imperat:bene: quia ipsa præ dolore non potuisset subiicere facem. ideo dicit: sed abest: quia si forte parentes facem subiicerent filiis spectare non possent officium nec oculis cernere. Virgilius. & subiectũ more parentum auersi tenuere facem. nam auertebant oculos in aliam partem. Longe est: Quia tam non est procul ab illo coniunx. nam arrepta erat nauis qua uehebatur Cornelia cum pompeii comitibus. Sic fatur: hæc ubi dixit Codrus uidit ingentem rogum: haud procul inde ubi cuiusdam cadauer crematum fuerat: accessit ergo & ignem constituit petens ueniam a manibus eius quicunque rogo crematus est. Vile: idest cuiusdam plebeii corpus. Suis: Quia sui dereliquerant illud.

Inde:ex illo rogo. Rapit:rapti capit. Subducẽs.ſ.a corpore uel a manibꝫ illius. Vmbra:o aĩa. Neglecta:ꝙ nullo cuſtode cõburiẽ. Nec ulli cara tuo.ſ.qa ſi chara eẽs:tui te cuſtodirẽt uſq; ad ultimũ buſtũ. Iã cõpoſitũ:qa rogo ſupĩpoſitũ cõburebaẽ. Buſtũ:q̃ſi cõbuſtũ. Manus hoſpita.i.mei hoſpitis externi. Si qd ſẽſus poſt fata:reſpexit ad opinionẽ epicureorũ falſã ac ſtolidam.ꝙ aĩa ſimul cum corpore extinguere/tur. Scio inquit ſi poſt mortem ſenſus aliquis ſupereſt:ꝙ tu quoque uolens ac libens mihi concedes:ut ignem de tuo rogo ſuſpiciam. Rogo:ſcilcet pom. Pateris:ſcilicet libens. Teque pudet:& non ſine pudore hoc uidẽs ut corpus tuũ cremeẽ:pomp.uero corpus ĩhumatũ relinquaẽ. Plenuſq; ſinus.i.habẽs ſinus plenos:tãta cupiditate cõburendi ferebaẽ. Fluctu relatus:qa dũ inũdat marẽ pene a littorẽ ĩ ma ria rettulerat corpus. Relatus:delatus a littore in mare. Dimouit:ſepauit. Sũmas:ſupficiẽ harenæ. Procul.i.ante oculos.nã utrunq; ſignificat:& porro ab oculis & præ oculis. Premũt nobile corpus a co.ꝓ a nobili corpore nulla robora premunẽ.hyppal/lage ẽ:qa robora nõ erãt.ſed fragmẽta carinæ.ſigni ficat ãt nõ altũ & ſublime rogũ ſtructũ:ſicut ꝓ qua litate fortunæ rogus ſtrui ſolebat. Nulla ſtrue:qđ obſcurius dixerũt poetæ:ĩ ſequentibꝫ declarãt.ẽ er go ipetepexegeſis.ſ.expoſitõ ύπο ſub ἐπι ſupra ἐκτος extra ἐξήγησις naratio. Strues:rogi. Ille ſe dens iuxta:Codrus poſtq̃ rogo fragmẽtis nauis cõ ſtructo põ.cadauer ſupimpoſuit:ueniã ab eo petiit:ſi nõ ꝓ ipſius dignitate ſepulchꝝ pararet:ꝙ ſi iqt ma luiſſes inhumatus iacere:tamẽ uile ſepulchrũ cã fuit q̃ me ĩpelleret:ut ĩ hoc qdẽ q̃lecũq; ſit ſepulchro ia/ceres:qa.ſ.metuebã ne eſca fieres piſcibꝫ & alitibꝫ & feris:ſed ſi mihi dabiẽ facultas nõ patiar te ĩ hoc ia cere:ſed iubente cornelia ego te in maiorum ſepul/chra tranſſeram.hæc ubi dixit rogo flammam ſub iecit. Iuxta flamma:Scilicet rogi pompeii. O maxime ductor:nam pompeius ſicut in hiſtoria legimus fama ſui nominis totum orbẽ ipleuerat:cũ maxĩe reges atq; nationes bello ſub egiſſet. Vna:.i.ſola. Si tibi iactatu.ſ.maluiſſes fluctibꝫ maris di lacerari q̃ ĩ hoc humili ſepulchro ſepeliri.iuſta cã ẽ cur mihi ignoſcas:ꝗcũ hoc aĩo feceri ne corpus tuũ eſca fieret alitibꝫ:piſcibꝫ:& feris. Iactatu undarũ. Triſtior.i.tibi moleſtius ẽ tale ſepulchrũ ſeq:q̃ nullũ. Obſecro auerte:remoue. Officiis meis:hoc eſt ne cõſideres uile meũ officiũ:ſed officii religionẽ & pietatẽ:q̃ me ĩduxit ut hoc facerẽ. Fati:diſpoſitõiſ diuinæ:qa uſq; adeo fata tibi aduerſa fuerũt:ut peri culũ ſit:ne ſi hoc uile ſepulchrũ cõſeq̃ris:non diripi aris:aut lacereris omnino a feris & alitibꝫ:iõ non ẽ nefas putandũ:ꝙ ego te hoc uili ſepulchro cõdide/rim. Ne bellua.i.piſcis marinus: Fera:ut leo & lu pus. Volucres:ut uultures. Audeat:ſcilicet ali quid contra corpus tuum. Quantum potes:q̃ celerrime fieri poteſt benignus & libens cremeris.

Inde rapit flaminas:ſemiuſta robora mẽbris
Subducit:quæcunq; es ait neglecta nec ulli
Chara tuo.ſed pompeio fœlicior umbra.
Quod iã cõpoſitũ uiolat mãus hoſpita buſtũ
Da ueniam:ſi quis ſenſus poſt fata relictũ eſt.
Cedis & ipſa rogo paterisq; hæc dãna ſepulchri:
Teq; pudet ſparſis põpei manibus uri.
Sic fatus plenoſq; ſinus ardente fauilla
Peruolat ad truncum:qui fluctu pene relatus
Littore pendebat:ſummas demouit harenas.
Et collecta procul laceræ fragmenta carinæ.
Exigua trepidus poſuit ſcrobe.nobile copus
Robora nulla preũt.nulla ſtrue mẽbra rcũbũt
Admotus magnus:nõ ſubditus accipit ignis
Ille ſedens iuxta flammas.o maxime dixit
Ductor.& heſperii maieſtas nominis una.
Si tibi iactatu pelagi.ſi funere nullo
Triſtior iſte rogus manes.animamq; potẽtem
Officiis auerte meis:iniuria fati
Hoc fas eſſe iubet.nec ponti bellua quicquam
Ne fera:ne uolucres:ne ſæui ceſaris ira
Audeat:& exiguã quãtũ potes accipe flãmã
Romana ſuccenſe manu:fortuna recurſus
Sidet in heſperiam:non hac in ſede quieſcent
Tam ſacri cineres:ſed te cornelia magne
Accipiet:noſtraq; manu tranſfundet ĩ urnam
Interea paruo ſignemus littora ſaxo:
Vt nota ſit buſti:ſi quis placare peremptum
Forte uolet:plenos & reddere mortis honores
Inueniat trunci cineres:& norit harenas:
Ad q̃s magne tuũ referat caput:hac ubi fatus

Exiguam:humilem. Romana manu:ſcilicet manu romani ciuis. Recurſus in heſperiam:id/eſt ſi dii conceſſerit:ut in italiam redeam:non patiar te hic iacere. Hac in ſe.tam humili ſepultura. Cornelia accipiet:& accipiendo noſtro uteẽ miniſterio. In urnam:ſcilicet maiorum tuorum. Interea:ideſt dum tempus illud aduenerit:ut in ſepulturam digniorem tranſſerri poſſis. Signemus ſaxo. Vt dignoſci poſſit:ubi nam reliquiæ tui corporis iaceant. Vt nota:ideſt notatio & ſignum. Buſto:ſepulchro. Perẽptũ:ideſt manes tui perempti. Plenos:ideſt perfectos tuos honores:nã mortis honorẽ ſepulchrũ appellat. Arenas:ubi ſitus ẽ cognoſcat. Referat caput:ut totũ corpus ĩ uno ſepulchro cõdaẽ.

Excitat:incedit. Inualidas:infirmas flāmas. Ad moto fomite:id est appropiquatis lignis aridioribus nam fomitem appellat materiam aridam qua fouetur ignis. Carpit: scilicet corpus pompeii. Distil. lat:liquescit. Lentū:tardum. Fouens:pascens. Tabe.i.adipe corporis ignis accendebatur:ideo pasce bat. Sed iam percusserat astra:iam illuxerat cū sibi metuens Codrus incohatum sepulchrū reliquit. po stea pietate coactus est redire etiam cum discrimine salutis suæ. Dies premissa auroræ:id est ante auro rā. Percusserat astra:quia supueniente die astra offuscantur:maior lux minorem offuscat. Ordine rup

Excitat inualidas admoto fomite flammas
Carpitur & lentum magnus distillat ī ignem
Tabe fouēs bustum.sed iam percusserat astra
Auroræ premissa dies:ille ordine rupto
Funeris attonitus latebras in littore quærit.
Q uam metuis demēs isto pro crimie pœnā?
Q uo te fama loquax omnes accipit in ānos?
Cōdita laudabit magni socer impius ossa.
I modo securus ueniæ.fassusq; sepulchrum
Posse caput cogit:pietas imponere finem
Officio semiusta rapit.resolutaq; nondum
Ossa satis neruis:& inustis plena medullis.
Aequora restrinxit aqua:congestaq; in unum
Parua clausit humo:tūc ne leuis aura retectos
Auferret cineres:saxo compressit harenam.
Nautaq; ne bustum religato fune moueret.
Inscripsit sacrum semiusto stipite nomen.
Hic sitꝯ ē magnꝯ placet hoc fortūa sepulchrū
Dicere pompeii:quo condi maluit illum.
Q uā terra caruisse socer? temeraria dextra
Cur obiicis magno tumulū? manēsq; uagātes
Includis? situs est qua terra extrema refuso
Pendet in oceno: romanum nomen & omne
Imperiū magno tumuli ē modus:obrue saxa

to: Interrupto rogo incohato se in lateoras proripuit:ne forte deprehenderetur in hoc funeris officio. Demens isto pro crimine.p. reprehendit illum Lucanus dicens illum nequicquam timuisse. nam nec ipse quidem Cæsar adeo crudelis est: ut sepultura pompeium prohibere uelit. Crimine: sicut tu existimas. Fama loquax: diuulgans: non adeo est culpa quod officium tuum fecit: ut tui nominis fama perpetuo duret. Condita laudabit: ne timeas inquit ipse etiam Cæsar q̄uis impius sit laudabit hoc officiū tuū.i. Modo nec metuas ueniā tibi datum iri. Fassusq;.i. fatere te fecisse sepulchrum: & hoc amplius agas caput ēe posse quod habiturus es:ut reliquo corpori coniūgas. Cogit pietas:ut officium impleat incohatum Plena:quia non bene usta erant ossa. Neruis.s. Congesta in unum:id est omnia simul composita Tunc ne leuius & ne forte aura effoderet ossa: non profundius demisso saxo pressit. Auferret:auellet. Rectos:apertos. Nautaque:& ne forte nauta illic sepulto saxo religaret nauem:& fune forte trahēti saxum remoueret inscribit saxo epithaphium ut dignosci posset ibi conditas magni reliquias Semiusto stipite:uidelicet carbone litteras & notas epithaphii. Hic situs est magnus id est positus est pompeius. Placet hoc fortuna: ita uoluisti o fortuna: ut hoc sepulchrum pompeii fieret. Quo condi.Cæsar maluit pompeium tam uile sepulchrum consequi quam omnino in humatum iacere. Condi.sepeliri. Terra: sepulchro. Temeraria dextra:Hic Lucanus Codrum quasi reprehendit:quod dicat ibi nomē eius comprehendi: q̄ fama ipsius & gloria totum orbem terrarum impleuerat. Obiicis tumlum:id est cur pompeium tumuli breuitate coerces. Manesque uagantes: quod ibi una cum corpore nomen eius sepultum sit:an nescis ipsum totum orbe terrarum cognitum:ac celeberrimum esse. Vagantes: id est totum orbem pererrantes. Situs est: non est hoc tanto tumulo situs magnus: sicut tu dicis: sed est positus ea parte qua sol orirur & occidit: hoc est in omnes partes terrarum: & ea parte qua. Terra extrema: uidelicet usque ad extremos terrarum fines peruenit pompeii nomen & fama. Refuso pendet oceano:Mare oceanum totum terratum orbem ambit: & terra dicitur ibi pendere quod in centrum descendit: neq; in aliquam partem declinare potest natura enim est corporis cuiusque grauioris ut in centrum descendat quasi in locum suum. terra ergo cum grauior sit omnibus elementis suo pondere libratur in medio totius orbis:& primo quidem aqua: deinde aere: postea uero superiori elemento sustinetur: ut in nullam partem inclinare possit:quin superius tendat: ideo suo pondere librata sustinetur terra. nam in quamcunque partem inclinaret:nisi &,cætera. Refuso: Recluso:uel respexit ad naturam maris quod fluit & refluit. Magno tumuli: si uis mensuram & modum sepulchri scire pompeii o codre: scito late patere nec breuis esse:quam quo fama populi romani perueniet. Modus:mensura. Obrue: submerget fluctibus maris. Hæc saxa:quibus coerceri pompeium iussisti: nam id etiam superius inuidiosum est: ut dicatur pompeium tam breui tumulo coerceri. non enim sine deorum inuidia hoc fieri aut dici potest. Crimine plena:Quia uoluerunt tam

humili ac fordido te fepulchro cõndi. Si tota eft:a minori ad maius arguit:dicit enim fi alii quorum uirtus inferior fuit magna & ampla monumenta confecuti funt:quid non pompeius & ipfe confequi debet. non enim inferior Hercule dicendus eft:non regibus ægyptiis:quia magna moles pyramidum pro fepulchro habuerunt:quæ nam inqt indignitas eft:ut nnus lapis fufficiat fepulchro pompeii:cum hercules p fepulchro totũ oethen montem occupauit & liber pater Nyfam alteram partem parnafi. Tota oethe: græce. ὁ οητης τοῦ οητου latine oethe tes mons ubi conbuftus eft Hercules a philothete cui arcum & fagittas dono dedit.

Crimine plena deum.fi tota eft herculis œthe
Et iuga tota uacant: bromio nyfeia quare
Vnus i ægypto eft magno lapis: omnia lagi
Rura tenere poteft:fi nullo cefpite nomen
Hæferit:erremus populi cinerumq; tuorum
Magne metu nifi nullas calcemus harenas.
Q uod fi tam facro dignaris nomine faxum
Adde actus tãtos:monimẽtaq; maxima rerũ
Adde truces lepidi motus: alpinaq; bella
Armaq; fertorii reuocato confule uicta:
Et currus quos egit eques cõmertia tuta
Gẽtibus & pauidos cilicas maris adde fubactã
Barbariẽ gẽtefq; uagas:& quicquid in euro
Regnorum boreaq; iacet dic femp ab armis

Nyfea:nam parnafus mõs boetiæ diuiditur in duos colles.fcilicet in cyrram ubi colit apollo & nyfam ubi colitur bacchus. Tota uniuerfa. Bromio :id eft libero patri multa nomina habet Bacchus:quorum unum eft Bromius fed græce abfoluitur:βρομιοσ: quo mænades utũtur: tũc cũ plenæ deo id eft uino orgia bacchi celebrant. Rura tenere põt:uidelicet dignitate fua ita meruit occupare. Lagi:uidelicet omnia quæ tenuit lagus qui primus rex ægypti fuit. Erremus: pro errabimus. Nullo cefpite:melius fuerat o Codre:ut nomẽ pompeii nufquã fcriberetur: quia uniuerfam ægyptum pro fepulchro haberemus: nec ĩ ægypto ullum locum calcare auderemus:ne poftea piaculum cõmitreremus. Calcemus:ne forte calcemus cineres pompeii. Nili: ægypti fluuii pro ipfa ægypto pofuit. Quod fi tam facro: fed fi placet o Codre nomen pompeii infcribere faxo plenũ facito epithaphium:& ibi res eius geftas infcribe:& ita breuiter perftringit gefta pompeii. Actus: res geftas. Si dignaris:id eft dignum facis. Momentaq; maxima:id eft maximarum rerũ hiftorias. Adde truces lepidi motus:hic lepidus acta fyllæ refcindere tentauit: quem aufpiciis pompeii.Qu.Catulus bis ab alpibus & Italia pepulit: hic in Sardiniam quo confugerat:bellũ mouit:inde pulfus paulopoft:periit. Truces motus: Qui audebat acta fyllæ refcidere qbus refciffis bellũ ciuile renouaret. Alpia:unde pulfus fueratt Armaque Sertorii:nam Sertorius populi romani hoftis iudicatus hifpaniam occupauit:& ibi magno exercitu cõparato bellum aduerfus populum romanum geffit in quo fæpe uictor euafit.tandem cum a metello propemodum uinceret: ut uictoriæ fpes magna effet factionepompeii lata eft lex:ut fucceffor mitteretur Metello & ipfe pompeius electus eft: qui contra Sertorium mitteretur: qui deinde per proditionem Sertorium oppreffit nam Perpenna cum fuis ipfum inter epulas trucidarunt. ideo. Reuocato confule:id eft metello in cuius adminiftratione ea omnis prouincia pofita fuerat. Et currus:Triumphauit enim fimul de Africa: de Hifpania: occifis hic Domitio:illic Gn.Carbone. Ante ætatem:quod non licebat:tamen ipfe obtinuit:& cum refifteret fylla ne contra leges triumpharet:quamquam aufpiciis ipfius res bene gefferit.Tũc Pompeius triumphabo inquit:& Sylla quomodo ne tu cum adhuc puer fis audes dicere triumphabo contra leges & ftatuta populi romani contra uoluntatem meam: quare inquit pompeius. tu es tanquã fol occidens:ego uero fum:tanquam oriens quo audito fylla animi magnitudinem admiratus eft:& magno clamore dixit fæpius triumphet triumphet:& ita triumphauit. Comertia tuta gentis:id eft debellatis pyrrhatis:quia tunc demum comercia tuta effe cœperunt:poftquam pyratæ debellati funt qui uniuerfum mare reddiderant infeftum adeo ut portum romanorum occupauerint:& ibi prætorem cum lictoribus in ipfo portu hoftiæ ciuitatis uicerint. Genrefque uagas:Hiberes:Alamanos:Albanos:Hyrcanos:Colchos:Aemaos:Cilices & cæteros populos montis Caucafi:id eft quod ait barbariem:& gentes uagas. Quicquid euro regnorum:nam Caucafus mons orientalis eft:qui inter Eleos & mare cimericũ: & Albanos ultra Cafpium montem fub feptentrione iacentem porrigitur.nam incipit hic mons ab oriẽte & ufque ad Cafpium extenditur:& Albani continentur & dum perfequitur Mitridatem Pompeius: complures huius montis accolas armis fubegit. Ineuro borea: id eft in orientem ufque ad feptẽtrionem:quia ab occidente ufque ad feptẽtrionem pertingit caucafus. Dic femper ab armis Ciuile repetiffe toga:adde hoc quod etiam eft maximus pompeii fplendor.quod uidelicet nunquam tanto imperio ufus eft: nunquam tantam ex hoftibus uictoriam confecutus eft:quin ftatim finito imperio: &. debellatis hoftibus & in fignibus imperii: fimul etiam animum ciuica conditione minorem deponere:nunquam pompeius uoluit ciuica conditione maior uideri. cæteri uero poftq̃ ad prĩcipatũ ciuitatis euaferĩt:maiores cæteris haberi uoluerũt:& tyrãnidẽ appetebãt. Ab armis.i.a bellis debellatis hoftibus

Ciuilem togã.i.semp se ad ciuilem cõditionẽ:ut æquo iure cũ cæteris uiueret contulisse. Ter curribus actis uidelic& tribus triumphis:uno de Sicilia simul & Africa:altero de pyratis:tertio de mitridare:nã potuit triũphare de africa semel de Sicilia semel de piratis:de Sertorio:de mitridate:de Tigrãne:tamẽ donauit hos omnes triumphos patriæ & satis habuit ter triumphasse. Surgit:erigit pompeio. Miserabile sordidũ & humile. Titulis:nullis laudibus. Fastorũ pro magistratibus posuit:libri enĩ sunt in quibus consulũ & aliorũ magistratuũ noia inscribebãtur.

Ciuilem repetisse togam: ter curribus actis
Contentum:multos patriæ donasse triũphos.
Quis capit hæc tũulo surgit miserabile bustũ
Non nullis plenũ titulis:non ordine tanto
Fastorum:solitumq; legi super alta deorum
Culmina & extructos spoliis hostilibus arcus
Haud procul est ima pompei nomen harena
Depressũ tumulo.quod nõ legat aduẽa rectus
Quod nisi mõstratũ romanus trãseat hospes
Noxia ciuili tellus ægyptia fato.
Haud equidẽ imerito cumanæ carmine uatis
Cautum ne nili pelusia tangeret ora
Hesperius miles ripasq; æstate tumentes
Quid tibi sæua precer.pro tãto carmie nilus?
Vertat aquas nilus quo nascitur orbe retẽtus.
Et steriles egeant hibernis imbribus agri.
Totaq; in æthiopum putres soluaris harenas.
Nos in templa tuã romana recipimus isim.
Semideosq; canes:& sistra iubentia luctus.
Et quem tu plãgens hominem testaris osirim

Tãto ordine:quia pompeius cõsul sæpius fuerat sæpe etiã imperator cũ exercitu missus aduersus hostes populi romani & nomẽ eius quotiẽs imperiũ gesserat:totiẽs fastis inscriprũ erat. Solitũ legi: scilic& pompeii nomẽ quod ĩ ordine templorũ inscribi cõsueuit:& in certis arcubus:quorũ adhuc nõ nulli in urbe romana spectant.nũc legit in imo littore positũ:ad cõmiseratione mouendã hoc scribit Lucanus Culmina deorũ.uidelic& in capitolio. Arcus: sic enĩ arcus ædificabãt romãi cũ uictoriã ex hostibus rettulissent:ut ĩ modũ arcus ædificio structo ibi res oẽs gestas pingerẽt:aut certe fingerẽt adhuc arcus & statua põpeii romæ spectat:in quo ẽt sunt candelabra quæ de tẽplo salomonis rapuit. Depressum calcatũ.quod nõ legat.cũ antea legeret a suspiciẽtibus culmẽ tẽpli:nec legi posset nisi a stantibus:necesse nũc est.n.ut qui uelit legere nomẽ pom.ĩ littore curuet. Rectus:sed incuruus propter humilitatem tumuli. Quod nisi mõstratũ & si forte Romã hac trãsirent nisi morarẽtur põpeii nomẽ non agnoscerẽt. Noxia tellus:Apostrophat nũc ad ægyptũ & inuehit in eam dicens. Vere carminibus Sibyllinis cauebat ne miles romanus ægyptũ tãgeret & nõ sine rõne cauerat sibylla ne romanus miles in ægptũ uiueret:hoc oraculũ religiosi obiiciebãt romæ his q Ptholemæũ cũ exercitu ĩ regnũ restituere uolebãt:& creditũ est illud impletum cum Crassus in assyria quæ adiacet ægypto cũ omni exercitu deletus est.nunc refert ad cædem pompeii oraculũ Sibyllæ Lucanus & nõ sine oratiõe id dixerat sibylla.id enim erat quod metuebat ne ĩ eũ põpeius trãsiret quod si sibyllæ paruissent:nunquam talem uirum amisissent. Ciuili fato: propter ciuile fatum.

Haud immerito:non sine ratione. Vatis erycinæ:id est sibyllæ:cui sepulchrum fuit in Lilybeo oppido:ut inquit Solinus:in Sicilia non procul ab Eryce monte in quo colitur uenus.ideo erycinæ:nam epytheton longe repetitum est. Pelusia:pelusium unum ex hostiis nili. Ripasq; æstate trementes:uidelic& ripas nili qui quot annis crescebat & ægyptum inundans fertilem reddebat & nunc quoque illud idẽ facit. Precer.pro imprecer. Vertat aquas:Imprecabor inquit ut nilus in fontem suum redeat nec post hac nilus inundet:ut sterilitate habitare ibi nemo possit. Orbe retẽtus: uidelic& in fontem suum redeat

Ethiopum: uidelic& sic apud ethiopas:ubi ardore solis terra in puluerem resoluitur:sic tu quoque soluaris. Nos in templa tuam:non similes fuerunt romani tibi o ægypte:nam nos deos tuos accepimus:& his templa condidimus.tu uero manes nostri pompeii insepultos iacere pateris. Isim: Ionem Inachi filiam quæ mutata est in uaccam :caudæ cuius iuno oestrum subiecit quo illa agitata totum orbem terrarum peragrauit:tandem peruenit in ægyptum & cum in ripa constitisset nili forte suspiciens uisa est supplicare Ioui:ut sui tandem misereretur:& se in pristinam formam restitueret:uidelicet humanam:admirantibus ægyptiis eam pro dea nili coluerunt:cuius uir fuit O siris. Tuam:quæ apud te colitur. Semideosque canes:uidelic& Mercurium quem Anubim uocant.Virgilius. Omnigerumque deum monstra & latrator Anubis.nam colitur apud ægyptios in forma canis & lingua ægyptia anubis canis dicitur canũ:ut inqt Strabo li.decio septio ciuitas ẽ ĩ qua Anubis colit:& honor & sacer qdã cibus canibus est cõstitutus.quædã enĩ animalia sunt quæ uniuersi ægyptii colũt:quẽadmodũ ex terrestribꝰ tria:Bouẽ:Canẽ felem:ex uolatilibꝰ.Accipitrẽ atq; Ibi.Ex aquatilibꝰ duo lepidotũ piscẽ:& oxyrynchũ.sũt alia quæ q̃sque seorsũ colit. Et sistra iubẽtia luctus:Sistrũ ẽ ĩstrumẽtũ ad similitudie tubæ cuiꝰ cãtu ægyptii ꝯgregati imitabãt plãgores isidis.nã Osiris uir fuit isidis a Tiphõe gigãte laceratꝰ:quẽ diu cũ lachrymis ĩ plãgorẽ q̃siuit

Tu nostros ægypte tenes in puluere manes?
Tu quoq; cum sæuo dederis iã templa tyrãno
Nondum pompeii cineres o roma petisti.
Exul adhuc iacet umbra ducis.si sæcula pria
Victoris timuere minas nunc excipe saltem
Ossa tui magni.si nondum subruta fluctu
Inuisa tellure sedent:quis busta timebit?
Quis sacris dignã mouisse uerebitur ũbrã?
Imperet hoc nobis utinam scelus: & uelit uti
Nostro roma sinu:satis o nimiumq; beatus.
Si mihi contingat manes transferre reuulsos
Ausoniæ:si tale ducis:uiolare sepulchrum.
Forsitan aut sulco sterili compescere finem
A superis:aut roma uolet feralibus austris
Ignibus aut nimiis:aut terræ tecta mouenti
Consilio iussuq; deum transibis in urbem
Magne tuã:sũmusq; feret tua busta sacerdos
Nam quis ad exustã cancro torrente syenẽ
Ibit & himbrifera siccas sub plyade thebas
Spectator nili:qui rubri stagna profundi
Aut arabum portus mercis mutator eoæ

Tu tenes nostros manes.i.principiũ nostrorũ umbras. Tu quoq; cũ sæuo:postquã inuectus est i ægyptios:quia pateretur ossa pompeii inhumata iacere:cũ romani diis eorũ templa struxissent.nũc ipsã quoque romã reprehendit:q; ad sua usque tẽpora in ægyptio puluere ossa pompeii iacere pmisisset:q; si excusationẽ meruerint superioris temporis q; Cæsarem metuebãt:nũc certe nihil habẽt quo se excusare possit

Tu quoque.s.roma reprehendẽda: Cum:q̃uis. Sæuo tyrãno.s.Cæsari quẽ in deorũ numerũ trãstulere romani:quod ẽt Virgilius ostẽdit.Ecce dionei processit Cæsaris astrũ.nã stellã quæ p aliquot dies cõtinuos apparuit cæsaris esse aĩam in cælũ recepti ut ait Suetonius dixerũt & hac de causa simulacro eius ĩ uertice addebatᷣ stella. Nõdũ põpeii cineres: cũ cæsare inqt sæuo tyrãno q primus tyrãnidẽ ĩ urbe romana obtinuit post exactos reges tẽpla struxeris põpeii manes ĩ humatos iacere pmittis. Exul extra solũ pr̃iæ suæ. Pr̃ia sæcula.s.qbus cæsar oĩa tenebat. Nũc excipe.s.romã cineres põpeii trãsferẽdo. Si nondũ subruta.i.si nondũ fluctus maris ossa põpeii abstulit. Sedẽt pmanẽt ubi posita fuerant. Quis busta.t.necẽ q; dubitet quisq̃ id laturã moleste ũbrã põpeii: q̃ si sepulchꝝ ipsius uiolare nõ.n.hoc erit uiolare sepulchꝝ:sed sacrificare:ut extã sordido & uili loco ĩ sedẽ suã & pr̃iam reducatur

Dignã urnã.s. pr̃iam suã.i Sacris:sacrificiis. Dignã ur.uidelic& aĩam põpeii q̃ digna ẽ:ut ipsi sacra deoꝝ more romano exibeantᷣ. Impet hoc no.si alii hoc uerentᷣ uidelic& ex humili sepulchro ossa pom.ĩdigniorẽ locũ trãsferre id mihi munus demãdetᷣ existĩabo me aĩabus pom.rẽ gratã facere. Nostro sinu: quia gremio ipso cineres & ossa põpeii roma trãsferam. Satis o.optãtis ẽ. Si utinã. Violare:nõ erit uiolare:sed uereri. Forsitan aut sulco Fortasse Roma tũc restitueret cineres tuos:ut inde trãsferãtur: honorificẽtius:cũ urbem Ro mãinuaserit pestilẽtia:aut certe terræmotus concusserit: & accepta respõsa huiusmodi erũt: ut nec pestilẽtia illa:nec terræmotus sedari possit:prius q̃ ossa in sedẽ & patriã trãsferãtur:sicut etiã de aliis lectũ est.nam Cybeles & Aesculapii simulacrũ in urbem translatũ:illã a pestilentia liberauit. Sulco sterili:significat famen & penuriam annonæ. Feralibus austris:id est pestiferis.nam auster tunc regnat calidior :cuius feruore corrumpitur aer. Ignibus nimiis:id est æstibus semper extrema uitiosa sunt. Nymbus est uentus cum pluuia. Aut terræ tecta mouenti. Significat terræmotum quum terra mouetur: mouentur & cætera quæ in ea fundata sunt. Summus sacerdos:pontifex maximus. Nam quis ad exustam:uere nunquam dii te tanto dignabantur honore. nam nemo est : qui hac transiturus sit ubi tua ossa manent:quin nauem iubeat eo auerti: ut sepulchrum tuum qualecunque sit salutet & ueneretur. Syenem: syene est ciuitas in medio libyæ posita:& hanc radii solis perpendiculariter feriunt.est enim subiecta cancro. Thebas: Thebæ sunt ægyptiæ & boetiæ: sed de ægyptiis thebis hic intelligit. Sub plyade: sub qua positæ sunt Thebæ ægyptiæ. plyades sunt stellæ quæ ortu suo nauigationis tempus significant: unde etiam dictæ sunt απο του πλεω:id est a nauigando. Quis rubri stagna: id est quis nauigabit in orientem: aut meridiem. neque enim possunt in oriente uel libya nauigare nisi per mare libycum: & in littore libyci maris posita erunt ossa Pompeii. Eoæ: orientalis

Arabum : populi sunt orientis fœlicis Arabiæ:auctore Strabone libro sextodecimo:septentrionale latus faciunt deserta haud exigui. orientale persicus sinus:occidentale arabicus. australe mare magnũ: quod extra utrunque sinum est. Idque totum mare rubrum uocatur:quod rubrum appellatur a sole quum supra uerticem est: uel a montibus ex adustione rubentis. Ctesias uero Gnidius historiæ mãdauit fontem quendam esse: qui aquam rubicundam ac mynio plenam in mare emittit. Solinus capitulo .xlvi. refert ultra pelusiacum hostium. Arabiam esse ad rubrum pertinẽtem mare:quod Erythreum ab Erythra rege persei & andromade filio nõ solum a colore appellatum raro dicit:qui affirmat in littore maris istius fontem esse:quem si oues biberint:mutent uellerum qualitatem.Strabo etiam decio

septimo tradit rubrum mare ægypto sublimius esse:unde si medius Isthmus īcideret:ægyptus a mari ob rueretur. Petet:ꝑ ista loca nauigans. Auertet.s.ab his regionibus ad se nauigantes per ea loca. Cinis in summis:quia fortasse fluctibus maris detecta erunt ossa tua:ut etiā uideri possint præferre.uidelic& ut digniore sepulchro te cōdat. Cassio:mons est in Arabia nobili sepulchro pōpeii nā in littore cassii montis sepultus est. Cassio ioui:quia in Cassio mōte Iouis est templū & pompeii corpus:ut dicit Strabo libro sexto decimo:nō procul inde magnus iugulatus fuit:& ab ægyptiis dolo iteremptus. Nil ista nocebūt

Magne petet:quē nō tumuli uenerabile saxū.
Et cinis in summis forsan turbatus harenis
Auertet:manesq; tuos placare iuuabit
Et cassio præferre ioui:nil ista nocebunt
Famæ busta tuæ:templis auroq; sepultus
Vilior umbra fores:nūc est ꝓ numine summo.
Hoc tumulo fortuna iacens. augustius aris
Victoris libyco pulsatur in æquore saxum.
Tarpeis qui sæpe deis:sua thura negarant
Inclusum tusco uenerantur cespite fulmen
Proderit hoc olim quod nō māsura sepulchri
Ardua marmoreo surrexit pondere moles.
Pulueris exigui sparget nō longa uetustas
Congeriem bustumq; cadet: mortisq; peribūt
Argumenta tuæ.ueniet fœlicior ætas
Q ua sit nulla fides saxum mōstrātibus illud
Atq; erit ægyptus populis fortasse nepotum
Tā mēdax magni tumulo quā certa tonātis.

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER NONVS.

nec erit cur tibi minor hēatur honor:ꝙ ī humili loco ossa tua posita maneāt:imo hoc ipso erit uenerabilior umbra tua. Ista busta:uidelic& uilia & sordida. Templis auroque:quia si in templis auratis cineres tui conditi essent minore mhonorem pro dignitate consecutus esses. Templis auroque:id templis auratis.Endiadis. Pro numine summo: id est loco summo numinis habetur:ꝙ fortuna sepulchri tui in tamuili loco posita sit & subiungit rationem. Augustius aris:per similitudinem ostendit dignius esse sepulchrum pompeii quam eorum qui sepulti sunt in monte tarpeio:id est capitolio: unde thusci sacerdotes qui dedignabantur sacrificare ioui in templo constituto immolant uictimas in loco ubi iacet fulmen.nam thusci fuerunt religionis cultores maximi inde etiam:ut Valerius docet in primo:principium religionem habuisse dixerūt. nunc ergo dicit ꝙ aruspices thusci quotiens prodigium committere uoluerit fulminis.nam fulmen quotiens aliquid percusserit prodigiale est ī locum quem de cælo tactum esse uiderunt bidentes sacrificabāt:& locū illū bidētal appellabāt:nec quisq̄ ausus fuisset in eo loco consistere uenerabant eum locum tanquam sacrum & diis cōsecrabant.illud idē continget sepulchro tuo o pompei.nam quemadmodum tusci sacerdotes dedignabantur sæpe sacrificare Ioui capitolino:& immolabant bidentem in humili sepulchro ubi fulmen positū est:ita etiā umbris tuis sacrificia exhibebūtur a gentibus. Augustius.i.nobilius & uenerabilius:unde augustum dicimus locū uenerabilem:quasi aue gustatum.sic.n. augures illi qui eiusmodi artē tenebant locū illū uenerabilem habebant:quem aues degustassent. Aris uictoris:templis cæsaris:cui templa & aræ extructæ fuerunt. Saxum:sub quo cineres tui conditi sunt. Tarpeis deis:id est Ioui & mineruæ qui coluntur in tarpeia rupe:id est in capitolio. Thura:id est sua sacrificia. Thusco cespite:id est ara a thuscis sacerdotibus extructa non enim tantummodo in tuscia hoc faciebant:sed ubique ubi fulmen cōditum esset. Proderit hoc olim:quod ibi sepultus sis o pompei:quia aliquando cum assiduo maris fluctu saxum illud auferetur:& nulla tui nestigia sepulchri apparebunt:id faciet ut omnes te deum esse existiment:cuius sepulchrum in terris nusquam inuenietur. Olim:aliquando. Ardua:alta.

Futuris:posteris. Pulueris exigui:non erit inquit opus diuturno tempore ad hoc ut fluctus maris residuus rapiat uestigia sepulchri tui. Cadet:in undas maris. Argumenta tuæ mortis:quod est sepulchrum.est argumentum:id est signum mortis:unde monumentum appellatur quia monet mentem intuentium:scilic& ibi mortuum iacere. Argumenta:probamenta. Veniet ætas:in qua non credetur ibi tua ossa aliquando fuisse sepulta. Fœlicior:scilic& quantum ad gloriam tuam. Saxum monstrantibus:quia si forte quis dixerit hic ossa pompeii sepulta fuerunt:non adhibebitur fides. Atque erit ægyptus:& fortasse idem continget tibi.dicit in ægypto:quod contigit Ioui in creta.Nam in insula creta ostendebant sepulchrum quod Iouis fuisse dicebant:sed nemo credere uolebat.idem & tibi continget o pompei.Varro in opere quod de littoribus est etiam suis temporibus: ut ait Solinus:affirmat sepulchrum Iouis in Ida uisitatum. Tam mendax:no erit mēdax:sed existibit

INCIPIT NONVS LVCANI.

AT non in pharia manes iacuere fauilla. Hic incipit liber nonus in quo cõtinet primũ quidem deificatio animæ põpeii. deĩde Catonis deliberatio cũ militibus: quos cũ uniuersa classe secum tenebat: cui cũ Gn. pompeio præfectus erat. nã cũ milites ad libertatẽ incitasset persuasit eis: ut se pararent ad regem Iubam transire: ibi eñi spem aliquam fore: ut regis huius auxilio Rempublicam recuperarẽt & p quos labores quæue pericula iter faciẽs profectus fuit Lucanus describit: primum igitur περι αποθεωσεως: idest deificatione loquitur pompeii q̃uo anima eius ad comparem stellam redierit & deificata sui corporis ludibria contempserit. At: pro sed aduersat his quæ supradicta sunt. uidelic& ĩ angusto ac sordido sepulchro coercitos fuisse cineres pompeii: sed e diuerso manes & eius umbræ in cælestem regionẽ sublimis delata est. Tantam ũbram. i. tantæ magnitudinis & excellentiæ. Prosiluit: p̃cul a busto exiluit ĩ aeream regionẽ. Semiustaque membra: quia nec tantũ quidẽ lignorũ: & fomenti habuit Codrus: ut plene corpus põpeii cremare posset. Degenerẽ: sordidũ Sequit cõuexa tonãtis: reuerrit ad comparẽ stellã: & ad cæleste domiciliũ. Niger aer. i. inferior q contiguus ẽ planetis. de primo ad ultimũ. nam q̃a inferior est ideo densior: quia densior: ideo nigrior Connectitur: contiguus ẽ. uidelic& iuxta lunam Astriferis axibus: uidelic& ĩ aeream regionẽ quæ est inter stellam & lunam. nã Luna est ĩferior planetarum oĩum. sic enim se habent planetæ. Saturnus Iupiter: Mars: Sol: Venus: Mercurius & Luna. axes enim planetarum globos appellauit. nã in uno quoque planetarũ ĩtelligi potest axis sunt eĩm sphærici quæ alio noĩe græci polũ appellãr. Quodq patet inter terras: Nam luna inferior est planetarum omnium: apud quam inferiorem regionem semidei habitant: quos græci heroas uócant. Quos ignea uirtus: secundum platonicos dixit qui animam dicebant esse ignem. quid est deus: theos piresitos: sensibilem ignem deum esse diffinierũt si θεω est anima sequitur ipsam esse naturalem deum nam pars sequitur suum totum: si deus est totum: anima est pars naturalis. ergo deus est aĩa quod falsũ est. Innocuos: qui ĩnocẽter p omne uitæ suæ tempus uixerũt. Aetheris imi: inferioris respectu cælestis: nã ignis æthereus est oĩbus superior elemẽtis. nũc autẽ dicit nõ posse quidem animam ad summũ ætherẽ ascendere: sed ĩ medio terrarũ ac lunæ suum domiciliũ habere. In orbes. i. circulos. Collegit: ideo dixit quia quas uirtutes amiserat: dum per planetas uel planetarũ regiones ascẽdit eas nunc recuperãdo colligit ĩ unũ. sic enim platonici dicebãt per planetas animas ascendere: & ab his uirtutem quandam contrahere: ut a Saturno pigritiam. a Marte iracundiam. a Venere libidinẽ: & sic de cæteris. Non illuc auro positi: ad comparẽ stellam inquit redeunt umbræ tantummodo eorum: qui cũ uirtute uixerunt: non autem diuites sepulchro decorati secundum platonicos. nam tres fuerũt opiniones philosophorũ de formes. nam Anaxagoras dicebat formas esse inter materiã actu: sed animas latere a nobis & ĩ sensibiles esse unde idẽ esse dicebãt unũ & in omne esse. uidelic& formã cũ materia: & materiã cum forma. Aristoteles q uisus est melius sentire dicebat q̃dem formas esse ĩtra materiã: sed potentia nõ actu: deinde ab extrinseco agẽte de potẽtia ĩ actũ deferri. Plato & platonici dicebãt formas eẽ extra materiã in corporibus cælestibus separatis: quorũ qualitas sub qua quisq stella nasceret corporibus. deinde imprimi ab intrinseco datore. uidelic& deo q formarũ dator esse dicit: & cũ e corpore ad stellã comparẽ redirent sub qua nati sunt. Illuc: ad sedem illam. Thure: id est aromatum odoribus. Postquam se: Nunc dicit quomodo pompeius postquam ad regionem illam: ubi heroes habitabant peruenit loca illa circumspicere cœpit & admiratione quadam perfusus respexit ad terras & locum illum: ubi quasi ludibrium quoddam corpus suum iacebat. Impleuit lumine uero: uidelic& reuersus est in comparem stellam: cuius qualitatem & splendorem concepit. Stellasq uagas: id est errantes: scilic& planetas: unde planetæ dicti sunt: id est erro: errant enim & contra polum feruntur. Astra fixa polis: dicit non solum errantes stellas miratum fuisse: sed etiam alias stellas fixa polis: ut ursa maior: & stella occidua quæ axes dicuntur. Sidus enim a sido: quod est sedeo dicitur. ideo non recipit. y. contra nonnulli uolunt ut dicatur ab hy: id est pluo: quod dictum absurdum est. Nam stellæ non flammeæ sunt quo circa uaporibus aluntur: caloreque solis excitatæ: sicut enim stella a stando dicitur: sic & sidus a sidendo deriuatur

AT Non in pharia manes iacuere fauilla
Nec cinis exiguus tãtam compescuit umbram
Prosiluit busto semiustaq mẽbra relinquẽs
Degenereq rogũ sequit cõuexa tonãtis
Qua niger astriferis cõnectitur axibus aer.
Quodq patet terras inter lunæq meatus
Semidei manes habitãt: quos ignea uirtus
Innocuos uitæ patientes ætheris imi
Fecit: & æternos animam collegit in orbes
Non illuc auro positi: nec thure sepulti
Perueniunt illic postq̃ se lumine uero
Impleuit: stellasq uagas miratur & astra
Fixa polis: uidit quãta sub nocte iaceret

Noſtra dies:quæ eſt in noſtra regione aerea ad comparatōem lucis terrarū:ueſtra tenebræ potius dici debet. Ludibria trūci:cum uideret truncū corporis ſui:ita dilacerari.primo quidē fluctibus maris: dein de ſemiuſtū condi ſepulchro:quaſi riſū cōtinere nō potuit. Hinc ſuper:poſt hæc umbra pōpeii uenit ī theſaliā & ſpeculatus eſt quid ibi faceret cæſar:deinde ad claſſem ſuā uenit:quæ adhuc ītacta erat:cui Gn. pompeius cū Catone ꝑerat cruenta & aſpera. Sparſis in æquore:Quia adhuc oē mare erat pōpeianoꝝ. Et ſcelerū uindex:tādem conſiſtit in pectore Bruti & ſibi infudit qūo Cæſarē īterficeret & amiſſam libertatē recuperaret. Vindex:pōpeius fuit ſcelerū qui ſemꝑ tyrrānos proſecutus eſt. Inuicti catōis: ī quē nulla ægritudo animi caderet:nō ſpes nō metus:nō gaudiū:nō dolor:nō audeo dicere paſſiones lic& aut ægritudinē:aut ꝑturbationē aut motū animi appello.noſtri uero paſſiones animi appellant. nō uincebaꝉ ergo paſſionibus ullis Cato. Illæ ubi pendebāt:oſtēdit ꝙ nulla animi ꝑturbatiōe moueret cato.nā etiā pompeiū ipſū quoad uixit odio habebat.metuebat.n.ne ipſe uīceret libertatē cū repu. uſurparet. Pēdebat caſus:uidelic& quonā īclinaret uictoria. Dominū:uictorē. Oderat:q̄re ergo ſecutus fuerat pōpeiū cato ſi oderat? qa boni oēs ſequebanꝉ pom.& ipſe coactus ē ꝑtes illas ſeq. Auſpiciis raptus patriæ:ſed poſt mortē pom.iō factus erat pōpeianus cato ꝙ hæ ꝑtes tātū ſuperāt in qbus ſpes libertatis poſita eēt. Refouit:recreauit. Trepidantia:morte pompeii & milites ſpectabant:ut quo ſe fortuna inclinaret eo ſe conferrēt: ſed Cato retinuit:& animos illorū trepidantes recreauit:& cū iam arma deponerent ipſos adhortatus eſt ad illa cauſa libertatis recipiendæ. Ignauis ma.ꝓ manibus ignauorum. Nec regnū cupiens:non enim ſeruire metuebat quid ergo eum adducebat ad libertatem tuendam:ſi nō metuebat: nō metuebat ſeruitutem:quia paratus erat mori.metuebat autē aliis nō ſibi:non enim omnes animi ſui ſciebant:ut honeſtam uitam ſeruituti anteponerent. Totæ partes:ſpectabat enim ad libertatem cato:non ad libidinem dominandi. Ne per littora:dicit quid fecerit cato:metuens cato celeritatem Cæſaris:qui uictoria uti ſciebat:collegit claſſem omnem & in portum Corcyræ ſubduxit:ut ibi tuta eſſet. Per littora:id eſt diuerſa maria. Rapido actu:ꝑſecutione celeri.nam agere perſequi eſt:ut quos illos populos bello regere ſub armis. Mille carinis:adhuc magnæ ſupererant uires partium pompeianorum: unde pro re magna ac admiranda legitur quod mille carinis aſiam græci inuaſerint cum ad excidium troiæ nauigarent. Fragmenta:reliquias. Quis ratibus. quis crederet mille carinas intactas fugere quaſi uictas? quaſi dicat nemo nam mille carinæ tantas uires habere poterant:ut non fugerent: ſed uniuerſo orbi terrarum bellum inferrent: tamen fugerunt Tantis: ex quo cognoſci poteſt quantæ fuerunt opes romanorum. Arctaſſe pelagus: ut mare redderetur anguſtum. Dorica tum maleam: proſequitur deſcribere curſum quem cato tenuerit dum ſtudet reliquias militum pompeii ſeruare ſi quam rationem mire poſſet recuperandæ libertatis. Tū:deinde. Dorica maleam: id eſt ionium mare nauigat:non illud quod eſt pars aſiatici maris: ſed alterum mare quod principium ſumit a Malea promōtorio circa quæ ægeum mare terminatur:& totam inundat ioniam a Malea uſque ad fines tænari:qua dicitur animabus deſcenſus ad inferos eſſe:habet autem ab oriente creticum mare: a meridie africum: ab occidente tyrrhenum: & circa hæc maria Catonem nauigaſſe dicit. Diorica maleam:id eſt laconicam. nam circa eam dores populi liconiæ: ut refert Strabo libro octauo. Malea eſt poſt urbem Boiam cum ad maleam nauigatur Amathus occurrit urbs:inde Aſinæ atque cythium ſparthanorum nauale nobile intra ducenta & quadragita ſtadia habet ſtationem manu effoſſam: fuit non tuta nauigatio ſupra maleam propter aduerſus uentorum flatus:inde eſt natum uulgo ꝓuerbiū:cū ad maleam defluxeris: domeſticos obliuiſcere. Apertam tænaron: ταιναρὸν: qua deſcenſus ad inferos eſſe dicitur.

Noſtra dies riſitq; ſui ludibria trunci
Hinc ſuper æmathiæ campos:& ſigna cruēti
Cæſaris ac ſparſas uolitauit in æquore claſſes
Et ſcelerum uindex in ſancto pectore bruti
Sedit:& inuicti poſuit ſe mente catonis.
Ille ubi pendebant caſus: dubiūque manebat
Quem dominum mūdi facerét ciuilia bella
Oderat & magnū:quāuis comes iſſet in arma
Auſpiciis raptus patriæ ductuque ſenatus.
At poſt theſſalicas clades:iam pectore toto
Pompeianus erat patriam tutore carentem
Excipit:& populi trepidātia membra refouit
Ignauis manibus proiectos reddidit enſes.
Non regnum cupiens geſſit ciuilia bella
Nec ſeruire timens:nil cauſæ fecit in armis
Ipſe ſuæ:totæ poſt magni funera partes
Libertatis erant quas ne per littora fuſas
Colligeret rapido uictoria cæſaris actu.
Corcyre ſecreta petit ac mille carinis
Abſtulit æmathiæ ſecum fragmenta ruinæ.
Quis ratibus tantiſ fugientia crederet ire
Agmina? quis pelaguſ uictas arctaſſe carias?
Dorica tūc maleam.& apertā tænaron ūbris.

Tænaron auctore Solino cap.xii.ſpiraculũ eſt in laconia:& ut inqt Strabo eodẽ libro in ipſo laconici littoris inflexu tænarus ripa erecta eſt:ſacrã Neptuni ædem cõſtructam:cõtinẽs i luco propinquaq; ſpelunca eſt p quam cerberũ ab iferis ſuperius reductũ ab hercule fabulæ canunt:& tænaron ẽ ꝓmontoriũ aduerſum Aphricæ:ut ait ſolinus cap.xii.in quo fanum Methinei Arionis:quẽ delphine eo aduectũ imago teſtis eſt ærea ad effigiem caſus & ueri operis expreſſa:præterea tempus ſignatum olympiade eni undetrigeſima:qua i certamine Siculo.idẽ arion uictor ſcribiť:id ipſum geſtũ ꝓbať:eſt & oppidu Tænaron nobili uetuſtate. Inde:deinde. Cythæra:iſula ubi coliť uenus:ũde cythærea dicta eſt.Cythæra iſula ď qua nũc loqť Luca.cõmodis iſtructa portubus: & eiuſdem nois urbe quã Euricles Lacedemoniorum auctor i pecularis iuris poſſeſſionẽ uendicauit nõ procul ẽ a malea teſte Strabone libro octauo. Boreaq; urgente:qa habet ab oriẽte creticũ mare:a meridie aphricũ:ab occidẽte tyrrhenũ. Fugit:nã diſcedẽtibus a littore:littus fugere uideť. Vrgente:impellente. Legit:tranſit & declarat qd dixit. Creta dictea:Cretenſia.nã dicte mõs eſt cretæ. Tunc.ſ. cum ad phicuntẽ perueniſſet q̃ ciuitas ẽ in ionio.hi portus Catoni. Clauſere:iratus cato expugnauit oppidũ & militibus diripiendũ tradidit. Aphrica auctore ſolino cap.xl.in duas ꝓminentias extendiť quarũ altera ꝓmõtoriũ candidũ diciť: altera quæ eſt i cyrenaica regiõe phicũtẽ uocãt:ea per ſinũ creticũ oppoſita cretæ iſulæ cõtra Tænaron laconicem excurrit harenas. Impulit.i.euertit. Rapinas.i. meritã diripi claudendo portas catoni. Spſit:diripuit:dimouit. Et hic:uenit in calabriã:palinurus eſt calabriæ promõtoriũ:haud lõge ab helia ciuitate q̃ poſtea Velia dicta eſt.nã pro aſpiratiõe digãma ponebãt quia i paluſtribus locis ædificata ẽ. primũ dicta eſt helia nã ælos græce ſignificat paludẽ:& ꝓuincia ꝓ aſpiratione digãma mutauit nomẽ:ubi helia eſt:Velia eſt appellata.unde ibi ſepultus eſt palinurus gubernator nauis æneæ. Neq;.n æquo:bene dico delabiť placidis auris o palinure:qa nõ tãtũ nomẽ tuũ in littore auſonio uulgatũ ẽ.nã poſtea ſicut ipſe dixit æneæ cũ ad inferos deſcendiſſet de naui ſũma correptis cecidiſſet in fluctus pedibus terræ nauigauit cũ ad littus auſoniũ uẽiſſet occiſus eſt: & deide in palinuro calabriæ ꝓmontorio ſepultus eſt cui nomen dedit. Auſonio æquo: ubi occiſus fuiſti. Magiſtro: gubernatori nauis. Libye:caſus nti eſt. Teſtať libye phry.iõ dixit qa de mari Siculo nauigauit i Aphricã. Portus q̃e.i. calabros:eſt eni ſardinio ſiculo mari ionio q̃ cõterminus. Phrygio:troiano. Cũ ꝓ:cũ ibi eſſẽt uidere naues procul uenietes.& prio qdẽ timuere ne eſſent naues cæſaris:ſed erãt naues qbus uehebať cornelia cũ Sexto pom. & aliis põpeii comitibus. Tendẽtes ue.iflatæ uẽtis. Socios:põpeianos. Maloꝝ:cladiũ quas ceperãt i theſſalia. Veheret:duceret q̃obrẽ icertæ erãt naues:qa. Præceps facit om.timẽ.i.tãta erat celeritas cæſaris i cõficiẽdis rebus:ut ubiq; timereť. Præceps: uelox. Et i nulla nõ.i.crediť i una quaq; naue eſſe. Luctus:de morte põpeii. Vel:ẽt. Duri catonis:auſteri:& fortiſ.fuit eni ſtoicus cato uticenſis:q̃uis eſſet durus:tamẽ cõtineri nõ potuit qn & ipſe ſolueretur i lachrymis.nã tãta erãt mala quæ nũciabãt hæ naues. Nã poſtq̃ fruſtra.ſ.tẽtauit ſuadere comitibus,cornelia:ut tãtiſper reſiſterẽt donec rogus põpeii cremareť:& corpus ſepulchro cõdereť i hæc uerba ꝓrupit dicẽs ergo indigna &c. Tenuit.i. retinere tẽtauit. Priuigni.ſ.Sexti pom.q filius fuerat Imitiæ quã põpeius antea repudiauit & corneliã i uxorẽ duxit Rogũ:ubi tũc cõburebať Põpeius. Flãma:p quã itelligebat locũ illũ eſſe ubi corpus põpeii cremareť. Indigna fui:nec merui accendere rogũ pompeii qui adeo exiguus erat:ut nõ plene corpus combureret. Laceros.i.ſuos ipſius cries laceratos exurere. Cõponere:i unũ colligere. Pelago:p pelagus. Et.ſ.fui idigna ſemp intelligiť. Largos fletus:abundantes lachrymas. Veſtes implere: ſcilic& cineribus pompeii.

Inde cythæra petit:boreaq; urgente carinas
Creta fugit dictæa legit cedentibus undis
Littora:tũc auſum claſſi præcludere portus
Impulit: ac ſæuas meritũ phicũta ruinas
Sparſit:& hinc placidis alto delabitur auris.
In littus palinure tuum:neq; eni æquore tãtũ
Auſonio monimẽta tenes portuſq; quietos
Teſtatur libyæ phrygio placuiſſe magiſtro.
Cum procul ex alto tendentes uela carinæ.
Ancipites tenuere animos.ſocios ne malorum
An ueherent hoſtes:preceps facit oẽ timendũ
Victor:& in nulla non creditur eſſe carina
Aſt ille puppes luctus:planctuſq; ferebant
Et mala uel duri lachrymas motura catonis.
Nam poſtq; fruſtra precibus cornelia nautas
Priuigniq; fugam tenuit:ne forte repulſus
Littoribus phariis remearet i æquora truncus
Oſtenditq; rogum nõ iuſti flama ſepulchri.
Ergo indigna fui dixit fortuna marito
Accendiſſe rogum:gelidoſq; effuſa per artus
Incubuiſſe uiro:laceros exurere crines:
Membraq; diſperſi pelago cõponere magni:
Vulneribus cunctis largos effundere fletus:
Oſſibus & tepida ueſtes impelere fauilla:
Quicquid ab extincto licuiſſet tollere buſto

In templis sparsura:quia postea cineres pompeii in templis deû côdidissem:si id mihi facere licuisset. Ardet honore rogus:quia nemo est q decoret sepulchrû pompeii. Manus hæc ægyptia:fortasse ægyptius ê:qui meruit cremare pompeii corpus:quod officiû ingratû est pôpeio:ut ab hostili manu cremet. O bene nudi crassorû cineres.s.patris & filii:dicit nûc satius esset:ut pôpeius ihumatus iaceret: queadmodû Crassi q̃ hostili manu cremari. Crassos:quos occisos cû exercitu deleto rex parrhorû Arsacides iussit inhumatos iacere. Inuidia maiore deû:ex hoc ꝙ tam sordido sepulchro côditus est pôpeius cognoscit ipsum diis inuisum fuisse. Inuidia:odio.

In templis sparsura deum sine funeris ullo
Ardet honore rogus:mâus hoc ægyptia forsã
Obtulit officiû:graue manibus o bene nudi
Crassorum cineres pompeio contigit ignis.
Inuidia maiore deum.similis nê malorum.
Sors mihi semp erit. nunq̃ dare busta licebit
Côiugibus?nunq̃ plenas plãgemus ad urnas
Quid porro tumulis opus est?an ulla reqris
Instrumêta dolor nô toto in pectore portas
Impia pompeium?nô imis hær& imago
Visceribus quærat cineres uictura superstes
Nûc tamê hic longe.qui fulget luce maligna
Ignis adhuc aliquid phario de littore surgês.
Ostendit mihi magne tui:iã flãma resedit.
Pompeiumꝗ ferens uanescit solis ad ortus
Fumus:& inuisi tendût mihi carbasa uenti.
Nô mihi nûc tellus pompeio si qua triûphos
Victa dedit:non alta terens capitolia currus.
Linquere siqua fides pelusia littora nolo
Gatior elapsus fœlix de pectore magnus
Hûc uolumus:quê nilus habet terraꝗ nocêti
Quã mãet ægyptus:q̃ magni possidet artus
Nô hærere æquror:crimen cômendat harêas
Tu pete bellorum casus:& signa per orbem
Sexte pr̃na moue:nãque hæc mãdata r̃liquit
Pompeius uobis:in nostra condita cura.
Me cum fatalis læto damnauerit hora.
Excipite o nati bellum ciuile: nec unquam
Dum terris aliquis nostra de stirpe manebit.

Similis ne malorum sors:eadem ne me semper fortuna sequetur:ut semper sim a sepulchro meorum uirorum remota ne mortem ipsorum lugeam. Nunquam dare busta:declarat. Similis sors & cætera: id est nunquid mihi placebit interesse exeqiis uirorû meoꝝ. Nunq̃ plãgemus ad urnas: sed ꝓcul a cineribus uiroꝝ rêota semp ipsoꝝ mortê lugeamus. Quid porro tumulus:ad se ipsam cô uertit:q̃si se ipsam reprehêdens:dicês qd opus ê sepulchro & monumêtis:nûquid nô semp mihi obuersat̃ imago pompeii ut absentê etiã quasi præsentem côplectar. Porro:certe. Instrumêta:uideli c& nulla adminicula lachrymaꝝ:pietas eoꝝ quos diligimus ê quasi adminiculû doloris. Visceribus: declarat quod dixit i pectore portas. Hæret imago:ut ipsi ante oculos posita sit. Victura:illa quæ uictura est quærat cineres uiri sui.ego autê nô sum sup̃stes futura. Nô tamê hic longe: ꝓseqtur côplorationem corneliæ:ꝙ cogat̃ a nautis deserere locos ubi pôpeii reliquiæ positæ fuerant. Qui fulget: ignis inqt lucet in littore nili ostêdit mihi aliquam partê tui esse o pôpei:quo fit ut iuita discedã. Ostê dit:noli dicere: ignis non ostendit imo non longe hinc ostendit aliquid esse tui. Maligna luce:id est obscura:quia iam extinguebatur. Flamma recedit:id est extincta est. Ferens:pro auferens pompeium: quia ostendit corpus pompeii crematum esse. Vanescit:quia in eam partem funus ascendebat. Et:scilic& q̃uis sint uestigia mei pompeii tamê discedere cogor. Mihi:ad dolorem meû. Nô mihi nunc tellus: iam fœlicitatis pompeii oblita sum:miseriarû tantum recordor. Gratior. scilic& ægypto:uel q̃ hæc tellus ubi iacent pompeii reliquiæ. Terens currus:id est calcans: nam triumphantes sublimes uehebantur albis equis ad capitolium. Fœlix .i.fœlicitas Pompeii penitus excessit

Hunc uolumus: & ob hanc causam: quia mihi hæc tellus gratior est q̃ huiusmodi regiones.unde constitui si fieri potest:nunq̃:hinc discedere quoad uita superfit. Si qua fides.i.si mihi creditis o nautæ. Hunc:Pompeium. Terraꝗ nocenti: & id est quod uehementer conqueror quod si sepultus sit pompeius: nam ex hoc uideor leuari nefas: quod ægyptii commiserunt. Hærere:id est quod hic persistere nequeam conqueror:ratio. Crimen cômendat harenas:Quia hoc ipso quod hic occisus est Pompeius : mihi cômendabiliores:& gratiores efficiuntur harenæ. Tu pete bellorum casus: Hic me desere o Sexte: quoniam hæc mihi grata loca sunt: ubi positæ sunt reliquiæ pompeii. Tu quod ad te pertinet accipe reliquias belli & uindica libertatem. id enim est quod mihi pater tuus dedit in mandatis: ut uos monerem. si forte aliquid de eo contingeret: nunquam desineretis patriam cum libertate tueri. Signa: uexilla. Condita cura: reposita i nostra solicitudi e pr̃na mari data:quæ mihi dederat uobis apio:& quæ fuerit declarat. Me cû fatalis:o cornelia dicito meis uerbis Gn.& sexto pô.hæc uerba o nati post mortê meã iqt succedite mihi

Cæsaribus: Quia cæsare descendēt. Vel scœprra.i.uel regcs uel ciuitates:uel populos qui potiūtur reg
ĩpellite uobiscū ut libertatē romanā recuperetis. Vel urbes:libere uiuētes. Sceptra monarchiā ĩquit
regū. Nominis.s.pompeii. Arma reliquo.s.tuendæ libertatis inueniet classes & supsunt uires adhuc
quibus hoc facere possitis.uidelic& classis adhuc ĩtacta. Quisquis pompeius.i.aliquis ex gente pompeii
Nullis nō gētibus.i.quibuslibet nationibus bellum inferre poterit. Tantū indomitos:Vos tantūmo
do animos gerite dignos paterno nomine:nō deerunt uobis opes:non populi quibus dignitatē uestram
defendere possitis. Tantū: tantūmodo. Indo/
mitos:ne seruire uelitis. Iuris:paternæ potestatis
Vni parere decebit:uidelic& Catoni si modo ip/
se uoluerit partes libertatis tueri. Exolui tibi ma
gne fidem: hæc sunt mandata:quæ mihi rradidit
pompeius dum uiueret illa aperui uobis: uestrum
igitur erit exequi uoluntatem paternam. Insidiæ
ualuere tuæ:Quia clam id agebas ut ante me e uita
excederes. Perfida:quia nisi hæc mādata aperuis
sem filiis tuis quæ promiseram a fide destitissem er
go noluisti ut tecū morerer: ne a fide discederem.
Auferrem uoces.s.si tecū morerer. Iam nūc te
per ĩane chaos:postq̄ tibi fidem seruaui nunc reli/
quum est:ut te sequar quocūq; sensus tuus puene/
rit.uidelic& sequar umbras tuas per tartara: si mo/
do uerū est tartara esse nunc expeditis mādatis tuis
Per ĩane chaos:chaos significat cōfusionē elemē/
toꝝ omniū:sic diffinit̃ chaos est ĩordinata indige/
staq; moles & dicitur a χέω .i.cōfundo.nam anteq̄
Deus elementa diuisisset:erant omnia simul confu
sa:& hoc chaos apud inferos esse dicunt quia ibi p/
petua nox est:& cōfusio rerū omniū. Inane: ideo
dixit q; ibi spiritus cū corpore habitēt:nā ĩane uacu
um dicit̃ quod sine corpore est. Tartarus:dicitur
locus inferior apud inferos: idem est quod chaos.
tartarus dicitur a tarratu.i.pturbādo:q; ibi oīa per
turbata sint pturbata & cōfusa parū differūt.tartaꝝ
autē Strabo in tertio cōmentario subterraneoꝝ lo
cū ultimū esse putat:& infernū cū quis audiat tarta
ro.tartarū aūt tartesso deriuata illinc denominatio
ne cōparare pōt:tartessus flumen & oppidū est hi/
spaniæ. Si sunt ulla:dixit secundū epicureos q di/
cebāt aīam uel oīa simul cū corpore pire. Quam
lōgo tradita læto: uita mihi ĩstar mortis ē:ea uero q̄
lōga futura sit ĩcertū est: sed si diuturnior fuerit pœ
nas ab ipsa sumā nimiū uiuaci Pœnas aīæ ferā:uide
lic& ego ipsi mortē cōsciscā. Aīæ uiuacis:si diu nimiūq; uixerit. Potui:cernēs tā dura fui: ut tibi supstes
essē:& dolore nimio nō cōficerer cū te oculis meis occidi uiderē. Nō fugere ĩ mortē.i. tibi eē supstes. Plā/
ctu cōtusa pibit:Quādo ita uiuax fuit aīa mea:ut nec dolore qdē mortis tuæ ex hoc corpoꝛ̃ discesserit:saltē
ipso plāctu e pectore discedet:qa tā diu pectora plāgā:q; ipsā excedere cogā.plāctus ꝓprie ē pcussio pectoris
Effluet:resoluet̃ ĩ lachrymas. Nūq̄ ueniemus ad enses:qbus iugulū apiāus nō ad laqueos nō ad præcipi
tia ueniemus:sed ipso dolore pibimus. Turpe:ē enim uxori quæ uirū suū amet nō postea ipso dolore:
perite. Obduxit caput:ordo ē:illa delituit ubi obduxit caput &c. Obduxit.circūdedit texit. Ferali:
nigro & atro amictu:sicut lugētes facere solent. Pati tene.i.nunq̄ prodire in lucē. Puppisq; ca uernis
uidelic& in una puppe. Arctæ:strictæ. Cōplexa dolorē:qa q̄tū dolorē poterat aīo complectebat̃ ut ci/
to morerer̃. Perfruit̃ la.i.fructū quendā capit ex lachrymis. Pro cōiuge:loco cōiugis pōpeii. Illā non
fluctus:cū se cornelia ĩ profundā ptem nauis recepisset: & ibi operto capite obstinato aīo mori statuisset:
nec clamoribus nautarum mouebatur:nec procellis; aut tempestate maris: quin etiam optabat naufra
gium. Fluctus: perturbatio & inundatio maris. Rudentibus:id est propter rudentes. sunt enim fu
nes quibus uela tenduntur. Clamor:scilc& remigum. Peticula: quia instante periculo & procellis
armamenta nauiū proiiciebant. Exurgens:nā sublatus clamor nautaꝝ significabat instare periculum.

Cæsaribꝫ regnar̃ uacet.uel scœptra:uel urbes
Libertate sua ualidas:impellite fama
Nominis has uobis partes:hæc arma reliquo
Inueniet classes quisquis pompeius in undas
Venerit:& noster nullis non gentibus hæres
Bella dabit:tantū ĩdomitos memoresque p̄ni
Iuris habere animos:uni parere decebit.
Si faciet partes pro libertate catoni.
Exolui tibi magne fidem:mandata peregi
Insidiæ ualuere tuæ: deceptaque uixi.
Ne mihi commissas auferrem perfida uoces:
Iam nunc te per inane chaos p tartara cōiunx.
Si sunt ulla sequar:quam longo tradita læto
Incertum est pœnas animæ uiuacis ab ipsa
Ante ferā:potuit cernēs tua uulnera magnæ.
Non fugere ĩ mortem:planctu cōcussa pibit
Effluet ĩ lachrymas:nūquā ueniemus ad ēses
Aut laqueos:aut præcipites p inania iactus
Turpe mori:post te solo non posse dolore.
Sic uidi fata caput ferali obduxit amictu:
Decreuitque pati tenebras puppisq; cauernis
Delituit sæuumque arte complexa dolorem.
Perfruit̃ lachrymis:& amat ꝓ cōiuge luctū
Illum nō fluctus:stridseque rudetibus eurus
Mouit:& ĩsurgēs ad summa picula clamor.

Votaq; folicitis.f.periculo istante nautæ uotū faciebāt: ut incolumes ī portū uenirēt: cornelia uero ut naufragio periret. Cōposita:cōstructa. Fauitq;:p.i.gratas habuit ꝓcellas. Prima ratē cypros:primū inqt nauis qua uehebatur Cornelia cū Sexto & comitibus ꝓuenit cypros unde cursus fit ī libyam: tādem peruenit ubi erat cato cū altero pōpeii filio primogenito. Cypros.nūs est græcus κυπρος κυπρ' hæc cyprus cypri. Tenēs pelagus.i.eurus in pelago regnās:nam eurus orientalis ē:qui idoneus ē de cypro na uigātibus in Libyā. Moderator:quia nō nimis uehemens spirabit. In libycas sedes ibi enim cato præ erat classi cum Gn.pompeio. Tristis ut in uultu mens &c.& cum de littore prospiceret Gn.pompe ius & comites patris de puppe cognouisset:iam tūc mens mali præsaga nil boni diuinabat: sed aliquid mali afferri quemadmodum fit in magno timore.

Votaque sollicitis faciens contraria nautis.
Composita in mortem iacuit.fauitq; procellis
Prima ratem cyprus spumātibus accipit ūdæ
Inde tenens pelagus:sed iam moderator eurus
In libycas egit sedes:& castra catonis
Tristis ut in multo mens est præsaga timore.
Aspexit patrios comites a littore magnus
Et fratrem:medias præceps tunc fertur ī ūdas
Dic ubi sit germane parens? stat sūma caputq;
Orbis:an occidimus? romanaq; magnus ad ū
Abstulit? hæc fat:cōtra quē talia frater. bras
O fœlix quem sors alias dispersit in oras
Quicq; nefas audis:oculos germane nocētes
Spectato genitore fero:non cæsaris armis
Occubuit:dignoq; perit auctore ruinæ
Rege sub impuro nilotica rura tenente
Hospitiis fretus superis:& munere tanto
In proauos:cecidit donati uictima regni.
Vidi ergo magnāimi lacerātes pectora patris
Nec credens pharium tātum potuisse tyrānū
Littore niliaco socerum iam stare putaui
Sed me nec sanguis:nec tantum uulnera nr̄i
Affecere senis:quantum gestata per urbem
Ora ducis:quæ transfixo sublimia pilo
Vidimus:hæc fama est oculis uictoris iniqui
Seruari:sceleris; fidem quæsisse tyrannum:
Nā corpus phariæ:nec canes auidiq; uolucres
Distulerint:an furtiuus quem uidimus ignis
Soluerit ignoro quæcunq; in iuria fati.
Abstulit hos artus:superis hæc crimina dono:

Vt:postq̄. Præsaga:alicuius mali. Tūc.f.uiso fratre cū comitib9. Præceps:sine ulla cōsideratōe fertur cupidus & auidus scire quid nā de ipsius pa/ tre esset. Dic ubi sit:uerba Gnei pompeii ad Sex/ tum. O germane:o Sexte pompei fratet. Parēs scilicet noster. Stat: uiuit ne an una cum illo per iuimus. Romana:res romanæ cum eo perierunt si ipse periit. O fœlix:nunc magna commiseratio ne fratri respondet Sextus Pompeius. O fœlix: scilicet es o Gnee Pompei comparatione mei: quia tibi audire cōtingit:quod patri nostro accidit.nam in hoc ego peiori conditione sum: q; non audiui: sed meis ipse oculis uidi. Oculos nocentes:uiden do patrem occidere. Non cæsaris armis:ad indi/ gnitatem & molestiam hoc quoq; accessit:q; occi/ sus est ab iussu indigni hominis si iussu Cæsaris in/ terfectus esset: hoc nobis æquiori animo ferendū esset. Dignoq; periit auctore ruinæ: nam confi/ sus est regi ptholemæo cuius patri aliquando in re gnum redditus fuerat auctore pompeio patre nr̄o & ipsius iussu occisus est. Impuro: sub impio & nocenti rege. Hospitiis superis:potest eē dialisis: idest distictio uel supis hospitiis.i.hospitalibus diis fretus:uel superis ꝓ supernis hospitiis.i. superioris tēporis quia hospitio pōpeii usus est cū pater Ptho/ lemæi in regnū restitutus est pom.iuuāte quo tē/ pore romam uēit pulsus a sorore Cleopatra:ut a se/ natu populoq; ro.ī regnū restitueret.nūc a pthole/ mæo eius filio: tanq̄ uictia occisus ē. Munere tan to:qa auctore pom.restitutus ē ī regnū. Victia: tāq̄ uictia. Donati:regni:nam milites suos Gabinio cōcesserat pōpeius:qbus ille restitutus est in regnū. Magnanimi pr̄is:qa fortiter & liberi aīo mortu/ us est. Niliaco:ægyptio. Sed me nec sāguis: sed tam & si magno dolore confectus sim:q; patrem oc ciderunt: tamen id mihi etiam multo molestius fuit:q; telo patris caput transfixum a proficiscenti/ bus per urbem Alexandriæ gestatum est & seruatū ut cæsari uictori ostendatur. Affecere senis: quia senex ideo minus molestum est.nam etiam si occi/ sus non esset tamen haud ita multo post moriturus erat. Per urbem:scilic& Alexandriam. Fama est: fertur. Fidem quæsisse tyrannum: ut ostenso capite tum denique fidem præstet commissi sceleris. nam corpus phariæ: de reliquo corpore nunquid expositum sit alitibus & feris esca ignoro: an rogo ignis:quem de littore uidimus combustum sit. Distulerint: deficcauerint. Furtiuus:clam accen/ sus a Codro. Soluerit: cremauerit. Quæcunque iniuria fati:hæc omnia ignosco superis quod uo/ luerint patrem meum indigno etiam funere cremari:dummodo totum corpus uoluissent in aliquo sepulchro qualecumque illud esset condi. Crimina: uidelic& quod indigne sepultus fuerit.

De parte:uidelic& de capite. Cũ talia magnus:dicit.Gn.põpeiũ audita cæde patris indignatũ fuisse & tãta ira ĩ caluisse:ut nec punctũ quidẽ tẽporis differre uideref:quin statĩ armata classe ægyptũ peteret: ut manes patris ulcisceref:sed ꝓhibitus ẽ a catone. Profaf.s.ea quæ sequũf. Magnus:Gn.põpeius pri mogenitus põpeii filius. Nõ ĩgemitus:nõ ut gemitus ab imo pectore duceret & lachrymas effũderet. Que. pro sed. Præcipitate:celeriter agite & raptim deducite naues ĩ mare. In aduersos uẽtos.s.im pellite remis naues etiã contra uentũ. Ite.i.uenite. Tãtas merces:uidelic& satiare umbras:& declarat.

Seruata de parte queror: cum talia magnus
Audisset nõ in gemitus lachrymasq; dolorẽ
Effudit:iustaq; furens pietate profatur
Præcipitate rates ex sicco littore nautæ
Classis in aduersos erũpat remige uentos.
Ite duces mecum:nunquã ciuilibus armis
Tanta fuit merces inhumatos cõdere manes:
Sanguine semiuiri magnũ satiare tyranni.
Non ego pelleas artes:adytisq; retectum
Corpus alexandri pigra mereotida mergam.
Nõ mihi pyramidũ tumulis euulsus amasis,
Atq; alii reges nilo torrente natabunt.
Oĩa dẽt pœnas nudo tibi magne sepulchra.
Euoluam busto iam numen gentibus isim.
Et tectum lino spargam per uulgus osyrim.
Et sacer in magni cineres mactabitur apis:
Suppositisq; deis urã caput: has mihi pœnas
Terra dabit:liquam uacuos cultoribus agros
Nec nilus cui crescat erit:solusq; tenebis
Aegyptũ genitor:populis superiq; fugatis
Dixerat:& classem sæuas rapiebat in undas.
Sed cato laudatam iuuenis compescuit iram.
Interea totis audito funere magni.
Littoribus sonuit percussus planctibus æther

Satiare magnũ.i.umbras põpeii. Sãguine tyrãni.uideli & Ptholemæi q in ipso p̃ris nr̃i sepulchro tanq̃ uictia ĩmolef. Nõ ego pelleas arces:uerba sũt Gn.põpeii indignãtis cõtra ꝑfidiam Ptholemæi re gis:qui patrẽ suũ illius benefactorũ occidi iusserat. minabaf ergo se esse euersurũ pyramides & sepul/ chra oĩa regũ:qn etiã apim & reliqas deoꝶ ægyptio rum ĩ sepulchro p̃ris cõbusturũ eẽ. Arces pelleas: uidelic& alexandriæ:q̃s Alexander de pela ciuitate Macedoniæ cõdiderat Pella macedonũ metropolis philippi & Alexãdri patria fuit teste Strabone libro sexto decimo. Retectum:apertum. Adytis:ady tum proprie significat locum arcanum :quo nemi/ ni nisi sacerdoti ingredi lic&:& est græca dictio dio risso significat ingredior . a priuatiuum est. Mere otide:palude ægypti Non mihi pyramidum :nõ ne inquit ego reuellam cineres & reliquias regum: ac deorum ægypti : & in fluctibus nili obruam:

Amasis:per trigintaquinq; dianastias. Amasis di/ ctũ est ĩter ægyptios regnũ:& unaqueq; dianastia habuit.xii.reges quorum ultimus fuit Amasis de quo hic loqtur. Atq; alii reges oĩum regũ sepul/ chra & cæteroꝶ q pyramides sibi struxerit ĩ ægy/ pto oĩa euertenf:& pœnas mihi dabũt ꝓ iniuria & cæde tua o pater. Nudo:ĩ sepulto. Virgilius: Nu/ dus ĩ ignota iacebis palinurus harena.i. ĩsepultus.

Euoluã busto:eruã ex sepulchro. Iam numen gentibus isim:isis eadẽ est ꝙ io fabula qdẽ nota est: q̃uo io ĩ uaccã conuersa ẽ:tãdem cũ ad ripas nili flu. ꝑuenisset agitabatur.n.oestro a iunone misso uisa est supplex rogare iouẽ:ut sui misereretur:& statĩ ĩ pristinã forma.i.humanã mutata ẽ:deĩde ꝓ numĩe habita ẽ. Spgã p uulgus.i.uulgo dissipabo. Te/ cũ lino:qa osirim dilaniatũ a typhone gigãte: uxor eius isis in mantella recepit.mantella dicitur tela li/ ni:qua terguntur manus:inde manticula diminutiuum eius. Lino: tela linea. Et sacer apis: erat.n. apis taurus:qui quot ãnis alii dicũt singulis lustris egrediebatur e nilo & hũc ĩmolabant nilo flumini quo facto statim nilus oẽm ægyptum ĩundabat:& nisi ille taurus egrederef:malũ erat omẽ.dicit ergo hũc tau rũ se ĩmolaturũ cineribus patris.erat albus frõtem & quasdã paruas corporis ꝑtes:cætera uero niger qui/ bus signis:ut refert Strabo li.xvii.iudicabãt q sit ad successionẽ idoneus:alio uita functo. bos apis in septo quodã alebãt & apud ægyptios pro deo hẽbatur:& idẽ est apis ꝙ osiris ante id septũ aula q̃dam iacuit in q̃ fuit aliud septũ m̃ris eius. Suppositisq; deis.i.reliqas deoꝶ reuulsas ex sepulchris suis subiiciã capiti pa/ tris:& unã cũ capite ur̃o. Has mihi pœnas:sed qđ ad ægyptũ ꝑtinet:ego eã oĩbus diis ac populis desola/ tã desertãq; facere institui:ut nec populi nec dii locũ illũ teneãt:sed tãtũ uacuus sit manibus p̃ris. Nec erit scilic& populus aliquis. Cui:ad utilitatem cuius. Nilus crescat: ut ægyptum fœcundam reddat.

Populis superisque fu.tangit & illud antiquum quotiens expugnaturi essent urbem aliquam antiqui ex ea deos omnes ac deas euocabant ne iniuriam' diis illis facerent:qui in ea ciuitate colebantur: sicut apud Virgiliũ.cũ Aeneas ostendere uellet de troia desperatũ eẽ ait.Excessere oẽs adytis arisq; relictis.Dii quibus imperiũ hoc steterat:succuritis urbi incensæ moriamur &c. Dixerat.s.Gn. põpeius iã.n. classẽ deducebat in undas:ut ægyptũ peteret sed Cato prudẽter irã iuuenis auertit. Laudatã irã:qa iuste irasce/ baf. Interea.t.nũc describit cõploratõem q̃ facta ẽ ĩ funere pom.nã uniuersus exercitus clamorẽ sustulit: ut ubiq; oĩa plãctũ & gemitu resonarẽt. Audito fu.i.cæde pom. Plãctibus:clamoribus.Sonuit:resonuit

Exéploque carés: nűquá antea auditum fuit uel raro: q̃ populi potétis morté lugerent: ná potentes in/uisi solét esse populis: hic adeo dicebať ab oíbus ut oés í morte sua gemitum lachrymasque dederít. Sed magis: sed flebát cű apparuit cornelia: sic.n.fieri solet: cű aliquis ,ppiquior apparuerit eius q mortuus est: solét renouari lachrymæ. Solutas: sparsas í uultus. Geminato uerbere: pro geminatis uerberibus.

Vt primű sociæ: Núc dicit quomodo cornelia postquá egressa é í terrá socialem.s. in Libyá apud Vticá ubi p̃erat Cato statim cœnotaphiű p̃parasse primo: quá oés q ibi aderát secuti sűt: & dignitaté eius imitati

Exemploq; carens: & nulli cognitus æuo
Luctus erat: mortem populos deflere potétis:
Sed magis ut uisa é lachryis exhausta solutas
In uultus effusa comas cornelia puppe
Egrediens rursus geminato uerbere plangűt:
Vt primű in sociæ peruenit littora terræ
Collegit uestes: miseriq; insignia magni
Armaq;. & impressas auro quas secerat olim
Exuuias purasq; togas uelamina summo
Ter conspecta ioui: funestoq; intulit igni.
Ille fuit miseræ magni cinis: accipit omnis
Exemplum pietas & toto littore busta
Surgunt: thessalicis reddentia manibus igné.
Sic ubi depastis summittere gramina campis
Et renouare parans hibernas appulus herbas
Igne fouet terras: simul & garganus & arua
Vulturis & calidi lucent buceta matini
Non tamen ad magni peruenit gratius űbrá
Omne quod í superos audet cőuitia uulgus
Pompeiumq; deis obiecit quam pauca catőis
Verba: sed a pleno uenientia pectore ueri.
Ciuis obit: dixit multum maioribus impar
Nosce modű iuris: sed í hoc tamen utilis æuo.

cœnoptaphiű suis quisque faciebat uidelic& qui in acie pharsalica occisi fuerát: ergo toto littore regi ex truebátur. Collegit uestes: rogű inqt extruxit & ro go supíposuit uestes pompeii: & oía q̃ illi cű uiueret cariora fuerát. sic eni facere solebát antiq: ut cű cor pore mortui oía quæ illi cara fuerát cőburerent. ut Virgilius. Vestesque uelamina ponűt: ímo equos & seruos una cű dominis cőburebant. Sociæ terræ.s. Libyæ insignia. Declarat armaque: imp̃ssas exu/uias.i.intextas clauatas uestes.i.clauis aureis ítextas significat. Pictas: diuersi coloris togas. Velamía i.pallia. Ter cőspecta: ioui qa ter triumphauit & cur ru sublimis uectus p urbem fuerat ad alta capitolia sicuti mos erat triűphantiű. Funesto ítulit igni.i. cremauit í rogo pőpeii. uel intulit.i honoré pőpeii cremauit. Ille cinis. Quia aliű cinerem habere non potuit. Accipit oís exemplű pietas: exemplo iqt corneliæ oés cœnotaphiű suis quisque fecit: qui cæ si fuerát í acie pharsalica. cœnotaphiű diciť sepul/chrű inane & uacuű quod struebať í honoré alicu/ius: tamé corpus aberat: ná ΚΕΝΟΝ significat iane & uacuű & ταφοσ sepultura. Busta: sepulchra rogi

Manibus thessalicis.i.his qui í acie pharsalica oc cisi fuerát. Sic ubi de pastis. núc dicit per quandá similitudiné qűo ignes per oé littus apparuerint.

Succensis rogis. dicit enim hoc idé facere solent appuli túc cű renouare uoluerít herbas: ná cőburűt quæcűque í agris íueniűt: ut cinis ille fertilioré red dat terrá: quod ét Virgilius in georgicis ostédit. Sti pulá crepitantibus urere flammis. Sic: uidelicet ignis diuersis in locis erat. Vbi: Quádo &c. De pastis.s.a grege. Submittere: subtituere. Reno/uare: declarat quod dixit submittere gramía. Her bas hibernas: que postea tempore ueris succeduntur. Fouet: nutrit & fœcundas reddit terras. Garga nus: Mons est Apuliæ sinistrorsum ab appennino in mare adriaticum ueniens. Vulturis: uultur uel uul/turnus fluuius est qui auctore Strabone per uenafrum mediamque Campaniam labitur: Matinus: est fluuius de eodem monte defluens. Calidi: Tepidi. Buceta: pascua dicuntur ubi boues hyemant a bo ue. Non tamen ad magni peruenit gratius: Quamquam omnes conuitia iactabant in deos: quod tam atroces & in festi Pompeio fuissent: tamen nulla gratior uox fuit manibus pompeii: quam oratio catonis: quam de suis laudibus habuit summa cum moderatione. Audet conuitia in superos: id est inuehi inse ctari deos. Pompeiumque deis obiicit: ut inuidiam diis faciat: ut illud inuidiam fecere deis. Sed a ple/no.u.pauca quidem uerba fuerant sed uera. Ciuis obit inquit: hæc oratio laudationem funeris conti/net. mos enim erat apud antiquos: quod etiam nunc quoque tenetur: ut laudationes haberentur in fune/re: eorum præsertim qui honore digni haberentur: oratio est personæ conueniens: nihil enim fictum Cato: nihil simulatum loquitur nihil ad gratiam laudat a modestia Pompeium. qui uidelic& nunquam plus sibi sumpserit quam ciuica conditio pateretur. Impar maio. fuit quidem inquit non comparan/dus Pompeius priscis illis imperatoribus: uerumtamen in hac ætate plurimum profuit. nam solus ex prí cipibus fuit qui se priuatum gereret: quamuis plebs illi seruire parata esset. Impar: in hoc uidelic&. No/sce modum iuris: id est potestatis: id est cognoscere quantum sibi promitteretur. nunquam enim se/supra ciuicam conditionem gerere uolebat. Sed in hoc tamen utilis æuo: Quia quum ferme om/nis iustitia periisset: in eo adhuc pristinæ ætatis reliquiæ mirandum in modum permanserunt.

Cui nõ nulla fuit iusti reuerẽtia:ut nõ oĩo iustitiã cõténeret:sed eã uerereť. Salua libertate potẽs nõ enĩ ipse ĩ magistratibus suis tyrãnidẽ exercuit:quia nil cõtra libertatẽ gessit quãq̃ prĩceps ciuitatis eẽt. Et solus:ex prĩcipibus oĩbus inuẽtus ẽ Põpeius unus q se priuatũ gereret. Plebe parata:lic& ꝓmpta eẽt ad seruiendũ sibi plebs. Priuatus:q priuatã uitã gereret. Rectorq; sena.erat qdẽ moderator senatus ita tamẽ ut senatus ĩpare sibi posset quid uellet Sed regnãtis:nõ seruiẽtis. prĩceps senatus erat põpeius sed ita ut senatus qcqd iuberet efficeret. Nil belli iure poposcit.ꝙ bello cæteris præstaret:nil sibi plus q̃ cæteri arrogabat. Poposcit: arrogauit sibi. Quæq; dari uoluit:ut honores quos appetebat ẽt negari nõ posse uolebat.nõ enĩ ita ipse petebat honores: ut ab inuitis extorqueret:sed a uolũtariis acciperet. Immodicas possedit op. Laudauit a modestia & a iustitia laudat nũc a liberalitate. Immodicas: ĩmensas

Cui nõnulla fuit iusti reuerentia:salua
Libertate potens:& solus plebe parata
Priuatus seruire sibi:rectorque senatus:
Sed regnantis erat:nil belli iure poposcit:
Quæq; dari uoluit.noluit sibi posse negari
Immodicas possedit opes:sed plura retentis
Intulit:inuasit ferrum:sed ponde re norat.
Prætulit arma togæ:sed pacẽ armatuſ amauit
Iuuit sumpta ducem:iuuit dimissa potestas
Casta domus luxuq; carẽs corruptaque nũq̃
Fortuna domini:clarum & uenerabile nomẽ
Gẽtibus:& multũ nostræ quod ꝓderat urbi
Olim uera fides:sylla marioque receptis
Libertatis obit:pompeio rebus adempto.
Nunc & ficta perit:nõ iam regnare pudebit:
Nec color imperii.nec frons erit ulla senatus.
O fœlix cui summa dies fuit obuia uicto:
Et cui quærendos phatium scelus obtulit ẽses
Forsitan in soceri potuisset uiuere regno.
Scire mori sors prima uiris:sed proxima cogi:
Et mihi si fatis aliena in iura uenimus
Da talem fortuna iubam:nõ deprecor hosti

Intulit plus:q̃ ꝙ ipse ĩmẽsas diuitias possederit: tamẽ plures in ærariũ ĩtulit q̃ sibi retinuerit. Inuasit ferrũ. Arma põpeio placuerũt qbus plurimũ ualebat sed tamẽ ne fureret. Ponere norat: cũ tẽpus pacis eẽt arma deponebat. Prætulit arma togæ.i. paci præposuit bellũ nũquã tamẽ bellũ suscepit nisi ut paci cõsuleret:hæ laudatiões dignæ sunt & laudatore & laudato. Iuuat sumpta ducem:placebat Põpeio suscipere honores:placebat illos deponere finito magistratu. Potestas.s. magistratuũ. Carẽs luxu:qa nõ supfluis rebus põpeii familia abũdabat sed his tãtũmõ q̃ ciuicæ cõditõi cõuenirẽt. Fortũa d.i. fœlicitate põ. Cor.uiciata nũq̃ ẽ nã ĩ fœlicitate se moderatũ gerere difficilimũ ẽ.secũdæ res aliquãdo & bonos uiros ꝑturbãt:ideo dicit ꝙ domus põpei nunq̃ fuerat uiciata ĩ secũda fortũa. Clarũ & uenerabile fuit:sed nõ minori ueneratõe q̃ admiratiõe habebať põpeii nomẽ: q̃tũ admirabãtur hoĩes tantũ & amabãt. Olim uerba fides:antea qdẽ uera libertas erat ĩ ciuitate nr̃a:sed post Sylla & Marius ciuitatẽ occuparũt uera illa libertas periit:sed tamẽ fictæ libertatis imago ꝑmanserat ĩ põpeio solo quæ nũc ipso mortuo penitus tolliť Receptis.s.in urbẽ. Põpeio adempto.i mortuo. Nõ iã regnare pudebit:qa post mortẽ Põpeii regnãdi pudor oĩs extinctus ẽ.nã oẽs licenter pro ut supiores erũt rem pu.occupabũť. Color:species q̃dam impii. Nec frons:nec etiã seruabiť:nullaq; erit ipsius senatus libertas.nam in fronte dignosciť q̃tum unicuique liceat. O fœlix: postq̃ laudauit põpeiũ a modestia a iustitia & a liberalitate nũc ad cõsolationẽ uenit:sic enĩ ĩ laudatiõe funeris fieri solet ut prĩo eius q mortuus est laudes prosequamur.deĩde ad cõsolationẽ eoꝝ ad quos funus ꝑtinet ꝑueniamus:dicit enĩ nihil eẽ cur ĩplacabiliter cædẽ pompeii flere debeãt:quãdo nihil ei mali cõtigerit:imo uero ĩstar fœlicitatis eẽ dicit ꝙ a ministris Pholemæi occisus fuerit. O fœlix: ingt põpeius ẽ q simul cũ fortuna & repu. piit:nã satius fuit Põpeio uicto mori q̃ uiuere ne ĩ discrimine seruitutis ueniret & q̃si cũ admiratõe legendũ ẽ. Cui quærendos.i.debuisset Põpeius q̃rere enses ad se ĩterficiẽdũ:nisi a scelesto rege darenť:ne post tãtã cladẽ acceptã supesset. Forsitan ĩ so.& cur sibi mortẽ debuerit cõsciscere Põpeius:rõem ĩsert.dicit.n.o Pom.nisi te ptholemæus occidisset fortasse passus fuisses cæsari & ĩpo regnãte uiuere:an hoc passus fueras ut regnante cæsare ĩ uita permaneres. Scire mori sors prima:primũ ĩqt ẽ scire mori cũ necesse fuerit:secundũ uero cogi qđ ꝓximũ fuit cõsecutus ẽ:q̃ ꝓxima cogi:uidelic& turpius ducere ĩ seruitute uiuere:q̃ mori.ergo honeste mori satius est quam turpiter uiuere uiris,uirũ semper de forti dicere solemus. Proxima:secunda.

Cogi:scilic& ad mortem.& mihi si fatis de se ipso capit exemplũ:ut ꝓbet id quod de Põpeio dixerat.uidelic& fœlicẽ fuisse ꝙ occisus fuerit ĩpio regis Ptholemæi:dicit.n.hãc quoq; fortunã mihi ipsi optauerim si ĩ tyrãnide uicturi sum9 ut rex Iuba ad quẽ nos cõfugim9 idẽ mihi faciat: qđ Põpeio ptholemæus fecit. Si fatis.i.si fata uolũt:ut seruiam9 uictori. Nõ depcor.h.q̃si cõsolator illđ qđ nimiũ ĩdigne ferebat Sextus.s.caput Põ.uictori cæsari uisẽdũ seruari:nõ magnifacio ĩqt ut seruet uictori:uel capite trũcato.uel integer:uel ps corpis dũmõ mortu9 seruer. Nõ.d.nõ,recuso nõ repello:ũde Ci.pria đpcatio đsẽsoris.i.đpulsio

Dum me seruet.s.mortuum. Ceruice recisa:sicut pompeius. Vocibus his maior:repetit quod ab initio dixerat.uidelic& dici nō posse:ꝗ grata fuerit umbris pompeii catonis oratio. Quā si romana ro/stra sonarent:non tā grata fuisset totius populi romani oratio:etiā si in omni foro laudes pompeii decan taretur:ꝗ fuerūt hæc pauca catonis uerba. Rostra.i.totum forum.nam rostra erant sedilia populi sic di cta:ꝙ rostris nauium anciatum:quos romani uicerāt exornata erant. Generosam:nobilem. Fremit interea discordia uulgi:nūc dicit quomodo se milites hūerint:nā cum antea pompeiū secuti fuissent non

Seruari:dum me seruet ceruice recisa.
Vocibus his maior quā si romana sonarent
Rostra ducis laudes generosam uēit ad ūbrā
Mortis honos premit interea discordia uulgi
Castrorum belliꝗ piget post funera magni.
Cum tharcon motus liquendi signa catonis
Sustulit hunc rapta fugiētem classe secutus.
Littus in extremum tali cato uoce notauit.
O nunquam pacata cilix iterum ne rapinas
Vadis ī æquoreas.magnum fortūa remouit.
Iam pelago pyrata redis:tum respicit omnes
In cœtu motuꝗ uiros:quorum unus aperta
Mente fuge:tali cōpellat uoce regentem.
Nos cato da ueniam:pompeii duxit in arma
Non belli ciuilis amor parteſꝗ fauoris
Fecimus ille iacet quem pati prætulit orbis.
Causaꝗ nostra perit:patrios permitte penates
Desertamꝗ domum:dulcesꝗ reuisere natos
Nam quis finis erit:si nec pharsalia pugnæ:
Nec pompeius erit:perierunt tempora uitæ
Mors eat ī tutum iustas sibi nostra senectus
Prospiciat flāmas:bellum ciuile sepulchra
Vix ducibus dōare potest:nō barbara uictos
Regna manēt:nō armēiū mihi sæua minatur.

tā belli ciuilis cupiditate:aut libertatis seruadæ grā ꝗ quod pompeiū amabāt sublato eo nūc ipsos arma ferre redebat:& rediissēt oēs ad suas quisꝗ domos nisi adhortatione catonis retenti fuissent. Fremit: secū murmurat. Tarcon:dux & princeps cilicum quos pōpeius deuicerat:& deuictos ēt colonias desi/gnauerat:ut ipsos in diuersas regiōes distribueret: ne postea unꝗ congregari possent & mare infestum reddere:sicut antea fecerāt. Sustulit:concitauit. Hūc:Tarcōtē. Rapta:rapti deducta classe i ma re. Secutus:uerbis. In extremū littus:in extrēa parte littoris:& dixit. O nunꝗ pacate cilix:repre/hendere cœpit tarcōtē. Cilix:de cilicia duarū ꝓuī ciarū nomina inuenimus patriū facere:ut a cilicia ci lix:a bebricia bebrix. Iterū ne rapinas:iterū ne re dis ad antiqua latrocinia:ut pyraticam mari exerce ceas. Magnū fortūa:& cā est cur iterū redis ad py/raticū ꝙ itellexisti mortuū esse Pompeiū. Tu:de inde. In cetu motuꝗ uiros:cū cœtus fieri incipiūt: aut ī ciuitate:aut in castris a ciuibus uel a militibus: signū est rē ad seditionē spectare. Motuꝗ:ꝗa oēs iam moti erāt:ut domos suas se reciperent. Quoꝝ unus:unus ausus est apte alloqui catonē & sua om/niumꝗ suorū mentem aperire. Aperta mente:ma nifesta sententia. Nos Cato da ueniam:oratio est illius qui ex omni turba ausus est aperte senten/tiā suā dicere & sociorū:& ita locutus:est. Amor pompeii duxit in arma:sublata causa quæ nos ar/ma suscipere fecit nihil relinquitur cur bellū perse qui uelimus:auctor autem sumendi arma pompe/ius fuit:ille nobis adēptus ē ergo arma nobis depo/nenda censemus. Fauore:uidelic& beniuolentia & obseruantia:quam in pompeium habuimus. Ia cet:sublatus est nobis. Paci prætulit orbis:nā po/puli nationes:& gentes in pace quieta uiuere possent:maluerunt suscipere bellū:ꝗ deserere pompeium er go ipsum prætulerūt paci. Causaꝗ:Pōpeius causa nostra perit diis uolētibus:ut superius. Victrix cā diis placuit:sed uicta Catoni.Nam eo ꝙ uicti sunt pompeiani causa etiā nostra uidetur fuisse deterior. Pa trios permitte penates:Quod uitæ nobis reliquum est una cū liberis nostris coniugibusque uiuere per/mittas & iustam causam esse ostendit cur uelint ab armis discedere:ut uidelicet tandem suorū curam ha beant. Nam quis erit finis.s.bellorum:quæ nā causa magna satis esse poterit:ꝗ nos ab armis abdicat:ni/si clades accepta in pharsalica:& ipse pompeii interitus sufficit. Nam quis:pro quis nā præpositiui & postpositiui ordinis est:sed semꝑ post ponitur huic relatiuo quis dicimus enim quisnam & quænā & cæ/tera sed si e diuerso īueniatur histerologiam dicimus.i.præposterum sermonē:ut hoc loco. Perierūt tem pora uitæ:id est bello uitam consumpsimus:quod reliquum est nunc morti consulere debemus.hoc est ut quieta morte fruamur:quando uita frui nequiuimus quæ bellis semper agitata est. Mors eat in tu/tum:id est nobis quieta mors concedatur. Prospiciat:id est prouideat. Flāmas iustas:id est debitum honorē sepulchri. Bellū ciuile se.ꝗa occurrebat illud:nūqd nō fortasse ēt sepulchra cōseqmini:si in bello pibitis.Minime iqt:uix ducibus ipsis facultas ē sepulchri. Ducibus:ne dū multitudini militū. Nō barba ra uictis:Respōdet ad id quod obiici poterat:uidelic& ipsos seruituros eē.nūqd nō satius ē libeꝝ mori ꝗ seruū uiuere:respōdet ēt si seruituri sit:nō barbaris gētibꝫ:regibꝫ:ac gētibꝫ rēotis ab hūanitate:sed cæsari pituros eē:ꝗ ciuis Ro. erat. Nō manēt:nō expectāt Armeniū iugū uidelic& seruitiū Tigrānis regis armēiæ

Aut ſcythicum fortuna iugū:ſub iuga togati
Ciuis eo:quiſquis magno uiuente ſecundus.
Hic mihi primus erit:ſacris præſtabitur ūbris
Sūmus honor dominū quē cladeſ cogit hēbo
Nullū magne ducē:te ſolū in bella ſecutus
Poſt te fata ſequar: neq; enim ſperare ſecūda
Fas mihi nec liceat fortuna cuncta tenentur
Cæſaris æmathium ſparſit uictoria ferrum.
Clauſa fides miſeris:& toto ſolus in orbe eſt:
Qui uelit & poſſit uictis præſtare ſalutem.
Pompeio ſcelus eſt bellum ciuile perempto.
Quo fuerat inuenta fides.ſi publica iura
Si ſemper patriā ſequeris cato ſigna petamus
Romanus quæ conſul habet: ſic ille profatus
Inſilui puppi:iuuenū comitante tumultu.
Actum romanis fuerat de rebus & omnis
Indigna ſeruicii.feruebat littore plebes.
Erupuere ducis ſacro de pectore uoces.
Ergo pari uoto geſſiſti bella iuuentus.
Tu quoq; pro dominis & pompeiana fuiſti
Nō romana manus quod nō in regna laboras

Scythicū.i.regnū ſcythiæ.i.nec ſeruituri ſumus Arſacidis.i.Parthis:q ut inqt Solinus cap.Lxviiii. porrecti ad terrā ſcytharū cū eis cōcorditer degūt. Sub iura.i.ſub poteſtatē. Togati ciuis.i.cæſaris. Quis quis ſecūdus:qui mihi ſecūdus erat uiuente pompeio:nūc ipſo ſublato primus erit ſed cæſar ſecūdus erat igit̃ &c. Sacris præſtabit̃ umbris:& tamē oīo memoriā Pompeii obliuioni rrademus.nā quē ipſi uiuo uoluimus præſtare honorē:umbris eius mortui præſtabimus. Clades.ſ.pharſalica cogit nos ut ſubiiciamus uictori. Nullū magne ducē:ad pompeiū abſentē apoſtrophat q̃ſi præſentē.dicit.n.nos o pompei nullū ducē ſequi maluimus præter te dū uiueres:ſed poſt mortē tuā meliora fata ſequemur. Fata uolūtatem & loqtur ſecūdum ſtoicos quia oīa fato fieri dicebant quod hoc ſit facit idē Apollo:cū cācām ex ſe gignit:ea eſt ex oī æternitate ueritas ſempiterna:quo fit:ut nihil factū ſit:quod non aliquando futurū fuerit:& nihil futurū cuius nō cauſas id ipſū faciētes natura cōtineat: ſed falſa erat opinio. Neq;.n.ſperare ſecūda:poſt mortē pompeii nō eſt mihi fas ſperare ſecūda:ſed nō licet qdem ſi quādo puū eſt recte dicit ſi iuſtitia aliquid prohibet nec licētia illud permittere debet multa nobis licēt quæ nō decent.nam aliud eſt licere: aliud decere: quod decet honeſtū eſt:quod uero licet plerūque turpe: ut regibus quidē multa quidem licent:quæ tamen nō decent:uidelicet in exiliū bonos pellere:bona diripere publice ac priuatim mulctare &c. Nūc ergo dicit nō mihi decet ſperare res ſecūdas poſt mortē Pompeii nec liceant quidē. Fas:ſecundū ius diuinū ius uero humanum. Fortuna.i.fœlicitate cæſaris. Sparſit:fudit. Aemathium:id eſt exercitū pompeii quē ī æmathia hūerat. Clauſa fides miſeris.i.fides quā præſtare Pōpeio debuimus: finita eſt. Virgilius:Ante diem clauſo componet ueſper olympo. Miſeris:nobis uictis. Et toto ſolus in orbe eſt unus tantū ſupereſt mortuo Pompeio:qui uelit & poſſit nos uictos ſaluos eē. Pompeio ſcelus eſt.dū Pōpeius uiueret:licuit nobis bellū gerere ipſo duce cui fidem promiſeramus: & quodcūq; ille iuberet nobis iurauimus facturos eſſe: ſed ipſo mortuo ſi bellū gereremus quod antea iuſte bellū fecimus nunc impie faceremus:cogebamur enim iureiurando ſequi pompeium. Quo fuerat iuuenta fi.quia iureiurando addicti eramus ad omnia quæ nobis iuberet:nunc eo ſublato eſſet ſcelus impium bellum ciuile gerere:quia uoluntarii id faceremus. Si publica iura:ad Catonem apoſtrophat:id eſt ſi leges romanas ſequeris o Cato & hoc tuum eſt propoſitum:ut eas ſerues:nec unquam ab amore patriæ diſcedas his legibus cogeris ſequi cæſarem:quia conſulem & leges uolunt:ut omnes conſuli parere debeant: igitur nec tu aliter facere potes ſaluis legibus. Petamus:ſcilicet tecum. Sic ille: Quiſquis fuit: qui auſus eſt libere contra Catonem loqui hæc: quum dixiſſet in puppem inſiluit: & alii quidem eum comitabantur eo animo:ut ſe ad cæſarem transferret. Tumultu: turba iuuenum. Actum romanis:& tantum quidem ualuit huius adhortatio:ut cæteri quidem ad fugam inclinarent : niſi Chato illos ſeuera reprehenſione retinuiſſet. Actum de rebus:id eſt ad finem peruenerunt res romanæ:ſic enim mos erat antiquis his uerbis oſtendere finem alicuius rei. Et omnis ideo finis erat reipu.quia omnes parati erant cæſari ſeruire. Indiga:pro indigens ſeruicii:id eſt quæ libera uiuere quoque geſſiſti bellum pro Pompeio. uidelicet ſi ipſe uiueret:ut dominus eſſet rerum omnium quemadmodum & cæſariani fecere pro cæſare: qui & ipſi pugnabant ut dominus omnium eſſet: nihil omnino cæſarianis diſſimilis fuiſti. Pari uoto: ſimili deſiderio ſicuti cæſariani fecere: Pro dominis:pro uictoria dominorum.& pompeiana fuiſti:nam antea credebam te fuiſſe romanum: & tuas copias retinere: quæ pro republica.& libertate pugnarent: nunc cum pompeianus ſis non pro republica pugnaſti:ſed pro pompeio: ut uictor ipſe regnaret. non reſpublica: & probat id uerum fuiſſe. Quod non in regna: dum pompeius uiueret pugnaſti: ut ipſe regnaret. at uero illo mortuo ſi pugnabis certum erit tibi bellum forte non dominis. Tibi:id eſt te ad utilitatem tuorum pugnaturum eſſe nō

aliorum ob hanc causam fugis bella:quum uehementius appetere deberes. Non ducibus uiuis:id est non uiuis militibus tuis?non est pro regno:sed pro libertate. Viuis:uictor. Moreris : uictus:si uiuus uincis tibi uincis:& non ducibus:sicut ante si moreris pro libertate moreris pro te & non pro regno cuiusquam. Quod orbem acquiris nulli:quia si uictor fueris tibi dominus eris: & non aliis. Quod iā tibi uincere tutum est:periculosum antea fuit uiuere:quia si uicisses fortasse Pompeius libertatem occupass&.nunc autem nil tale tibi metuendum est. Vacante:id est ceruice libera:hoc est quū liber sis seruitutem requiris.

Qd' tibi nō ducibꝰ uiuis:morerisq́:q orbē
Acquiris nulli:quod iā tibi uincere tutum est
Bella fugis? quærisq́ iugum ceruice uacante.
Et nescis sine rege pati.nunc causa pericli
Digna uiris:potuit nostro pompeius abuti
Sanguine nunc patriæ iugulos ensesq́ negatis
Cum prope libertas unum fortuna relinquit.
Iam tribus e dominis.pudeat plus regia nili
Contulit in leges:& parthi militis arcus
Ite o degeneres ptholemæi munus:& arma
Spernite.quis uestras ulla putat esse nocentes
Cæde manus.credet faciles sibi terga dedisse.
Credet ab æmathiis primos fugisse philipis
Vadite securi.meruistis iudice uitam
Cæsare non armis.non obsidione subacti.
O famuli turpes:domini post fata prioris.
Itis ad hæredem?cur non maiora mereri
Quā uitam ueniāq́ libet? rapiatur in undas
Infœlix magni coniunx:prolesq́ metelli
Ducite pompeios.ptholomæi uincite munus.
Nostra quoq́ iuiso:quisquis ferat ora tyrāno
Non parua mercede dabit: sciet ista iuuentus
Ceruicis precio bene se mea signa securam

Causa pericli:antea inquit Pompeii causa pugnastis:mortuo ipso nūc pro uoto & libertate uestra bellū geritis. Digna uiris.i.qui uelit libertatē suā recuperare. Potuit uestro Pompeius abuti sanguine:uidelic& ut pro ipsius regno sanguinē uestrū fūderetis. Quū ꝓpe libertas:quia extribus dominis Crasso:Pom.& Cæs.unus tantummō superest:uidelic& cæsar. Patriæ iugulos ensesq́:q bus ꝑ pompeio antea pugnastis:nūc patriæ pugnare nō uultis Pudeat plus regia nili:Vos inquit pudere deberet q plus ad libertatē cōpandā ptolomæus contulerit:& Arsacides rex pthoꝝ q̄ ipsi uos conferre uelitis.nam arsacides iterfecit Cas.& eius exercitū deleuit.Ptholomæus iussit occidi Pom. barbari ergo reges meliores fuere & libertatis defensores:q̄ uos. Pudeat erubescere debetis. Nili:ptholomæi. Contulit in leges:id est plus profuit ad leges patriæ seruandas occidendo Pompeium. Militis arcus:quia sagittis coperuerant Crassum cum exercitu suo parthi. Spernite:contemnite. Munus: quia instar muneris uobis eē debet:q ptholemæus iusserit occidi Pompeium : ut nunc denique liberte pugnetis. Quis uestras ulla putat esse nocentes: & iusta causa est cur adlibertatem transeatis.neque enim suspicari potest tam uiles ac ignauos homines bella contra Cæsarem gessisse:immo non interfuisse pugnæ pharsaliæ:quare Cæsar uobis ueniam facile præstabit. Cæde manus:Cæsar quum uos uiderit putare non poterit uos uestras manus sanguine suorum polluisse. Cred& facile terga dedisse: uidelicet primo congressu in fugam fuisse conuersos:ideo uobis facit iniuriam. Ab æmathiis primos fugisse philippis:ergo quia non existimat posse contra uos arma gerere:statim simul ac commissa pugna fuerit:ipse uos suscipi&:& ueniā præstabit. Iudice cæsare:quia se nihil offensū a uobis putabit.

Non armis:sed sponte uestra in deditionē uenistis. O famuli turpes:color rhetoricus:qui appellatur concessio:nā quod concedere uidetur id maxime negat:& quotiens utimur concessione uerba quædā inserimus:quæ uim hēnt prohibentis:quū eos degeneres & turpes famulos appellat concedere uidetur:tamen maxime negat:& hæc uerba secundū mentē catonis significant ne discedere uelint. Post fata:id est mortē. Prioris domini:scilic& Pom. Ad hæredē:scilic& cæsarē hæredem dominationis Pompeii. Cur non maiora:sed si ita inquit aīus est : cur non audetis maiora beneficia Cæsari præstare:uidelic& ut occidatis pom.filios:& corneliam occidatis:me quoq́ ipsum.neq́.n.paruo id præmiū ēptū uoluerit Cæsar:si me quoq́ occideritis. Quā uitā ueniā:iō nō debetis esse cōtēti uenia quando potestis maioribus beneficiis cumulū addere:ac Cæsarē uobis maiore beneficio deuincire:& quomodo? Rapiat : obruatur in undas. Infelix coniux:uidelic& Cornelia. Prolesq́ metelli:qa filia erat Scipionis. Et metelli : de metelloꝝ sanguine. Pōpeios.s.Sextū & Gneum pompeii filios. Ducit:in manibus uictoris. Ptholemæi uin.mu.Ptholemæi iussu unius tātummodo occisus ē:uidelic& Pom.sed Cæsaris iussu duos filios uxorem & me quoq́ Cæsari inimicissimum occidere potestis. Nostra ora:id est caput mei catonis. Tyranno inuiso:scilic& cæsari. Non parua mercede:quia ille pro oblato capite nostro magnum a Cæsare præmium recipi&. Sciet:id est cognoscet. Ista iuuentus:scilic& quæ transit ad Cæsarem cognoscit profuisse sibi q sub me militauerit:quia uidelic& me occidēdi:& caput offerēdi occasionē habuerit.

Quin agite:hortãtis eſt:nihil eſt ꝙ dubitetis iãdudum nos occidere.Scelus enim feciſſe tantũ fugiendo ignaui hominis ẽ. Magna cæde.ſ.Corneliæ: & filioꝶ põpeii:& mei ipſius:quare hoc facere debetis:qa Ignauum ſcelus:ꝑ ignaui hominis ſcelus eſt ꝙ fuga cõmittitur. Dixit.ſ.cato. Et omnes:nunc dicit quem effectum inſectatio catonis habuerit.omnes enim ſtatim mutata ſententia accẽſi ſunt ad gerẽdum contra cæſarem bellum:& per ſimilitudinem oſtendit quemadmodũ ĩquit apes quũ aluearia deſeruerit: & ſparſæ quo impetus tulit:diſſipentur:ſimulatq; uocem ſtrepentis æris audiuerint in aluearia redeunt: uel certe de ramo arboris:ueluti botrio:ſiue racemꝰ uuæ dependent:ita cato uoce ſua reuocauit milites.

Q uin agite & magna metu cum cæde pate
Ignauum ſcelus eſt tantum fuga dixit:& oẽs
Haut aliter medio ĩuocauit ab æquore puppeſ
Q uam ſimul effectas linquũt examia cæras
Atq; oblita faui:nõ miſcent nexibus alas.
Sed ſibi quæq; uolat:nec iam deguſtat amaꝶ
Deſidioſa thimum:tum ſi ſonus increpat æris.
Attonitæ poſuere fugam:ſtudiumq; laboris
Floriferi repetũt:& ſparſi mellis amorem.
Gaudet in hybleo ſecurus gramine paſtor
Diuitias ſeruaſſe caſæ:ſic uoce catonis
Inculcata uiris:iuſti patientia martis.
Ianq; actu belli non doctas ferre quietem
Conſtituit mentes:ſeriem agitare laborum.
Primum littoreis miles laſſatur harenis
Proximus in muros:& mœnia cyrenarum:
Eſt labor excluſus:nulla ſe uendicat ira
Pœnaq; deuictis ſola eſt uiciſſe catonem

Haut:non aliter q̃ apes. Simul:poſtq̃. Effœtas:uacuas:fœtus ſignificat plenum. Virgilius:Loca fœta furentibus auſtris.Effœtus uero uacuum ſignificat. Examinibus:examen ſignificat apum multitudinẽ. Faui.i.mellis.fauus ꝓprie dicitur congeries mellis:ac cæræ. Non miſcẽt nexibus alas:id ẽ non pedibus pendent ſe inuicem ſuſtinentes alis:nã ſi forte notaſtis quũ apes de ramo arboris pendent: pedibus nexæ ſunt:& ſe ſuſtinent alis. Volant ſibi: id eſt arbitrio & uoluntate ſua:& non regis:nam habent regem apes: quem quocunq; ierit ſequuntur: ſed poſtquam in aluearia redierint:nõ iuſſis ſuis obſequuntur:nec uoluntati ſuæ morem gerunt. Nec deguſtant thimum:ideſt nec ipſis curæ ẽ mellificar̃.

Amaꝶ:non amaꝶ:ſed tanq̃ amaꝶ fugiunt. Thimum:thimus flos eſt:quo mel apes conficiunt:& ẽ flos optimi odoris:qui etiam in melle ſentitur. nũc ergo dicit:fugiunt thimum:quem ante cupidæ mellis tantopere colligunt. Deſidioſa:iners & ignaua: quia nullam mellis curã habent. Sonus increpat æris:qa galli phryges cybelis matris deũ ſacerdotes ſonitu eris utebantur in ſacris eius:propterea dixit ſonus æris:id ẽ ſimilitudinem æris:quemadmodũ in ſacris deoꝶ matris Cybelis æra pulſabant phryges:id eſt galli ſacerdotes:ita paſtor æra pulſat:cuius ſonitu ſtatim reuocantur apes. Attonitæ:id eſt tanq̃ attonitæ. Poſuere fugam : a fuga deſtiterũt. Studiumq; laboris:ſtudium:quod depoſuerant colligendi flores:nunc repetunt. Amorem:cupiditatẽ

Gaudet:ſcilic& paſtor:cui curæ ſunt apes:ubi uid& eas in aluearia redire. Hybleo gramine: hybla: ut inquit Strabo ſiciliæ ciuitas fuit:quæ penitus euanuit .hyble uero nomen propter hyblei nominis ꝑſtantiam remanet.eſt & hybla:ut refert Strabo:circa finem octaui libri iuxta tractum megarenſium:quorum ſolum:ut in principio noni libri dicit:atticæ regionis pars extitit:his in locis apes optima mella cogere referũt poetæ.per excellentiam ergo dicit hybleo gramine.nam mel atticum cuncta bonitate ſuperat: eo uero illud longe præſtantius eſſe dicit̃ quod ad argentarias gignitur:& atticæ e montibus mel optimũ gignit himetus. Diuitias:id eſt apes quæ ſunt diuitiæ ſuæ. Caſa:nam caſa domus paſtoralis eſt:ſic dicta a cadendo ꝙ cito cadat. Sic:pari ratione etiam uoce catonis reuocati ſunt animi militum:qui de fuga cogitabant. Iuſti martis:pro libertate ſuſcepti. Inculta:ingeſta. Iamq; actu:id eſt exercitio belli: Cato ubi cognouit incertas militum mentes ſtatuit non permittere militibus ocium dari:ſed eos continue in laboribus continere ne quid de fuga cogitandi ſpatium daretur. Cõſtituit.i.parauit. Serie:laborum ordine:& una tenere laborum ſine intermiſſione continuationem habere. Primum littoreis: primum uoluit illos exerceri in littoreis harenis:ſcilicet ludentes paleſtra:nam currere in littore & harena non eſt mediocris labor:pedes enim deſcendunt:nec facile educuntur. Proximus : ſecundus labor fuit. In muros:ſcilic& cyrenarum.nam cyrenei portum clauſerant catoni & claſſi eius.cyreneos ergo expugnare inſtituit Cato:et ita ſecundum hiſtoriam expugnauit : tamen ipſis permiſit ſuo iure uiuere.neque enim ſicuti meruerant militibus diripiendos permiſit:ſatis enim habuit uiciſſe hoſtem. In:aduerſus muros. Et:pro id eſt mœnia. Cyrenarum:Cyrene:ut refert Solinus capite quadrageſimo:oppidũ eſt quod maior ſyrtis oſtentat:hoc Battius lacedemonius rege Martio res romanas tenente poſt troiam captam condidit:quæ domus Callimachi poetæ fuit & patria. Excluſus:a portu cyrenarum. Nulla ira:Quia in animum ſapientis perturbatio nulla cadit. Pœnaq; deuictis ſola eſt uiciſſe catonem :id eſt hanc ſolam uictis pœnam inferebat Cato:ut uſque ſuo imperio ſubiicerentur:& illis oĩa ſua reliquebat.

Inde peti placuit: Post hæc consilium cepit cato petendi Iubam regem socium & amicum populi romani: ut eius ope & auxilio exerci tũ cõpararet satis firmũ: quo cæsari resistere posset. Inde: Post hæc. Cõtermina mauris: qa iuba rex numidiæ est: quæ mauris finitima est. Sed syrtes: intercipiebãt iter. Mediis: nã in medio positæ erãt: nec per syrtes nauigari poterat. Has audax: & quãq̃ syrtes maris periculo sa loca interciperent nauigationẽ: tamen tantũ uirtutis aĩo coceperat cato: ut eas euadere se posse sparet. Syrtes uel primã: qa superius poeta mentionem fecit syrtium: nũc quærit unde originem hũerint. sũt autem syrtes media loca in mari: quæ nunc arescunt nunc uero undis ac fluctibus exundant. unde syrtes dictæ sunt a potu syrin id est a trahendo: quia fluctus ita trahit undam: ita ut arena sicca relinquatur aliquando in littore: id quãobrem fiat quærit hoc loco Lucanus dicens. Syrtes uel primam & cetera: usq ad eum locum uel plenior alto: nam posita coniunctione in principio orationis requiritur alia coniunctio ut perfecta sit oratio: nam si dixeris & martinus legit: necesse est sequatur & Socrates disputat: ut hoc loco uel natura hoc fuit: uel ãtea alit fuit. erit ergo ordo: natura uel reliquit syrtes pelagi terræq cum daret primam figuram mũdo: uel syrtis olim erat altior pelago: nã neq & cetera. hæc omnia per parenthesim leguntur. Vel syrtis: ἡ syrtis τῆς syrtios declinatur ẽt ἡ syrtis τῆς syrtidos: sicut paris paridis uel paridos: thetis dis & thetidos: cum natura daret mundo primam figuram id ẽ cum primum natura res omnes in esse produceret: hoc est cum materiæ formam daret forma est quæ dat esse rei: nam forma idem agit q Deus ideo laudatur li. phisicorum ab Aristotile mirifice forma: quia idẽ habet q deus: sicut Deus dat eẽ rebus: ita forma dat esse materiæ. Reliquit: has syrtes. In dubio pelagi: quia nec plene pelagus: nec plene terra & quomodo reliquit in dubio declarat. Nam neq subsedit: id est non omnio extitit extra undas. Stagna pfundi. aquas maris. Nec se defẽdit .i. nec extra undas stetit ideo non defendit se omnino ab æquore.

Inde peti placuit libycis contermina mauris
Regna iubæ: sed iter mediis natura uetabit
Syrtibus: has audax sperat sibi cedere uirtus
Syrtes: uel primam mundo natura figuram
Quum dar& in dubio pelagi: terræq reliqt
Nam neq subsedit penitus: quo stagna pfũdi
Acciperet: nec se defendit ab æquore tellus
Ambigua: sed lege loci: iac& inuida sedes
Aequora fracta uadis: abruptaq terra pfũdo.
Et post multa sonant proiecti littora fluctus.
Sic male deseruit: nullosq exegit in usus
Hanc partem natura sui: uel plenior alto
Olim syrtis erat pelago: penitusq natabat.
Sed rapidus titan ponto suo lumine pascens
Aequora subduxit zonæ uicina perustæ.
Et tũc põtus adhuc phœbo siccante repugnat
Mox ubi damnosum radios admouerit æuũ.
Tellus syrtis erit: iam breuis ũda superne
Innatat: & late periturum deficit equor.

Sed illam in uia: quana uigari non potest. Lege ambigua: quia nec plene terra: nec plene aqua dici potest: & describit quia. Aequora fracta uadis: uada proprie dicũtur per quæ pedibus uadari potest: id est iri. Abruptaq terra: intercisa: quia intercisionibus retardantur fluctus qui fluctus statim cum ad littora ueniunt resonant: uerũtamen ad omnes intercisiones fluctus peruenire nõ possunt: ideo dixit. Post multa littora: appellat littora aggerem harenæ. Sic: hoc pacto. Male: idest inutiliter deseruit & declarat. Nullosq exigit in usus: quia nec ibi habitant homines nec pisces. tres partes sunt quæ incoluntur a diuersis animantibus aer: aqua terra. terra ab hominibus feris & quadrupedibus habitatur. aqua a piscibus. aer habitatur ab alitibus: sunt etiam quædam animalia chersidra: quæ partim terram incolunt: partim aquam sicuti ranæ & testudines: dicit ergo syrtes inutiles esse: quia nulli generi animantiũ utiles sint. Vel plenior alto: uel superioribus quidem temporibus syrtis fuit obruta pelago: ut per eam partẽ nauigari posset. Penitus. interius quid ergo fuit causæ: ut ita aresceret dicam. Sed rapidus titan. rationem naturalem tangit: uidelicet quia corpora cœlestia: eo q sunt lumina ignea: ideo pascuntur undis & humore: unde & philosophi uiderunt fore aliquando: ut omnis hic mundus aliquando arderet: postquã consumpta esset aqua & humor omnis. Rapidus titan: uidelicet ab initio quum creatus est mũdus. Lumina pascens: quia humor maris subduxit æquora: id est sensim & paulatim arefecit. Zonæ uicina perustæ: est ratio quamobrem istic exaruit mare: quia torridæ zonæ propinquæ sunt syrtes. Et nunc põtus adhuc: & quamuis radiis solis & ipsa quoq stellarum flamma exaruit mundum: tamen restitit aqua igni: sed erit tempus q omnia consumet. Repugnat: scilicet calori solis & stellarum. Mox ubi dãnosum: sed post longum tempus cum sensim undam omnem exhauserit calor solis: loca illa penitus arescent: & nihil nisi terra relinquetur. Mox: deinde. Vbi: quando. Dannosum æuum: quia detrimen tũ facit rebus. Nam iam breuis unda: quod ita sit apparet ex eo qđ factum est: & ex eo quod furturum ẽ: quia maxima pars undarum consumpta est: sequitur inde futurum: omnem aquam consuturam esse.

Vt primũ remis actum mare propulit omne
Classis õus:dẽsis frẽuit niger hĩbribus auster
In sua regna furẽs:tẽtatum classibus æquor
Turbine defendit:longeq; a syrtibus undas
Egit:& in lato confregit littore pontum
Tum quarum recto deprendit carbasa malo
Eripuit nautis:frustraq; rudentibus ausis
Vela negare noto.spacium uicere carinæ
Atq; ultra proram tumuit sinus:oĩa si quis
Prouidus antennæ suffixit linthea summæ
Vincitur:& nudis auertitur armamentis.
Sors melior classi quæ fluctibus ĩcidit altis
Et certo iactata mari: quæcunq; leuate
Arboribus cesis flatum effudere frementem
Abstulit has liber uentis contraria uolens
Aestus:& obnixum uictor destruxit ĩ austũ.
Has uada destituũt:atq; interrupta ꝓfundo
Terra ferit puppes:dubioq; obnoxia fato
Pars sedet una ratis:ꝑs altera sedet in undis
Tũc magis ĩpactũ breuius mare.terraq; sæuit
Obuia consurgẽs:quãuis elisus ab austro
Sæpe:tamẽ cumulos fluctus nõ uicit harenæ
Eminet in tergo pelagi ꝓcul omnibus aruis
Inuiolatus aqua:sicci iam pulueris agger

Vt primum remis:postquam dixit suam de se syrtium sententiam:nunc ad propositum Lucanus redit dicit passos fuisse tempestatem milites postquam nauigare cœperunt. Actum:impulsum. Omne onus classis:id est omnem classem catonis. Densis fremuit:statim auster cum ingenti & effuso hymbre impulit naues. Niger hymbribus:uidelicet nymbosus ferens hymbrem. In sua regna ferens:nec mirum qa auster est uẽtus flans a meridie. Turbine:impetu suo:nam naues repellebat ab undis. Egit:reppulit ut per eas nauigari non possit:& ita defendit. Illato littore:id est culmo harenæ:quia impetus uenti abstulit mare & aggerem harenæ reliquit: ideo contrahit pontum. Tum quarum rector:quarum nauium uela uentus comprehendit:has impulit ĩ littus: sed quarum uela nautæ in summum mali rudentibus traxerunt has naues in syrtes uentus impulit.

Tum:scilicet auster eripuit naues. Deprehendit:id est corripuit. Malo recto:quia de malo nauis carbasa pendent & ab antennis. Nautis:id est potestari nautarum.quia non habent potestatem gubernare naues tantas nimio impetu uenti sublatas.

Frustraq; rudentibus ausis:nautæ cum constituissent forte tentare rudentibus in summum mali subducere antennas:ne uenire posset in potestate sua uẽtus uela nõ sustinentibus nauibus suis.ideo a nimio uentorum impetu cogebãtur rudentes reliquere:ac relaxare ita ut inflata uela proram nauis transirent: nautæ ergo si tentassent rudentibus uela in summũ mali trahere:uẽtus uiolabat nautas: ita ut cogerent relaxare rudentes:quibus relaxatis uentus ita inflabat uela:ut spacium nauis preterirẽt. Spacium carinæ: Quia uela inflata ultra proram transibant.

Vela negat:nihil aliud est nisi proram transire.

Hic in hac regione: Tumida inflata. Aspida:primam dicit serpentem natam ex hoc sanguine quæ aspis dicitur a similitudine dictaẽ ασπισ græce significat scutum eo quod reliquo corpore tanquam scuto utitur:ut caput protegat. plures diuersæque aspidum species:uerum:ut inquit Solinus: dispares effectus ad nocendum. Somniferam:quia quoscunque momorderit in soporem resoluit.ita ut dormientes moriantur:hoc serpentis genus mamillis addidisse perhibent Cleopatrã. Plenior hic sanguis plurimum ueueni de capite gorgonis in hanc serpentem cecidit. Sanguis: scilicet medusæ. Decidit: in hãc serpentem. Veneni: declarat quod dixit sanguis. In nulla: scilicet q̃ in hac:hic uel hæc serpens dicitur. Ipsa caloris egens:& quia calorem amat:ideo nunquam nisi inuita in regiones frigidas transit:inuita autem dixit respiciens ad id quod sequitur:q; nunc tanta iniquitas incessit animos hominũ:ut serpens quam abominari homines deberent:iam in precio esse cœperit: apud homines ætatis nostræ uenenum illud:quia maiorem uim habet tanquam præcium habetur:& ita detestatur auariciam hominum & scelus:qui etiam fecerint quod abominandum erat esse præcium non mediocre. Niloque tenus:quia nõ discedit a littoribus nili:nisi quis eam cogerit. Lucri pudor:sed quis inquit cupiditati & auaritiæ modũ ĩposuerit:illa quidem in uita discedit a regione sua nos uero eam cogimus transire in europam & uenenũ ipsius iam magno præcio uendimus & emimus. Quis pudor:idest quem questum facere nos pudebit quasi dicat nullum. Inde:uidelicet ex regione aphricæ. Libycæ mortes:idest quæ in libya natæ sunt. uidelicet uenenum. Huc: in europam. Fecimus aspida mercem: idest uenenum aspidis fecimus esse mercem. At non stare suum miseris passura cruorem: post hanc subsecutam est serpens: cui nomen est hemorois: quia sanguinem fluere facit: nam quencunque momorderit: ille statim cum sanguine exhauritur:& tanquam sudor e corpore emanat αιμα sanguis ρεω fluores. Suum cruorem proprium sanguinem. Miseris passura cruorem:quos momorderit statim sanguinem per cutem erumpere facit tanquam sudorẽ. Squamiferos ingens hemorois explicat orbes: quia munita est sicut piscis.

Natus in ambigue coleret qui ſyrtidos arua
Cherſydros:tractiq; uia fumante chelindri
Et ſemper recto lapſurus limite centris
Pluribus ille notis uariatam tingitur aulum.
Q uã paruis cũctis maculis thebäus ophites
Concolor exuſtis atq; indiſcretus harenis
Ammodites ſpinaq; uagi torquẽte ceraſtæ:
Et ſcytale ſparſis:etiam nũc ſola pruinis
Exuuias poſitura ſuas: & torrida dipſas
Et grauis ingenuum uergẽs caput ãphiſibẽa
Et natrix uiolator aquæ:iaculiq; uolucres:
Et contentus iter cauda ſulcare phareas:
Oraq; diſtendens auidus ſpumantia præſter:
Oſſaq; diſſoluens cum corpore tabificus ſeps
Sibilaq; effundens cunctas terentia peſtes.
Ante uenena nocens:late ſibi ſummouet õne
Vulgus:& in uacua baſiliſcus regnat harena.

Natus in am.cherſydros natus eſt etiã:& quia duo elementa occupat modo terram:modo aquam:ideo nomen impoſitum eſt.nam χερσοσ græce terã ſignificat υδωρ ſignificat aquam. Via fumante:pulueru lenta.nã chelis nati ſunt chelindri:chelæ arum uulgo ſũt le zanche.chelĩdrus eſt ſerpens cum chelis. Et: ſcilicet natus eſt chencris κεχβοσ græ. la. ſignificat milium: quia diſtictus eſt maculis in ſimilitudinem milii:& declarat pluribꝰ ille notis &c. Ophites: genus eſt lapidis ad ſimilitudinem huius ſerpẽtis maculis albis diſtinctus: propterea appellatur ophites ab hoc ſerpente. dicit autem pluribus maculis diſtictum eſſe chenchrim q̃ lapidem ophiten: qui naſcitur in regione thebana. Concolor ammodites:ideſt qui concolor eſt harenæ.unde nomen habuit. nam ammos græ.la.harenam ſignificat:& dioriſſo ingredior:quia graditur per harenam. Indiſcretus: non cognitus:quia diſcerni non poteſt:& quia non diſcernitur a colore harenæ. Spina: ſcilicet tergi ceraſtæ ceraſtæ præferunt quadrigemina cornicula: quorũ oſtentatione ueluti eſca illiciunt ſollicitatas aues perimunt:ut refert Solinus:quia cum cornibus ſerpentes ſunt.nam chera cheratos ſignificat cornu. Et ſcytalis: ſcytalis tanta præfulget tergi uarietate: ut notarum gratia: uidentes retardet: & quoniam reptando pigrior eſt:quos aſſequi nequit:miraculo ſui capiat ſtupentes:in hoc tamen ſpumarum nitore hyemales exuuias prima ponit.ſcytalis enim uirga eſt oblonga & rotunda ad cuius ſimilitudinem etiam appellatur hoc ſerpentis genus ſic Lacedemonii appellabant uirgam longam & rotundam ſcytalim: unde acuitatem epiſtolarum genus dicebant: ziphiras epiſtolas appellant:deinde ſumunt carthã ubi ſcribere uolunt:& cum ſcribunt ĩ hac rima ſcribunt litteras: ita ut dimidium litterarum in altera parte ſit:& dimidium in altera: & cum litteras has legi nec intelligi uoluerint euoluunt:quis intelligere tum poterit nemo quidem niſi qui uirgam huiuſmodi intellexerit. Exuuias poſitura:dicit hanc ſcytalem non ſequi conſuetudinem aliarum ſerpentum: nam aliæ ſerpentes nũquam exuuias deponunt:niſi uerno tempore:ſed hæc media hyeme. Sparſis pruinis:uidelicet cum pruinæ ſparguntur. Et torrida dypſas:ſcilicet nata eſt quæcunque momorderit:ille ſiti exardeſcit:ut ſaciari nõ poſſit.η διψασ διψισ ſignificat ſitim.nam ſiti interficit:ut docet ſolinus. Amphiſibena: ideo appellatur: quia utrinque caput habet quaſi utrique uena ueno idem eſt ꝙ deſcendo:quia non in hanc partem deſcendit: modo in illam: biceps eſt:ideo dextrorſum & ſiniſtrorſum uerſus flectitur cum incedit. Amphiſibena conſurgit in caput geminum:quorum alterum loco ſuo eſt alterum in ea parte qua cauda:quæ cauſa efficit: ut capite utrinque ſecus nitibundo ſerpat tractibus circulatis:ut idem Solinus docet. Natrix: a nando dicta. Iaculiq; uolucres:genus eſt ſerpentis acerrimum.nam quicquid percuſſerit penetrat:ut ſi corpus hominis percuſſerit illud penetrat:ita ut quaſi nihil obſtitiſſe uideatur.Solinus ita refert iaculi arbores ſubeunt:e quibus ui maxima turbinat:penetrant animal quod cunque obuium fortuna fecerit. Phareas:uide quid faciũt latini.nam alieni ſunt ab aſpiratione:græci non ita: ſed hæbrei aſpiratione in primis utuntur omnia ferme in aſpirarione ponunt.illi in primis græci medium tenent:nos ſummis labris omnia pronunciamus: tamen cum ita ſit non nullæ dictiones ſcribuntur per η tenuem litteram ſine aſpiratione quas nos per aſpirationem ſcribimus:ut ή φαρεια dicunt græci:nos parea.iota pronunciant pro e longa non nunquam ut ſpondios ſpondeus:parias apud græcos:pharias apud latinos aſſumpta aſpiratione dicitur. Preſter: preſter teſte Solino: quem percuſſerit diſtenditur enormique corpulentia necatur extuberatus ſerpens a maioribus facibus.nam πριζω græce latine ardeo:unde Δασεμπρηστοσ ſignificat facem ardentem & fulmen etiam ſignificat:ideo appellauit priſtirẽ:quia fulmineus eſt:& tanquam flammas ſintillat ab ore. Seps:ſerpens eſt a σηπω.i.putrefacio putrefacis:quicquid enim momorderit reſoluitur in putredinem. ei uertitur in e. Tabificus:nocens. Ante uenena nocẽs: Baſiliſcus rex eſt cæterorum ſerpentum. nam regem ſignificat βασιλεισ uis magna ſerpentis eſt ꝙ ſolo uiſu mortem inferat ac homines enecet:terram polluit & exurit: denique extinguit herbas:arbores ipſas:etiam corrumpit auras: ita ut nulla alitum impune tranſuolet infecta ſpiritu peſtilenti: animal ad ſemipedem longitudinis: albo quaſi mitrula lineatus caput. Sibila:adeo terribiliter ſibilat:ut ſerpentes alios terreat. Peſtes:ideſt alios ſerpentes.

Vos quoque qui cunctis inoxia numia terris
Serpitis:aurato nitidí fulgore dracones
Lætiferos ardens facit aphrica ducitis altum
Aera cum pennis:armentaqꝫ tota secuti:
Rumpitis ingentes amplexi uerbere tauros
Nec tutus spacio elephas datis omnia læto
Nec nobis opus est ad noxia fata ueneno
Has inter pestes:duro dato milite siccum
Emetitur iter:tot tristia fata suorum:
Insolitasque uidens paruo de uulnere mortes.
Signiferum iuuenem tyrrheni sãguinis aluũ
Torta caput retro dipsas calcata momordit.
Vix dolor:aut sensus dentis fuit ipsaque læti
Frons car& inuidia:nec quicq̃ plaga minat̃:
Ecce subit uirus tacitum rapuitqꝫ medullas
Ignis edax:calidaque incendit uiscera tabe.
Ebibit humorem circum uitalia fusum
Pestis:& sicco linguam torrere palato
Cœpit:defessos ir& qui sudor in artus
Nõ fuit atqꝫ oculos lachrymarũ uena refugit
Non decus imperii:non mœsti iura catonis
Ardentem tenuere uirum:nõ spargere signa
Auder&:totis furens exquirer& agris.
Quas poscebat aquas sitiens ĩ corde uenenũ.
Ille uel in tanaim missus:rhodanũque padũqꝫ
Arder&:nilumqꝫ bibens per rura uagantem

Vos quoqꝫ:loci iniquitas facit ut dracones qui etiam alibi sunt innoxii in aphrica uehementer noceãt q colebant̃ quasi dii: & adhuc consuetudo manet apd̃ agrestes: q existimant nefas eẽ necari huiusmõi serpentes:unde dracones dicti sunt a Δερκω quod est uidere.nã clarissimam dicũt̃ haber̃ oculoꝝ aciẽ:qua ex reẽt incubantes eos thesauris custodiæ cã antiq finxerũt poetæ: iõ etiã Esculapio tribuũt̃:ꝙ uidelicet sint acuti cuiusdam uisus:sunt uigilantissimi generis q̃ res medicinæ maxime necessaria ẽ. oportet enim medicum uigilantissimum esse:ideo Esculapio deo medicoꝝ attribuunt̃: hæc gẽtiliũ illusio usqꝫ ad nostros peruenit. Aurato fulgor̃:quia habẽt squamas quodamodo aureas:unde etiã dracones ut in tẽplis dicãtur. Virgilius seruauit angues in aqua:serpentes ĩ terra:dracones in templo.delubra ad summa draconũ Numina:id est tanq̃ numina. Serpitis: repitis p cunctas terras. Repe:proprie est serpentum etiã serpere:quia serpunt cũ ingrediũt̃ loca angusta. Ardens aphrica:nam nimio illius regionis ardore incẽdunt̃ dracones tam& si alibi sine ueneno. Ducitis altum aera.i.uolatis ac trahitis aera uolando. Secuti:psecuti. Amplexi.s.eos. Verbere:quia cauda usqꝫ uerberant thauros:ut eos enecent. Nec tutus:qd dixi de thauris cum elephantes etiam miræ magnitudinis animalia uincant. Datis oĩa leto.i.occiditis quicquid uobis obuiam factum fuerit. Nec opus ueneno: etiã sine ueneno satis uirium hẽtis ad mortem. Has inter pestes:postq̃ descripsit periculum quod in aphrica erat & per eam partem in primis qua gradiebantur nunc redit ad iter eorum. Pestes:scilicet serpentũ. Duro:forti. Siccum aridum penuria aquaꝝ. Suoꝝ.s.militum. In puo uulnere:ne.n.paruo uulnere mors inferri solet:tamẽ pua plaga serpentis quæ uix inspici posset moriebantur milites. Signiferũ iu.& ita describit nõ nullos milites qui morsu serpentum necati fuerunt:primũ autem militem dicit cecidisse noĩe Aulũ. Dypsas: serpentes q̃ morsu suo nimiam siti inducit. Signiferum:uexilla gestantem. Sanguinis tyrrheni:de sãguine tusco. Torta ca.p̃dolore. Calcata re.pedibus huius.s. p̃dolore caput conuertit:& morsũ cruri eius infixit. Vix dolor:scilicet fuit adeo tenuiter momordit: ut uix eum senserit.Frons caret inuidia quia si eum inspexisses uenenatum non ostendebat signa mortis ĩ frõte. Plaga miat̃: adeo pexigua erat Ecce subit uirtus:sed sẽsim uirus illud diffũdi cœpit p uenas:ut uniuersum corpus humore & sãguĩe exhauriret. Rapuitqꝫ.m.usqꝫ ad medullas penetrauit. Ignis:ueneni. Calidaqꝫ ĩcẽdit t. qa calor̃ nimio uniuersũ corporis humorẽ desiccauit:unde sitis seq̃bat̃ ĩtolerabilis. Ebibit:exhaurit. Vitalia: p̃cordia. Torreñ:ureñ.Sicco palato:qa lingua arida sitim ĩducit. Defessus iret:ẽt sudor nullus in toto corpor̃ relinqt̃:tã & si nimio ardore caleret:tamẽ sudorẽ nõ hũit quẽ p̃ calor̃ non uiceret. Atqꝫ oculos lachry.qd dixi de sudoribus: qa nec humor qdẽ lachrymaꝝ relictus ẽ. Non decus ĩpii:ubi uero sitis illa corpus ĩuasit uniuersũ:rigiditas q̃dã iuuenis illius nullũ catonis ĩperiũ ueritus:signa pcul abiecit & quanta maxĩe celeritate potuit:quæsiuit aquã q̃ ĩuenta satiari nõ poterat. Decus:maiestas. Mœsti.i.tristis:sæueri. Ardentẽ: sitientẽ. Ne sparger̃:quo mĩus auderet piicere uexilla:qa signifer erat. Poscebat:apperebat: Sitiẽs uenenũ.s.siti adducẽs ĩ corde. Ille uel ĩ tanaĩ:dicit tota flumĩa quãtacũqꝫ fuissẽt huius siti sufficer̃ nõ potuissẽt.Iuuenalis. Epotaqꝫ flumina medo:Tanais:ut r̃fert Strabo li.xi.ex iisdẽ.n.Indiæ mõtibus fert̃: ex qbus ochus & oyus iaxartes & cõplur̃s alii atqꝫ ita ĩ caspiũ pelagus ĩmittit:quẽadmõm illi & oĩum septẽtriõalissimus ẽ: hũc itaqꝫ tanaĩ nomĩauerũt & fidẽ adhibuer̃t eũ tanaĩ eẽ qd̃ r̃gionẽ trãs amnẽ abietẽ fert & scythæ q ibi sũt sagittis abiegnis utũt̃.Tanais itẽ Europã ab asia disiũgit. Vel.p ẽt. Tanaĩ rhoda.q sũt amnes aliorũ r̃ges.Virgili.fluuiorũ rex eridanus. Nilũqꝫ bi.cuius ĩundatio tãta ẽ:ut uniuersã pfũdat ægyptum:tamen nõ suffecisset huc.

Accessit morti libyæ.fatiq; minorem
Famam dypsas habet:terris adiuta perustis
Scrutatur uenas: penitus squaletibus harenæ
Nunc redit ad syrtes : & fluctus accipit oræ
Aequoreusq; placent:sed non sufficit humor.
Non sentit fatiq; genus:mortemq; neneni.
Sed putat esse sitim : ferroque apire tumentes
Sustinuit uenas:atque os implere cruore
Iussit signa rapi propere cato:discere nulli
Permissum est hæc posse sitim:sed tristior illa
Mors erat āte oculos miserique icrure sabelli
Seps stetit exiguus:quā flexo dēte minacē
Auulsique manu:piloque affixit harenis.
Parua modo serpens:sed quā nō nulla cruētæ
Tantū mortis habet:nā ꝓxima uulnera circū
Fugit rupta cutis:pallentiaque ora retexit
Iam sinu laxo nundum sine corpore uulnus
Membra natant saniæ suræ fluxere sine ullo
Tegmīe poples erat : femorū quoq; musculo
Liquitur & nigra distilant īguina tabe. ois
Dissiluit stringēs uterum mēbrana fluūtque
Viscera:nec quantū toto de corpore debet
Effluit in terras : sæuum sed mēbrau enenum

Accessit.m.li.sed ad hāc sitī q̄ inducebaꝛ morsu dypsadis accessit ēt exustio regionis.s.solis ardor. Morti:ut moriēdus erat. Fati.i.mortis:q: nō oīa tota mors attribuiꝛ dypsadi:sed perustæ regioni: ideo dicit dypsadē minorē īuidiā hūisse.q.s.sitis illa nō oīo attribuiꝛ sibi:sed tegioni q̄ naturaliter arida ē & feruens Adiuta.s.dypsas. Terris.s.a libye q̄ sicca ē:nūc reddit ad syrtes.describit qūo iuuenis iste loca oīa inqrebat:ubi humoris aliqd inuenire posset:& ad syrtes plerunq; redibat:ubi & maris.aquā hauriebat. Penitus:iterius ēt ī uiscera terræ. Nūc aliqādo. Fluctibus:maris. Aequoreusque placet:quanuis homines abhorreant maris undam : tamen sitis tanta erat: ut ea sibi grata esset : nec sufficeret quidem. Nec sentit fatiq;.g.quia non poterat extiguere sitim existimabat naturalem sitim esse potius q̄ uenenum serpentis.q; nesciebat unde procederet. Sitim : scilicet naturalem. Ferroque aperire timentes:q̄do aqua sedare non poterat sitim:aperuit uenas brachiorum & sanguinem sugebat. Sustinuit : passus ē iussit. Vix aulus confectus abiecerat signa: cum statim iussu catonis alius affuit qui signa acciperet. Prope:festināter. Hoc : uidelicet ut cogeret abiici signa. Discere nulli:uix unus uidere potuit illum nimia siti proiecisse signa. Sed tristior illa: ille q̄dem accepto uulnere dypsadis sitim ītollerabilem passus occubuerat. At uero alius nomine Sabellus crure morsus sepis accepit:& uulnus quidē erat exiguum sicut dypsadis:sed uim habuit incredibilem si quidem uniuersum corpus resoluit & ad nichilū redegit:ab effectu ergo nomen accepit. nam sypim est putrefacere : quia resoluit in puluerem Sabelli: corpus. Ante oculos:scilicet militum. Sabelli: de sabina regione:sabelli dicuntur sabini diminutiuum:Nam:ut refert Strabo : sabini aduersus umbros diutino certantes bello:quorūdam more græcorum uotum effecerunt: ut ea nato anno immolarent.re igitur bene gesta : reuersi nata partim sacrificarunt : partim consecrarunt : cæterum facta sterilitate:uulgatum est a quibusdam oporteꝛ & liberos consecrari:quod & patrauerunt. si quidem editos in lucem pueros marti consecrādos acclamauerūt: uirilem tamen ingressos ætatem in coloniam emiserūt: qbus dux factus ē taurus. i opicorum āt agro cubantes:qui uicatim uirā agebat eos eiiciūt: eiectisq; illis:sedes ibi locarunt:& de augurū sentētia marti taurum mactauerunt qui ducē illis taurū exibuerat. quā obrē eos dimunitiuo uocabulo a parentibus sabellos appellatos fuisse crediꝛ : sed Sabellus propiū nomen est hoc loco. Stetit in crure : qui in crure ītulit morsū:ille crure rapuit sepē exiguū & īpegit humi deīde pilo trāsfixit. Flexo dēte:ita ut nō facile posset a crure auelli. Modo.i.mēsura pua:qa admodū breuis erat. Sed qua nō nulla:sed est pestis q̄ nulli ueneno accedat:neq; eni minorē habet ui cæteris imo maiorē. Mortis cruentæ:qa resoluit in nihilū corpora. Plagæ:& primū q̄dē ptes ꝓximæ morsui ille refugiunt:& sensi totū corpus labefactant:deinde ad nihilū redigunt. Circū fugit rupta.i.circū rupta:& est themesis. Retexit.s.nimia ui ueneni. Pallētia os.qa ad ossa usq; penetrauit uenenū:ita ut consūpta carne nuda ossa appareret. Iāque si.laxa:laxa cute:nā sinū sāguinis cutē appellauit:quia sanguis cōtineꝛ cute tāq̄ sinu. Saniæ: qa caro oīs in saniē conuersa erat. Suræ: ꝓprie dicunꝛ musculi crurū:uulgo le polpe. Vir. Purpureoq; alte suras uīcere cotu. Fluxere:resolutæ in putredinē. Sine tegmine:ipse poples nudatus ē:erat. pelle solla relicta erant ossa:poples ē sūmitas genu. Tegmine:& cute & carne. Liquiꝛ: ꝓ liquescit tabe.ut Vir. Vere nouo gelidus canis cum mōtibus humor Liquiꝛ:idest. Musculus : musculum appellat solidā carnem:quæ in fœmore est quod glandium alio nomine appellatur ad similitudinem glandis uulgo el pessetto de la cossa:& non sine ratione.habet enī formam pisciculi. Distillant inguina .i. resoluuntur in saniē. Nigra.i.uenenata. Mēbrana.i.illa carthilago quæ intestina cohercet resoluta ē & ipsa Strigēs uterū.i.cōtinēs ītestina. Dissiluit:dirupta est. Nec effluit.s.tantū q̄tū debet effluere. quareꝛ Sæuū uenenū: quia anteq̄ ex ossibus deciderent carnes prius ardore ueneni pro maiori parte consumptæ sunt.

Decoquit in minimū mors cōtrahit oia uirus
Vīcula neruorum: & laterum textura cauūq;
Pectus.& abstruxum fibris uitalibus omne
Quicquid hō est aperit pestis natura ꝓfana
Morte patet: manant humeri: fortesq; lacerti
Colla caputq; fluunt. calido non ocius austro.
Nix resoluta cadit: nec solem cæra sequetur
Parua loquor corpus sanie stillasse perustum:
Hoc & flāma pōt: sed qs rogus abstulit ossa
Hæc quoq; discedūt: putresq; secuta medullas
Nulla manere sinūt rapidi uestigia fati.
Cynipheas inrer pestes tibi palma nocendi est
Eripiunt omnis animam: tu sola cadauer.
Ecce subit facies læto diuersa fluenti
Nasidium marsi cultorem torridus agri
Percussit præstet: illi rubor igneus ora
Succedit: tenditq; cutem pcreunte figura
Miscēs cūcta timor: toto iam corpore maior.
Humanūq;. egressa modū: super ōnia mēbra
Efflatur sanies: late tollente ueneno.
Ipse latet penitus congesto corpore mersus.
Nec lorica tenet distenti corporis actum.
Spumeus accenso non sic exundat aheno
Vndarum cumulus: nec tantū carbasa coro
Curuauere sinus: tumidos iam nō capit artus
Informis globus: & confuso corpore truncus:

Decoquit: cōsumit. In minimū: exiguū uirus. Cōtrahat oia.i.mēbra oia ad minimū redegit. Vincula: neruorū & laterū textura. quasi idē est. nā si uolueris diffinire qd sit neruus: nō male dixeris est iunctura laterū uel ossiū. Cauū.s.resoluta carne. Abstrusū: reconditū. Fibris uitalibus: uenis uitā ferentibꝫ: nā sedē aniæ in sanguine esse uoluerūt. fibræ ꝓprie sūt iecoris uenæ: sed siipliciter ꝓ oibꝫ uēis accipiunt: ut hoc loco. Quicqd homo ē.i.oēs hominis ptes ēt secretiores. Apit: nudat. Natura patet: qcqd ē in uniuersa hoīs patefactū est naturā ꝓfanā appellauit: q̄si nefandā & abominandā oībus. Manant: euanescunt tabescunt. Fluunt: resoluuntur.s.in nihilum. Calido non ocius austro: per similitudinē dicit quomodo corpus illud resolutum fuerit: non segnius inquit corpus illud ueneno resolutum est & liquefactū q̄ sole uix liquescere solet: aut cæra igne: sed ad similitudinē inquit parum dixi: quia multo maiorem ui habet uenenū illud. nam nix liquefacta resoluit in aquam. at uero uenenum hoc nihil omnino reliquit. Auster: uentus meridionalis. Ocius: uelocius. Cadit: scilicet in resolutionem. Parua loquor: quia similitudo hæc minor est: q̄ huic ueneno conueniat. Flamma hoc potest: si dixero corpus stillasse sanie pua dixero hoc quoque facere potest: uidclicet ut corpus aliquod stillet: sicuti uidetis: cum carnes torrētur: stillat oīs adeps illius carnis guttatim. Hoc: scilicet ut aliquid guttatim resoluatur: sed fecit aliquid multo maius uenenum: quia nihil omnino reliquit. Sed quis rogus: non omnino rogo superimpositum corpus consumitur: quin pars ossium relinquatur. Descendunt: scilicet ui tāta ueneni. Medullas: quia una cum medullis ossa quoque consumpta sunt. Manere: relinqui. Vestigia: idest signa. Rapidi: rapacis. Cynipheas inter pestes: dicit inter libycos serpentes: hanc unam sepem uim cæteris maiorem habere. Tibi: o seps exigue Eeripiunt animam: quia mortem inferunt. Cynipheas: libycas: cyniphs fluuius est libyæ defluens per uberrima regionis illius arua: circa quem fluuium grandiores nascuntur hyrci. per cathexochē dixit: quia maiores illic nascuntur. Ecce subit facies secutus est & illud: Et prodesse uolūt & delectarē poetæ. res enim uarias describit Lucanus: ut erectū legentis animum teneat. nam diuersum leti genus describit: quem momorderit seps ille sensim liquescit: sed præster tumescere facit adeo ut nulla membra dignosci possint. Leto fluenti.i.tabificæ pesti. Subit: succedit.s.sepi. Marsi: de regione marsia. Præster: dicitur αρηςηρὸς græce significat flāmā. Torridus: qa tortet: & ardorē imittit. Rubor igneus qa ita rubescebant genæ. ut ardere uiderentur. Tendit: tumescere facit. Pereunte figura: quia ita inflatur ut mēbra distingui non possint. Miscens: ꝓ miscebat. Modū: mensurā. Efflatur: emittitur. Late: p uniuersū corpus. Tollete: nō auferente: sed extollente: ac eleuante ueneno saniē. Ipse latet: tumefacto corpore: ut dignosci non possit. Congesto: in similitudinem aggeris. Auctum: augumētatum declinauit ipse: hic auctus us ui. Spumeus: accenso: per similitudinem ostendit: quantum ueneno serpentis intumuerit. non magis inquit unda tumescit: feruet aheno: aut uela: tum cum uentis implentur. Vndarum cumulꝰ cum ignis subiicitur aheno. & unda opposita feruet. Spumeus: qui spumas facit. Accēso: calefacto aheno: quod uulgo cacabum uocant. Virgilius: littore ahena locant. Carbasa: carbasus genus est subtilissimi lini: quo texunt uela: & carbasa ꝓ uellis accipiunt. Sinus.i.gremiū. est enī q̄si gremiū uelū cū ē uentis plenum. Coro: idest uento septentrionali. Tumidos iā non: & usqueadeo creuerat uniuersum corpus ut iā mēbra continere non posset. Informis globus: globum informem appellauit tumefactum corpus: qa uidebatur potius globus: idest spærica quædam forma q̄ hominis. Et confuso: & non caput non brachia non lacerti: non alia membra dignoscebantur in corpore tumido. Confuso pondere: ꝓ cōfusi pōderis.

Intactū uolucrū rostris:qui circūsteterant:ubi morsū tumēdo crescer uiderūt nō sūt ausi illū sepulchro mādare:nec uolucres quidē ausæ sūt corpus illud lacerare. Haud ipune: & si forte feræ aliquæ gustassēt carnes illas:nō ipune fuit illis:nā perierūt ui ueneni. Nōdū stante modo.i.mēsura: qa crescebat adhuc Sed maiora parāt:aliud serpentis genus describit:q hemorois appellat̃.s.q̧ faciat sāguinē oēm penitus effluere. Tullo:propriū nomē est militis. Miratori:sectatori a præcedente quod seqr̃:quē eni miramur: hūc ēt seqmur. Vtq̧ so.p similitudinē ostēdit sāguinē oēm illius e mearibꝫ corporis effusū eē: queadmo/dū iqt ēt p forāina totiꝫ imaginis succus croci erū/pit secū trahēs imaginē ipsā & ī obuersā supficiē ex/priīt faciē: hæc silitudo sūit a pictoribꝫ:cū uoluerit imagines ī obuersa facie formare solent crebris fo/raminibus trāsferre formam: deīde super inducūt succum croci qui ex ominibus foraminibus statim erumpens:crocus imaginem illius figuræ in obuersam superficiem exprimit.dicit ergo quō erumpēs crocus ex foraminibus illius imaginis:uno eodemque tempore erumpit:secum trahēs imaginem ip/sam:ita omnis e corpore tulli sanguis effluxit:postq̄ serpentē sēsit. Simul: uno eodemque tempore. Effūdere:emittere. Totis signis:idest ex figuris & imaginibus pertusis. Pressura croci:idest succus p̄ssi croci. Coricii:circa coricium cyliciæ crocū plu/rimum optimumq̧ det licet cyrena:det lycia: hoc primū ē teste solino: spirat flagrantius: colore plus aureo ē: succoque citius pficit ad medelam ibi coricus oppidū ē: & specus qui mōtem impositum maria sūmo cauat uertice: patulus hyatu amplissimo nam deiectus lateribus in terræ profundum nemoroso orbe amplectit̃ mediam inanitatem: uires in/trorsus lucis pendentibus.descensus in eū per duo milia & quingentos passus: non sine largo die: hic inde fontium assidua scaturigine: ubi peruentum ad ima primi sinus. alter rursum specus panditur: quod ātrum latis primum latet faucibus: postmo/dum in processu per angustias obscuratur. in eo sa/crum est iouis fanum: ī cuius recessu intimo tipho/nis gigantis cubile positum accolæ credunt.

Intactum uolucrum rostris:epulasq̧ daturū
Haud ipune feris:non ausi tradere busto
Nundū stante modo: crescens fuger̃ cadauer
Sed maiota parant libycæ spectacula pestes
Impressit dentes hemorois aspera tullo
Magnanimo iuueni:miratoriq̧ catonis
Vsq̧ solet pariter totis se effundere signis
Coricii pressura croci:sic omnia membra
Emisere simul rutilū pro sanguine uirus uit
Sāguis erāt lachrymæ: quæcūq̧ foramia no
Huor:ab his largus manat cruor ora redūdāt
Et patulæ nares:sudor rubet:omnia plenis
Mēbra fluunt uenis totū ē p uulnere corpus
At tibi leue miser fixus præcordia pressit
Niliaca serpente cruor:nulloque dolore
Testatus morsus:subita caligine mortem
Accipis:& stygias somno descendis ad ūbras.
Non tam ueloci corrumpunt pocula læto
Stipite quæ diro uirgas mentita sabæas
Toxica fatilegi capiunt matura sabæi.

Pro sanguine:idest loco sanguinis. Foramina: uideli/cet folles qui sunt in cute emittebant pro sudore sanguinis persistit in similitudine. Redundant: abundant sanguine. Sudor rubet: & sudor sanguinis erat. Totum est: denique corpus: & uulnus unum esse uidebatur. At tibi leue: mitior fuit aspis cæteris serpentibus: idest minus crudelis. nam militem Leuum nomine momordit:& ille statim in sōnum resolutum interiit. Niliaca serpente: idest aspi/de quæ nascitur circa nilum:qua aspide usam fuisse Cleopatram historici scribunt antequam in po/testatem Cæsaris octauiani ueniret. Fixus præcordia: Quia uenenum huius aspidis uenas sopiuit: & quasi sanguinem cōgelauit: & ea causa est cur soluatur in somnum. Fixus: idest quodammodo congelatus. Præcordia pressit: idest occupauit membra uitalia. Nullo dolore: mors illa suauis fuit: quam dormiens sentiere non potuit. Caligine martem: scilicet inferni & declarat. Non tam ueloci corrumpunt pocula læro: In sabæa regione nascitur thurea uirga:ex qua colligitur thus: sed alia etiam uirga nascitur ad similitudinem:illius quæ legentes thus plerunque fallit: quia acerrimum & teterrimum uenenum producit. dicit ergo uenenum huius uirgæ: quamuis sit acerrimum: tamen maiorem uim non habet: q̄ aspidis uenenum: & si uenenum illius uirgæ poculis immiscuerunt sæue nouercæ cum priuignos occidere uoluerint: non tam cito moriuntur qui uenenum illud hause/rint q̄ celeriter hic mortuus est aspidis morsu. Virgas mentita sabæas: quæ nascuntur ad similitudinem uirgæ illius quæ thus producit in sabæa regione orientis. Sabæorum uario teste Strabone: maxima est apud hos tus & myrrha & cinamomum nascitur: in ora etiam balsamum: & alia quædam herba odorata quanquam eius odor cito deperit: habens præterea palmas odoratas & calamum:serpentes quoque palmares: colore puniceo usque ad ilia assilientes: quorum morsus incurabilis est. Stipite quæ diro: de stipite diro: quia producit uenenum. Fatilegi capiunt: idest fata legentes. Toxica fatilegi: idest uenena:quæ fatum afferunt. Matura sabæi: idest in tempore suo collecta.

Ecce ꝓcul:Describit eni serpentē cui nomē ē iaculū: q̄ i arbore cōstiterat: & trāseuntē paulū quendā ꝑ ipa ꝑcussit:ita ut alterum latus erūperet:sine ueneno militē illū occidit. Procul:a lōge. Immisit:torsit iaculatus ē se ipsū. Sterilis:qa nō sūt fructiferæ arbores. Fatū:morte. Deprehēsū ē: Et uelocitate huius serpētis cognitū ē i cōparatione tardā eē sagittā & glandē:q̄ fūda emittit. Deprehēsū:cognitū. Rotat:respexit ad gestū iaculantiū q bis terq̧ circa caput iaculant saxa uel glādes. Segnis:ꝓ tarde arūdinis Scythicæ. Aer:ideo dicit:qa ꝑ aere scidēs sagitta arcu & neruo dēissa fert. Studeret:resonaret. Quid ꝓdest.q.d. nihil ꝓfuit hasta trāsfigere basiliscū:qa sāguis ꝑ hastā fluēs ad manus ꝑuenit: hic ubi sēsit manū uenenatā eē statī eā abscidit.maluit eni manū abscidere: q̄ ut totū corpus corrūperet. Venenū.s.sāgunis basilisci. Manū:q̄ tenebat hastā. Recto: nudato. Demittit ab harmo: ne uenenū illud rliquū corpꝰ corrūperet. Exēplūq̧ sui.s.spectabat manū morientē qđ rxēplū erat mortis futuræ:quēadmodū manus illa moriebat:ita reliquū corpus moriturū eē. Tutus.s.mortis. Quis fata pu. nūc dicit scorpionē uiētiā leti habuisse:qđ uix credibile uideat: sed regio arida facit: ut ui maiorē habeat q̄ hēt.ille igit nihil omnino uiriū habuit i occidēdo milite: q̄ scorpius ille quē diana aliq̄do imisit orioni:ut iiuriā suā ulcisceret: qđ se ille de stupro iterpellauerat. sic eni in fabulis ē orionē fuisse uenatorē celeberrimū: & Dianā q̄ & ipsa uenatrix est i syluis aliq̄do iterpellasse de stupro:illa irata scorpionē affixit fœmori eius cuius morsu iteriit orion: & i signū cœlestæ trāslatus ē. Scorpiō de.græ.sūt q̄ faciāt differētiā iter scorpionē & scorpiū: ut scorpionem uelit aial terrestræ: scorpium autem cœleste. Fata.i.ui fati.i. mortis. Teste cælo:quia cælum testis est uictum a scorpio ne fuisse orionem: hoc etiam tempore sæuire cæpit in aphrica: tunc cum militem occidit romanū Quis.c.tu.qd dixi de scorpione: cū et Salpix serpēs id facere potuerit.s.inferre mortem:est autē Salpix teres serpens & oblongus i tubæ modū nam σαλπιγξ græ.tubam significat. Salpiga:actūs græcus ē Quis metuat:quasi dicat nemo. neque eni magnitudinem habes: ut quis mortem a te metuere possit. Et tibi dant:tamen tu quoque uim mortis habes. Ius:potestatē mortis. Sorores:uidelicet Cloto:Lachesis Atropos.In.s.f.rūpēda. Sic n.cl.d.hoc pacto iqt milites Cat.die noctuq̧ i piculo & discrimine salutis uersabant. Suspecta:qa iacētes etiā ut quiescerēt & sōno corpus recrearēt:nō nūq̄ uenenabant a serpentibus. Frōdes:illic nec arbores frōdescunt nec etiā terra segetes gignit.nō ergo frōdibus aut culmis thoros sibi parare poterāt: Cōgestæ:in unū cumulatæ. Culmis: Paleis. Expositi corpo. idest habentes corpora exposita fatis.i. morti. Voluunt:deuoluunt hūi iacentes. Calidoq̧ ua.qa dormientes calescunt: & serpentes qui humore nocturno frigidiores erant an calorem dorrmientium se recipiebant: inde sumpto tepore ac calore, tepefacti reddebantur nocentiores. Innocuos: q̄uia nimio frigore torpebant. Fouent: calefaciunt. Torpente:scilicet frigore & humiditate. Nec quæ mensura:nec poterant scire ubi essent: nec quantum itineris superesset. Modus: idest finis. Querentes:ꝓ conquerentes. Clamant red. thessaliam q̄sumus o superi: ut statuatis nos in thessalia. Patimur cur. dolet quod moriantur effœminate nimis: uidelicet q̄ mors sua sit iners & inutilis. Segnia: inutilia nos sumus. Iurata manus in gladios: qui iureiurando astricti sumus in manu Catonis: ut moriamur pro libertate: & rei publicæ cur inutiliter perimus? Cerastæ: cerastæ cornuti sunt serpentes.

Ecce procul sæuus sterilis se robore trunci
Torsit:& emisit iaculū uocat aphrica serpens
Perq̧ caput pauli transiectaq̧ tempora fugit
Nil ibi uirus agit. rapuit cum uulnere fatum
Deprēsum est quæ fūda rotat:q̄ lenta uolarēt
Quā segnis scythicæ strideret arundinis aer
Quid ꝓdest miseri basiliscus cuspide murci.
Transactus uelox currit per tela uenenum
Inuaditq̧ manum quam protinus ille retecto
Ense ferit.totoq̧ simul demittit ab armo.
Exemplarq̧ sui spectans miserabile læti
Stat tutus pereunte manu.quis fata putaret
Scorpion.aut uires maturæ mortis haberet?
Ille minax nodis.& recto uerbere sæuus
Teste tulit cælo uicti decus orionis
Quis calcare tuas metuat? salpiga latebras
Et tibi dant stygiæ ius.in sua fila sorores.
Sic nec clara dies nec nox dabat atra quietem
Suspecta est miseris:in qua tellure iacebant.
Nam neq̧ congestæ struxere cubilia frondes
Nec culmis creuere tori:sed corpora fatis
Expositi:uoluuntur humo:calidoq̧ uapore
Alliciunt gelidas nocturno frigore pestes.
Inuacuuosque diu ritus torpente ueneno.
Inter mēbra fouent:nec quæ mensura uiarū:
Quisq̧ modꝰ norūt cælo duce: sepæ q̄rentes
Reddite dii clāāt miseris quæ fugimus arma
Reddite thessaliam:patimur cur segnia fata
In gladios iurata manus? pro cæsare pugnāt
Dipsades:& peragunt ciuilia bella cerastæ.

Ire libet.: qua Zona: ut has pestes uitemus parati sumus ire usq; infrigidã zonã: ubi sol nunquã suis radiis illustrat: aut in torridam zonã: idest aut calore: aut frigore melius peribimus q̃ serpentũ ueneno: id. n. nobis tollerabilius erit. Rubeus: idest torrida zoma. Axis: uidelicet arcticus. Inustae: non ustus: uidelicet in frigidã zonam. Aethereis causis: uel frigoris uel caloris. Coelo: idest propter caelũ. Nil aphrica de te querimus: uidelicet q; pepereris hos serpentes: nã orbis terrarũ partem hanc delegisti: quae ab humano cultu remota esset: & nos in uita nostra huc iter intendimus: nobis ergo culpa omnis ascribenda est. Tot monstra ferentẽ: & ideo hãc partẽ orbis ab hominibus seperaueris nos. cũ periculo nostro petiuimus. Gentibus: humano cultui. Impatiensq; solũ: & terram sterilẽ esse uoluisti: ne quis in ea praeter serpentes habitaret. Dãnasti: serpentibus istis. Cultore negato: idest agricola unum sequitur ex reliquo: qa ibi segetes non gignuntur. ergo nec agricolae sunt. Nos uenimus: spõte nostra in haec pericula: ergo criminandi sumus nos. Tu quisquis: pro quicunque deorũ es. Accipe poenas: uidelicet nostrae temeritatis: q; te inuito in hanc partẽ uenimus periculosã hominibus. Comercia nostra: idest consortia: qa nolebas ut cũ his regionibus comercia haberemus & nos te inuito hoc fecimus. comercia proprie sunt q̃s graeci κοινωνιασ: uel ὁμελιασ appellã. i. cõercatões. Hinc: ab una parte. Torrente plaga: a feruenti zona. Dubiis: incertis syrtibus: uidelicet per quas nauigari non potest. Medio limite: potest intelligi etiam: quia subiecta erat meridionali: qui circulus est in medio spae. Vel limite: ut mihi plac& scilicet huius regionis. Per secreta. i. per remota solitudinis tuae loca. Ciuile bellum: uidelicet nos ciuilis belli milites. Recessus: idest tuae solitudinis. Arcani orbis: quem tu secretum esse uolebas miles pedibus calcat: merito ergo poenas dedimus & damus. Premit: calcat. Claustra: quae tu clauseras hominibus. Forsan maiora supersunt: cõquestio est militum catonis: qui conquerebantur q; in haec discrimina uenissent: & tamen huius temeritatis culpam nulli praeter q̃ sibi ipsis ascribendã esse. nũc autẽ dicit quod est quasi cõsolatiõis maiora fortasse pericula instare sibi si studeant ulterius prodire. nam uidebantur sol metidiem uersus coniungi cũ fluctibus maris. nam haud procul esse uidebatur: & ideo metuebant: ne si in eam regionem deferẽrtur nimio solis ardore exurerentur: sed dicunt nullam regionem sibi non lõgiorem uideri q̃ in qua iuba rex habitat. ea. n. sẽp lõgius abesse ui. Maiora. su. s. si pgressi fuerius. Coeunt i. nã sicut nobis uĩ sol cũ fluctibus maris coniungitur. Ignes: solis. Coeunt: p coire & cõiungi uidentur: sol occidens uidetur oceano mergi. Stridentibus undis: scilicet calore solis: nam ignis aquae coniunctus stridorem facit. Natura poli: scilicet antarctici qui humilis est. Premitur: idest subsidet & mari contiguus uidet. Sed longius istinc. sed quanquam nobis alia molesta sint: id tamen molestius est quod nunquam uidemur posse ad regis iubae regionem peruenire. Tellus: scilicet ubi regnat iuba. Istinc: a regno iubae. Quaeremus forsitan istas: & cum regis iubae regna consecuti fuerimus in has regiones ubi sumus regredi cupiemus: quasi sint meliores illis. Habet hoc solatia coelum: tametsi ibi serpentes habitent: tamen aura uitalis est: ut animalia uiuere possint: sed illic tanta est solis exustio: ut nec plantae: nec arbores & multo minus animalia uiuant: Hoc coelum: idest haec aura coeli. Solatia: consolationem aliquam. Viuunt aliquid. i. aura uitalis est: & sustinet animalia: ut in ea uiuere possint. Patriae non arua: nec quaero Europam: ubi natus & educatus sum: sed quaero aphricae partem illam: ubi paulo ante fuimus: significat etiam aphricae partem: ubi Gneus pompeius cum classe relictus fuit haud procul a cyrenis. Patriae non arua requiro: scilicet urbis romae. nam in Europa sumus. Alios soles: uidelicet mitiores auras coeli. Qua te parte poli aphrica: quasi haec non uideatur Aphricae pars: ubi nunc positi erant. Poli: coeli. Tellure reliqui: idest reliq eã partẽ Aphricae: ubi Gn. põ. relictus erat & declarat. Cirenis: iuxta urbẽ cirenaz.

Ire libet: qua zona rubens: atq; axis inustus
Solis equis. iuuat aetheris ascribere causis.
Quod peream caeloq; mori: nil aphrica de te.
Nec de te natura queror: tot monstra ferẽtem
Gentibus ablatum dederas serpentibus orbẽ.
Inpatiensq; solum cereris cultore negato
Dãnasti: atq; homines uoluisti deesse uenenis
In loca serpentũ nos uenimus: accipe poenas:
Tu quisquis superũ comertia nostra perosus.
Hinc torrente plaga: dubiis hinc syrtibus orã
Abrumpens: medio posuisti limite mortes.
Per secreta tui bellum ciuile recessus
Vadit: & arcani miles tibi conscius orbis.
Claustra petit mundi: forsan maiora supersũt
Ingressis coeunt ignes stridentibus undis.
Et premitur natura poli: sed longius istinc
Nulla iacet tellus: quam fama cognita nobis
Tristia regna iubae: quaeremus forsitan istas
Serpentum terras: haec habet solatia caelum
Viuit adhuc aliquid: patriae non arua requiro
Europamq; alios solet asiamq; uidentem:
Qua te parte poli: qua te tellure reliqui
Aphrica: cirenis etiam tunc bruma rigebat.

Exigua uenia legem conuertimus anni.
Imus in aduerſos axes:euoluimur orbe
Terga damus:feriēda noto:nūc forſitan ipſa ē
Sub pedibus iam roma meis:ſolatia fatis
Hæc petimus:ueniant hoſtes:cæſarqꝫ ſequatꝰ
Q ua fugimus: ſic dura ſuos patiētia queſtus
Exonerat:cogit tantos tolerare labores.
Summa ducis uirtus:qui nuda fuſus harena
Excubat:atqꝫ omni fortunam prouocat hora.
Omnibus unus adeſt fatis: quocunqꝫ uocatus
Aduolat:atqꝫ ingens meritum : maiuſqꝫ ſalute
Contulit:in lætum uires puduitqꝫ gementem
Illo teſte mori:quid uis habuiſſet in ipſum
Vlla lues:ꝰ caſus alieno in pectore uincit.
Spectatorqꝫ docet : magnos nil poſſe dolores.
Vix miſeris ſerum tanto laſſata periclo.
Auxilium fortuna dedit : gens unica terras
Incolit.a ſæuo ſerpentum inoxia morſu.
Marmaridæ pſilli par līgua potētibus herbis

Exigua uenia: nunquid tam breui ſpacio uiæ mutauimus orbem terrarum:ut aliud cœlum hic ſic.uidelicet calor:& aliud unde diſceſſimus:uidelicet bruma. Lege anni:ut illic quidem ſit hyems : hic uero nunc nimis æſtus. nam ſua lege annus continetur. In aduerſos axes:uidelicet ad antipodas : quia ſi ſpa cœli:uidelicet octaua:quam alii cœlum :alii firmamentum uocant:circuit omnē orbem terrarū. axes hemiſperii noſtri qui ſuperiores ſunt & hemiſperii inferioris ſunt:quibus ſubiacent ātipodæ. Aduerſus: nobis oppoſitos. Euoluimur:ex hoc orbe ad orbem antipodū. Terga damus noto:qui flat a meridie nūc quidē ī oppoſitū flat & aſpirat. at uero cum ad ātipodas deſcendemus ipſum notū poſt terga reliquemus. Sub pedibus meis:ad antipodas fortaſſe deſcēdemus : ut iā ſub pedibus noſtris poſita ſit roma. Solatia:unū eſt ſolatiū huius moleſtiæ.ſ. ſi dii fecerit:ut nos Cæ.hac uia ſequatur: ut & hoſtes experiātur hæc pericula quæ & nos : experti ſumꝰ. Fati.i.mortis noſtræ. Veniāt hoſtes:ſuccedāt nobiſ

Sic dura ſuos : his q̄relis nō nihil leuare uidebāt mala ſua milites. Sic.ſ.his q̄relis. Exonerat: leuat Queſtus:q̄relas. Cogit tan. ſed cato uirtutis exēpla faciebat:ut natura quāuis extrema eſſēt:leuiora uiderētur : nā quia ipſe fortiter calorē ferebat & picula omnia : milites ipſius exēplo fortiores erāt. Qui nu.terrā iacebat etiā ipſe mori cupiebat : & ſingulis horis fortunam laceſſebat:quaſi cuperet ſe aduerſa fortuna præmi:nā cum ea certabat: nec illi ulla rōne cedebat. Prouocat:quaſi ad certamē:qa uidelicet nō timet ullo fortūæ īpetu ſuperari. Vnus: ſolus. Omnibus fa.i.mortibus oīum militū aderat ipſe: & cōſolabatur nūc adhortādo nūc ſeipſum piculis exponēdo. Aduolat : celeriter adeſt quocūqꝫ uocatus ē. Atqꝫ īgēs meritum .ſ. catonis q omnia meruerat hic tātū meritū erat:ut uirtutē Catōis: & merita ſuæ ipſorū ſaluti anteponerēt milites. Maiꝰqꝫ ſalu.ſ.qꝫ ipſi maioris faciebāt meritū catōis : q̄ ſuā ſalutē. Cōtulit ī letū uires: hoc ē dedit militibus iā moriētibus uires: ut faceret eos fortiores ad mortē

Pudeatque gementem: turpe militibus fuit in morte etiam gemere præſente Catone:ne quid facerent quod indignum eſſe uideretur tanti uiri præſentia. Illo teſte:illo præſente. Quod ius habuiſſet i ipſum:ſi ipſe Cato cauſa erat:ut prudentia ſua cæteri omnes fortunam aduerſam cōtemneret : quanto ipſe fortius facere poterat! Lues:peſtis. Exitum:pernicies. Quod ius:quam poteſtatem. Spectatorqꝫ docet:& dū adeſt:& ſpectat pericula:& labores militū ſuorum : facit ut milites ſui omnes labores omnia pericula ſubſtineant. Nil poſſe:ſcilicet contra uirtutem. Vix miſcens ſecum:poſtquam diu uexati fuerunt. milites ſerpentibus:calor: & inedia & cæteris malis:tandem auxilium poſt longum tempus afuit: nam peruenerunt ad pſillos populos aphricæ.pſilli dicti ſunt quia nimio calore ſolis nudi incedunt: ūde pſilli tenues : hi populi ſunt intacti ueneno ſerpetū: imo præſentia ſua & carminibꝰ quibuſdā & ſolo aſpectu abigunt ſerpentes:ut non ipſis:ſed nec aliis quidem præſentibus ipſis detrimentum aliquod inferant: ipſi etiam hoſpitales ſūt:& rectiſſime medentur ſerpentibus: ſi quis uenenatus fuerit.Supra garamantes pſilli fuerunt teſte ſolino contra noxium uirus muniti incredibili corporis firmitate. ſoli morſibus āguium non interibant:& quamuis dente letali appetiti incorrupta durabant ſanitate.recens etiam editoſ ſerpentibus offerebant : ſi etiam partus adulterini : matrum crimina plectebantur interitu paruulorum ſi pudici probe ortos a morte paterni ſanguinis priuilegium tuebatꝰ: pſilli uero : refert Strabo apud cyrenaicam regionem naruralem quandam uim habent contra ſerpentes ſic & Tentrycæ contra crocodilos: ut nil ab eis patiantur : ſed intrepide natent & aquam tranent : alio nemine audente. Cunque crocodili romam allati eſſent ut uiderentur : tentyricæ eos ſequebantur : facta eſt illis piſcina quædam & foramen in uno laterum : ut ex aqua in apricum egredi poſſent Tentyricæ aderant qui intetdum eos recte educebant ad ſolem : ut a ſpectatoribus uiderentur. ſunt & pharuſiis & nigretibus alii qui ſerpentū ac piſciū coriis:molūentis ac inſtrūentis utunꝰ. Inoxia:cui nocere nō poſſūt ſerpētes. Līgua portantibus herbis:ideſt carmina eorum quibus ita ſerpentes attonitos reddunt:ut nocere non poſſint. Potentibus herbis. Videlicet carminibus herbarum quibus etiam morſibus ſerpentum medentur.

Ipſe cruor tutus:neq̃ enĩ ſanguis ipſorũ ĩfici poterat ueneno ſerpẽtũ ẽt ſine carmĩbꝫ. Admitteꝛ:recipe. Vel:ꝑ ẽt. Cantu:ĩcãtatiõe.græci dicũt ĩcãtationes qbꝫ arcenꝛ ſerpẽtes: & noxia carmina ueneficarum. Natura loco:ꝝ.& ſi qs quærat:quæ cã fecit eos a ſerpentibꝫ ĩtactos:dicit ita natura locoꝝ tuliſſe:ut ubi nati & geniti ſũt:ibi uĩ nullã ſerpẽtes habeãt. Profuit ĩ mediis:ꝓfuit ipſis:ut ĩ media illa regiõe habitẽt:ubi serpentes naſcunꝛ:qa cõſuetudo uĩ maximã habet:ab aſſuetis nõ fit paſſio:ut inqt philoſophus. Pax illis:pacẽ ipſi cũ morte iũxerũt:fiducia ipſorũ tanta ẽ:ut ẽt cũ morte pacẽ habere confidãt. Sãguinis.i. generis ipſorũ. In terras paruus:ſcis quomõ experiri uolũt: nũqd filii de ſuo noĩe nati fuerĩt:ne fortaſſe uxores cõtra fidẽ ſuã aliqd cõmiſerĩt: ſimul ac nati ſũt filii eos ad ſerpẽtes differũt:ſi ſui fuerĩt ſerpẽtes: nocere nõ poſſũt: ſi alienigenæ eſſẽt a ſerpẽtibꝫ morderẽꝛ. Aſpide:q̃ maiorẽ uĩ ueneni cæteris ſerpẽtibꝫ habet. In terras:qa nõ habẽt thoros qbꝫ incũbẽt ẽt pui:ſed in nuda terra. Extrenæ nenẽis.ſ.ne fidẽ matriõnii uiolauerĩt uxores. Vtque iouis uolu. p ſimilitudinẽ oſtendit quomõ pſilli filios ſuos experianꝛ: nunqd ſanguĩe ſuo geniti ſũt queãdmodũ inqt aqla pullos ſimulatq̃ ex ouis ꝓtulerit ſtatĩ ad radios ſolis cõuertit:& q acie oculorũ: lumẽ ſolis ſuſtinere potẽꝛt eos cõſeruat: reliquos ãt abiicit q̃ſi nothos & minime ſui generis. Protulit: eduxit ex ouis ea fouẽdo. Calido ouo.ſ. qđ fouerat ãtea. Implũes:ſine plũis. Pati.ſ.acie oculorũ. Lumine recto: ĩtentis oculis. Diẽ.i.ſolẽ a præcedẽte qđ ſeqꝛ:nã præcedit ſol & ſeqꝛ dies. Seruanꝛ:ad uolandũ. In uſus cæ.ad uſũ aeris. Qui phœbo ceſ.i.q uicti ſũt nimio ſplẽdore ſolis. Iacẽt:qa aqla detrudit eos ex nido. Sic: eodem modo:ordo ẽ.ſic pſillus hẽt pignora gentis. Vt: ꝑ ſicut uolucer auis &c. Nõ horruit:nõ timuit ãgues adiunctos infans cum primum natus eſt. Non ſolũ gens: non ſatis eſt ꝙ ipſi ſint incolumes a ſerpentibus: imo etiam ſaluti hoſpitum diligentiſſime conſulunt. Hoſpitibus: ad ſalutem hoſpitũ

Ipſe cruor tutus:nullumq̃ admittere uirus.
Vel cantu ceſſante poteſt natura locorum
Iuſſit:ut immunes mixtis ſerpentibus eſſent
Profuit in mediis ſedem poſuiſſe uenenis
Pax illis cum morte data eſt:fiducia tanta eſt
Sanguinis in terram paruus cum decidit ĩfãs
Nequa ſit externæ ueneris mixtura timentes.
Letifica dubios explorant aſpide partus:
Vtq̃ iouis uolucer calido cum protulit ouo
Implumes natos ſolis conuertit ad ortus.
Qui potuere pati radios: & lumine recto
Suſtinuere diem:cæli ſeruantur in uſus.
Qui phœbo ceſſere iacẽt:ſic pignora gẽtis
Pſilius habet:ſi quis tactos non horruit ãgues
Siquis donatis luſit ſerpentibus infans.
Nec ſolum gens illa ſua contenra ſalute
Excubat hoſpitibus: contraq̃ nocẽtia mõſtra
Pſillus adeſt populis:qui tũc romana ſecutus
Signa: ſimul iuſſit ſtatui tentoria ductor
Primum:quas ualli ſpaciũ cõprẽdit harenas
Expurgat cantu:uerbiſq̃ fuganribus angues.
Vltima caſtrorum medicatus circuit ignis:
Hic ebulũ ſtridet:peregrinaq̃ galbana ſudant
Et thamaris non læta comis:eoaq̃ coſtus.
Et panacea potens:& theſſala centaurea:
Teucedãũq̃ ſonãs flãmiſque ericiaq̃ tapſos.
Ei larices.fumoque grauẽ ſerpẽtibꝫ urunt
Abrotanum.& longe naſcentis cornua cerui:

Populis: ſcilicet aduenis qui ad regiones ſuas applicuerunt. Contra noſtra monſtra: ideſt contra nociuos ſerpentes. Secutus ſigna: Quia cum militibus ſequebantur catonem. Statui: ſigi. Harenas: Quia harenoſa eſt libye. Spatium ualli uidelicet ſpatium quantum circundatur primum expurgat quomodo. Cantu: incautationibus.

Verbiſque fugantibus: Declarat quod dixit cantu. Verbis: incantationibus. Vltima: extremitatem caſtrorum ſuffumigabant igne: & qua ſuffimigatione uterentur deſcribit. Hic ebulum ſtridet: hæc genera arborum Nycander in pharmachia ſua ponit:quæ ſunt optima ad repellanda uenena: quibus nunc utebatur pſillus: ut caſtra romanorum militum tutiora redderet a ueneno ſerpentum. Hic: in hoc igne. Ebulum: Quia comburebat has herbas: ut odore & nidore ex ipſis herbis erumpente fugarentur angues: inter quas herbas ebulum fuit. eſt autem ſpecies herbæ: quæ uulgo inuenitur: & naſcitur in ripis fluuialibus. Vrgilius: Sanguineis ebuli baccis. Peregrinaque galbana ſudant: ſcilicet ipſis: quia apud eos non naſcitur. Thamaris non læta comis: eſt arbor ſine ramis: ideo non læta eſt comis. Coſtus: aromatica ſpecies eſt. Et panacea potens: Quia omnibus morbis medetur: propterea appellatur panacea παν quod ſignificat omne ακεο ακόσ: ideſt medeor.

Theſſalla centaurea: quæ in theſſalia naſcitur. Peſcedon: eſt amariſſima herba: nam peſdonos ſignificat amarum. Ericinaque tapſos: quæ naſcitur in eryce monte ſiciliæ. Larices: genus herbæ

Fumoque grauem ſerpentibus urunt: prætere a urunt abrotanum: nam abrotani fumus eſt inimicus ſerpentibus. Longe: procul ab aphrica naſcentis: ſicut ſupra peregrina galbana dixit.

Sic nox tuta uiris at si quis peste diurna
Fata trahit.tunc sunt magicæ miracula gẽtis.
Psillorumq́ȝ ignens:& rapti pugna ueneni.
Nam primum tacta designat membra saliua
Quæ cohibet uirus : retinetq́ȝ in uulnerẽ pestẽ
Plurima tunc uoluit spumanti carmina ligua
Murmure continuo.nec dant suspiria cursus
Vulneris:haud minimũ patiuntur fata tacerẽ.
Sæpe quidem pestis nigris inserta medullis
Ex cantata fugit:sed si quod tardius audit
Virus & elicitum:iussumq́ȝ exire repugnat.
Tunc super incumbens pallẽtia uulnera lãbit
Ora uenena trahens:& siccat dentibus artus:
Extractãq́ȝ tenens: gelido de corpore mortẽ
Expuit.& cuius morsus superauerat anguis
Iam promptũ psillis uel gustu nosce ueneni.
Hoc igitur leuior tandem romana iuuentus
Auxilio late squallentibus errat in aruis
Bis positis phœbæ flammis:bis luce recepta
Vadit areniuagum surgens fugiensq́ȝ catonẽ
Pig.sæ.scele.i.pignoꝶ capitis & cædis põpei Signa.s.uictricia qbus sẽper uicere consueueras Sed fremitu:securꝰ qdẽ ꝓfectus ẽ alexãdriã:uerũ tamẽ dũ icceder& per urbẽ præcedẽtibꝰ littoribꝰ q fasces gerebãt more romano:sẽsit fremitũ uulgi de dignabãt.n.ꝙ i regia urbe alia potestas eẽt maior rege suo. Suis.s.uiribꝰ. Iura: potestatẽ romanã Discordia pectora:Hoc ẽ ab ipo pectore dissidẽtes. Magnũq per.s.sẽsit nõ i gratia cæsaris:sed occisũ eẽ potiꝰ ad utilitatẽ ægyptioꝶ. Tamẽ uul.cæsar tã&si uider& nõ sibi placere fremitũ uulgi: tamẽ spẽ uultu simulat ꝑmit altum corde dolorẽ:& uultu itrepido:sicut cõsueuerat uoluit cõtẽplari uetusta ægyptiorũ regũ ædificia. Intrepidꝰ:nõ timẽs Supũ sedes:declarat. Et tẽpla ue.nu.s.isidis cuius tẽplũ uetustissimũ erat iuxta ueneris fanũ:ut inquit Stra. Testãtia uires ma.ea.n.illic cõdita fuerãt ab Alexandro rege macedonũ. Circuit: cõtẽplat. Et nulla:& alia oĩa tã&si ꝓciosa erãt utpote auro argẽtoq ornata:tamẽ ꝓ nihilo hẽbat cõparatiõe pyramidũ:ubi corpus alexãdri sepultũ fuerat. nã pyramides ita appellabant ægyptiorũ regũ sepulchra:eo ꝙ ĩ forma pyramidis erãt: pyramis proprie est figura in fundo obtusa:in sumitate uero acutæ:ideo pyramis appellat ab igne:nã πυρ dicit ignis. nã flãma ignis tendit in acutũ Turres erãt pyramides fastigiatæ & ultra celsitudinẽ omnẽ q̃ fieri manu possit. itaq mẽsura umbrarũ egressæ nullas hẽbat umbras:ut refert Solinꝰ.pyramides regum sepulturas multas fuisse testis ẽ Stra.earum tres eximias fuisse ait:sed duæ iter septẽ & spectacula adnumeratæ sunt singulæ altitudie stadii figura quadrata altitudinẽ habẽtes paulo maiorẽ quolib& latere:& paulo altera: altera maior:ĩ media fere laterum altitudie igẽs lapis extat:ĩ quo cochlius ẽ obliquus usq ad sepulturã:atq eæ iter se ꝓxiæ ĩ eodẽ sunt plano ulteriꝰ ĩ maioꝶ mõtis altitudie ẽ tertia multo primis duabꝰ miór:maioꝶ tamẽ ĩpẽsa structa.nã ab ipsis fere fundamẽtis:usq ad medium cõstat ex nigro lapide:ex quo mortaria faciunt:ab extremis æthyopiæ mõtibꝰ delato:q cũ & durus sit & opatu difficilis reddit opus sumptuosũ:hæc dicit meretricis figura ab amantibꝰ effecta:eam mulierẽ sapho carminum doricham uocat:& fratris sui charaxi amicã:quum lesbium uinum negociator naucrati cõportaret:alii eam rhodopẽ noiant.atq fabulam quandã narrãt.ꝙ ea dũ lauaret:aqla alterũ ex calceis manu ancillæ mẽphi deportarit: & i sublime supra regis uerticẽ iura dãtis elata:calceũ i illiꝰ gremiũ demiserit:& ꝙ ille calcei cõcinnitate:& rei miraculo permotus:per totam regionem misit ad eam inquirendam:quæ huiusmodi calceum ferret: & ꝙ ea in urbe naucraticarum inuenta atque adducta:& regis uxor fuerit:post uero hãc sepulturam habuerit. Tumulus:ad tumulos. Illic pe.pro.in hac pyramide quam Cæsar contemplabatur:conditum erat Alexandri corpus. Vesana pro.quia pronus erat in iracundiam Alexander:ideo ipsum uesanum appellauit qđ ita esse testatur & clytus amicus & familiaris paternus hasta traiectus:& Lysimacus leoni obiectus:& Calistenes philosophus in cauea mori iussus:ita egit ut,deo genitus crederetur: peragrauit orbem rectoribus Aristotile & Calisthene usus forma fuit supra hominem angustiore: ut refert Solinus: ceruice celsa lætis oculis & illustribus:malis ad gratiam rubescentibus: reliquis liniamentis corporis non sine maiestate quadam decoris:uictor omnium uino & ira uictus. sic morbo uinolentiæ apud Babylonem humiliore q̃ uixerat fortuna exemptus est. alexandri corpus ut inquit Strabo perdicæ ereptum ptholemæus alexandriam detulit eique parentauit:quod & adhuc ibi iacet:sed nequaquam in eodem alueolo: nam qui nunc uitreus est:prius aureus erat. Fœlix ꝓdo.uidelic& qui aliena diripiendo sibi regnum comparauit. Vidice fa.id est ultore terrarum:quia mors fuit ultrix terrarum: tunc cum rapuit Alexandrũ ulta ẽ iniurias quas ĩnumeras populis Alexander intulerat. Sacratis ro.& in hac pyramide sacra cineres Alexandri reposuerant:qui uento potius fuerant spargendi: quam consecrandi. Spargenda per orbem: ubicunque aliquid detrimenti fecit Alexander: ibi sui corporis membra spargenda erant.

Fortuna pe.ſed fortũa uoluit:ut a cineribꝰ alexãdri abſtinuerit cæ.nã fecit ut regnũ ſuũ ꝑpetuo duraret uſq; ad eã ætatẽ q; ſi populi ĩ libertatẽ aliq̃do ueniſſẽt: nõ dubiũ erat qn corpus alexãdri dilaceraturi fuerit memores ĩiuriarũ q̃s ab eo accepãt. Durauit ad ulti.i. uſq; ad ultimũ tp̃s:ut obliuiſcerent̃ ĩiuriis ſuis po. nã regnũ diuiſũ ẽ ĩ pricipes q alexãdrũ cõitati fuerãt. Ludibrio:ad ludibriũ. Si red.or.i.ſi nunq̃ ꝑ liberta te faceret:ut orbis terrarũ eẽt ſui iuris:nõ dubiũ erat quĩ ſæuituri fuiſſẽt ĩ corpus & r̃liquias alexãdri. Nõ utile mũdo:quia ipſe docuit orbẽ terrarũ ſub unius poteſtate eẽ poſſe:nũq̃ ãte alexãdrũ quiſq; ĩuẽtus fue/ rat:qui uniuerſo ꝓpe orbi terrarũ ĩparet. Exẽplũ: quia exẽplo alexãdri cæ. & multi alii ẽt domini or/ bis terrarũ eẽ uoluerũt. Eſſe ſub.i. poſſe ſeruir̃ uni uiro. Macedonũ fines: hic ẽ alexãder nõ cõtentus regno paterno exercitũ traduxit ĩ aſiã & eã oẽm ui/ cto Dario ĩpio ſuo ſubiecit. Latebraſq;:quia mace/ donia erãt ferme latebræ q̃dã cõpatiõe r̃liqui orbis q̃ ipſe armis ſubiecit. Pr̃e.i.a pr̃e eiꝰ philippo. Actꝰ ductus. Popu.aſ.qa bis Dariũ alexãder ſupauit: & ip̃m ẽt occidit:cũ ĩ captiuitatẽ duxiſſet uxorẽ eiꝰ & filias:& tamẽ alexãder:ĩde hoc modeſtiæ documẽ/ tũ dedit eximiũ:qa quãq̃ illæ pulcherrimæ eẽnt: ta mẽ ĩtactas ſeruauit. Humana ſtra.i.cũ ruina & ma gna cæde hoĩm. Exegit:exercuit. Amnes.ſ.eufratẽ & gãgẽ:qa eufrates flu.ẽ q totã ĩtra ſe cappadociã cõ prehẽdit:& Comagenã:& Amanũ: & Iſſicũ ſinũ in magna & ĩ ꝑua armẽia ꝑcurrit meſopotamiã diſter miat:ex eufrate ferebat̃ aq̃ ĩ hortos pẽſiles babylõis deniq; eufrates a boreali tauri later̃ exorit̃.p̃rio p ar meniã fluẽs occidẽtẽ uerſus:deĩde ad auſtrũ flexꝰ ta urũ recidit ĩter armenios cappadoces & cõmagẽos auctore Stra.gãges flu.ẽ ĩdiæ: ideo dicit hos fluuios miſcuiſſe ſãguine hũano.ſ.eorũ quos uĩcẽdo occide rat. Terrarũ fa.ma.ꝓſequit̃ ẽt ĩuectionẽ ĩ alexãdrũ dicit eni qd ĩ aĩo hũerit alexãder.ſ. ut oĩa ĩ poteſtatẽ ſuã r̃digeret:niſi morte ꝑuẽtus eẽt. Alexãder:appo. Malũ fa.deſtinatũ malũ terris & lætiferũ. Fulmen qa uno eodẽq; tp̃e oĩa ꝑuerteret q̃ſi fulmẽ. Et ſidus ini.aduerſũ:ſicut aduerſa ſidera ĩducũt peſtilẽtiã q̃ aĩalia cũcta ꝑeũt: ita & ip̃e q̃ſi peſtilẽtia q̃dã fuit gẽti bꝰ. Parabat:poſtq̃ maiorẽ p̃tẽ orbis terraꝝ domue rat. Exteriore mari:qa oceano ſphera terræ circun dat̃.ergo exteriore. Nõ illi fl. & uſq; ad torridã zo nã penetrauit: nil illi obſtar̃ potuit quocũq; ꝓgredi uoluiſſet. Flãma.ſ.feruẽtis zonæ. Vndæ,ſ.oceani maris obſtiterunt. Nec li.ſcilicet obſtitit ei. Sterilis: quanuis ſterilis: tamen obſtitit quo minus duce ret exercitum. Ammon: ideſt templum iouis ammonis quod poſitum eſt inter ſyrtes.de hoc ſatis ſu/ perius. In occaſũ:parua dixi iam properabat ire in occaſũ: ideſt ultimum occidentẽ:uidelicet ad æthi/ opas occidentales. Deuexa:decliua uidelicet meridiẽ:quia polus antarcticus humilis ẽ. Polo:ſcilicet ar cticũ & antarcticũ. A fronte: quem nullus unquam inuenire potuit in hoc etiam multi reges elaborarũt inter quos Cambiſes etiam rex perſarum miſit/qui diligenter ſcrutarentur:hi uero nauigarunt ex aduerſo nili quo ad ripas q̃ſdã ꝑuenerũt ĩnauigabiles:nec tamẽ referre potuerũt: ubi nilus originẽ hũerit:ille ergo natura prius deſtitiſſet orbẽ terrarũ luſtrare:q̃ nili fontẽ ĩueniſſet. Occurrit ſu.di. ſed his cogitatis mors ĩteruenit. Natura ſo.& nihil fuit qđ potuiſſet cupiditati alexãdri modũ ĩpone p̃ter̃ naturam.ſ. mortalis natus erat. Veſano re.ĩſaciabili qui ĩſania q̃dã ferebat̃: ideo nihil ũquã aĩum eius explere potuiſſet. Qui ſe.i.ĩuidia fecit:ut domĩoꝝ oĩum ſupior eẽt itẽ ĩuidia fecit ut poſt mortẽ curaret ne q̃s ũiuerſo orbi terra rũ p̃eẽt ſicut ip̃e:nã xii.pricipibꝰ regnũ ſuũ diuiſit:q̃ ergo ĩuidia ĩpiũ orbiſ:accepat eadẽ moriẽs abſtulit. Nullo he.qa xii.prĩcipibꝰ regnũ ꝑtitus ẽ. Lacerãdas:cũ diuideret̃ ĩ xii.p̃tes. Totꝰ.f.i.totꝰ forũæ ſuæ. Ce cidit:mortuꝰ ẽ. Bab.ſ.quã ip̃e ſubegerat bel.& ĩ ea regiã poſuerat:q̃uis aruſpices mõerẽt caueret ſibi ab ea urbe tamẽ cupiditate eiꝰ ĩpulſꝰ ẽ:ut ad eã uẽiret & ibi a ꝑdica ãtipr̃i filio q p̃icerna eiꝰ erat uenẽo necatꝰ ẽ. Par.q;. qa ꝑthi & ip̃ũ ĩ honore hũert cuiꝰ urbẽ ipſe cœpat nã ĩ par. ẽ babylõ:& metropolis ẽ regiõis illius.

Membra uiri poſuere aditis: fortũa pepercit
Manibus:& regni durauit ad ultima fatum.
Nam ſibi libertas unquã ſi redderet orbem
Ludibrio ſeruatus erat:non utile mundo
Editus exemplum.terras tot poſſe ſub uno
Eſſe uiro:macedonum fines:latebraſq; ſuorũ
Deſeruit:uictaſq; patri deſpexit athenas.
Perq; aſiæ populos fatis urgentibus actus
Humana cum ſtrage ruit:gladiumq; ꝑ oẽs
Exegit gentes:ignotos miſcuit amnes.
Perſarum euphratẽ.indorum ſanguine gãgẽ
Terrarum fatale malum fulmẽq; quod oẽs
Percuteret pariter populos:& ſydus iniquum
Gentibus oceano claſſes inferre parabant
Exteriore mari:non illi flamma nec undæ:
Nec ſterilis libyæ: nec ſyrticus obſtitit ãmon
Iſſet in occaſum mundi deuexa ſecutus
Ambiſſetq; polos:nilumq; a fonte bibiſſet
Occurrit ſuprema dies:naturaque ſolum
Hunc potuit finem ueſano ponere regi:
Qui ſecum ĩuidia qua totum cœperat orbẽ.
Abſtulit imperium nulloq; herede relicto
Totius fati lacerandas præbuit urbes.
Sed cecidit babylone ſua: parthoq; timendus

Proh pudor æoi propius timuere sarissas.
Q uā nūc pila tient populi licet usq; sub arcto
Regnemus zephyri domos terrasq; premāus
Flagrantis post terga noti cedamus in ortus
Arsacidum domino:non fœlix parthia crassis
Exiguæ secura fuit prouincia pellæ
Iam pelusiaco ueniens a gurgite nili
Rex puer imbellis populi sedauerat iras.
Obside quo pacis:pellea tutus in aula
Cæsar erat :cum se parua cleopatra biremi
Corrupto custode phari:laxare cathenas
Intulit æmathiis ignaro cæsare tectis
Dedecus ægypti: latii feralis erinnys
Romano nō castra malo:quantū ipulit argos
Iliadumq; domos facie sparthana nocenti
Hesperios hausit tantum cleopatra furores.
Terruit ille suo si fas capitolia sistro.
Et romana petit imbelli signa canopo
Cæsare captiuo pharios ductura triumphos:

Proh pu.īdignatur hoc loco Lucanꝰ:q; populi pthoꝝ timuere alexādrū & macedones cū ausi sint ēt romanis īferre bellū:ergo plus uirīū iqt hūit Alexāder:q̄ po.ro.nā crassū cū maiori pte exercitus pthi occiderūt Sarissa.i.tela macedonica:& sarissa p ipsis macedonibꝰ posuit. Pila.i.romanos.nā pilū ro.e telū. Pro prius:qa ro. iperiū suū nō porrexerāt:tā ppe pthos:sicut fecere macedones. Licet usq; ar. q̄uis ī occidēte: meridie & septētrione maiores simus domini:q̄ nūq̄ fuerit Alexāder:tamē qđ ad orientē ptinet:ipse nos ī pio supauit. Sub ar.septētriōe. Zephyriq; do.i. occidenté:nā zephyrus uentus ē occidētalis. Noti.s.meridiei. Cedamus ī or.tamē uicti sumus ī oriēte potētia Alexādri macedonis. Arsacidū:a domīo pthorū:arsacē uiroscyta:ut īqt Strabo q pthiā īuasit atq; obtinuit. Arsacidæ.n.reges pthorū dicti sunt:sicut ptholemæi ægypti & Cæsares ro. Non fœlix:q̄ īdignū fuit hoc:ut ex oībꝰ puinciis pthia exigua fuerit Alexādro : q̄ nūc ē formidolosa ro. cū in ea Crassus cū exercitu pierit. Crassi.s.pr̄i & filio. Secura pel. qa ī ea nihil timuerit Alexāder:imo uero obsequentissimā sibi hūit. Iā pe.ue. nūc redit ad Cæs.& ptolemæū. dicit āt postq̄ rex tadē fremitū populi sedauit:uenit ipse ad Cæs. & se ī eius potestatē futuꝝ dixit:rege ergo q̄si obside securius Cæ. cœpit deīde diligētius cōtēplare situ ægypti:& se ēt dedere regi:cū paulopost Cleopatra supuenit q̄ blāditiis suis pellexit Cæ. Pelusiaco:ibi enī castra hēbat ad pelusium qđ ē unū ex hostiis nili. In a.pe.ī aula alexandriæ quā pelleus Alexāder cōdiderat. Obside:tāquā obside pacis. Cū:dico iā ad Cæs.uenerat ptholemæus cū exclusa eēt Cleopatra extra phaꝝ:& ipsa quoq; exercitū hēbat cōtra fr̄em:illa muneribus corrupit custodes phari q cathēas soluerēt:qbꝰ illa extra portā exclusa erat & puā biremi īgressa fefellit ptholemæū:& ad cæs.puenit. Biremi: naui q̄ duobꝰ ordinibus remoꝝ uteret̄. Custode:q̄ p̄erat portui. Cathenas:portus qbus excluderetur. Tectis æma. lōge repetitū ē epitherō.i.tecti Cæ.uictoris æmathiæ Ignaro:nesciēte illā adesse: & eiusmodi mulierem erat cleopatra uidelicet. Dedecus æ. nam reges & reginæ sunt decori & dedecori regnis suis prout fuerūt sed cum ipsa esset impudica:luxuriosa:auara dedecus erat ægypti. Feralis eri.furia lætifera. Latii:italiæ:quantas clades intulerit italiæ historia docet.primo enim causa fuit:ut multi e romanis occiderentur cum cæsare: deinde cum cleopatra se coniunxisset cum antonio causa fuit:ut bellum ciuile iterum conflaretur inter octauianum & M. Antonium:& ad Leucadem promontorium bello nauali uicta est Cleopatra cum Antonio:ibique multa milia romanorum periere. Nō casta:idest impudica. Ad malum:romanum. uidelicet quia blanditiis duces romanos pellexit. Quantum imp.ar. dicit non minus prope exitium intulisse romanis Cleopatram:q̄ intulit helena Asiæ.uidelicet troianis. Sparthana:uidelicet helena quo bello irritauit græciam & Asiam pulchritudine sua. Argos:uidelicet Europam in qua est græcia. Iliacasque do.uidelicet asiam.nam ilion in asia est. Facie no. nam forma sua tantum mali intulit quantum helena Sparthana:de opido sparthæ. Ouidius Me duce dardanius sparthum oppugnauit adulter. Auxit:augumentauit. Hesperios : italos. Tenuit iam s.parum inquit fuit quin cleopatra imperium orbis terrarum teneret. Sistro:sistrum est genus tubæ incuruæ quo utebantur sacerdotes tunc cū ad īqsitionē osiridis populū cōuocabāt : ut imitarent̄ Isidis plāgores q̄ orisim uirū suū diu q̄situ tādē inuenit.erat enī āniuersariū sacrificiū:qđ ægyptiis singulis qbusq; ānis celebrare solebāt Capitolia:īpiū ro.ītellige. Si fas:ita dixit si fas:quēadmodū dicer̄ solēus:si diis placet. Petit:īuadit: qa cōtra Octauianū ducit exercitū cū M.Antonio cōiūcta. Rōana signa.i.signa Octauiani cæ. Canopo:populo ægypti. Canopus cētū ac uigīti stadiis distat ab alexādria:pedestri itinere uadētibꝰ dicta de noīe cāopi:qui Menelai classē gubernat : & ibi mortuus est : ut refert Strabo : in ea est Serapidis templum & cultu & religione excellens: ut etiam doctissimi uiri credant:& pro se uel pro aliis insomnia captent. Imbellis:molli: ut supra emollit gentes clementia cœli: Ductura triumphos:quia in amorem suum traxit & pellexit Cæsarem:ut parum abfuerit : quin amore uictus se crederet ægyptiis occidendum ; nam dum ille amori operam daret & luxu captus cōuiuiis & epulis īdulgeret pene a Photino & achilla ē opp̄ssꝰ: sicut ī seq̄ntibꝰ declarabitur.

Leucadioq; fuit dubius ſub gurgite caſus.
An nondũ hæc noſtra quidẽ matrona teneret
Hoc animi nox illa dedit:quæ prima cubili
Miſcuit inceſtam ducibus ptholemæida nr̃is
Quis tibi ueſani ueniam nõ donet amoris
Antoni? durum cum cæſaris hauſerit ignes
Pectus & in media rabie medioq; furore:
Et pompeianis habitata manibus aula?
Sanguine theſſalicæ cladis perfuſus adulter
Admiſit uenerem curris:& miſcuit armis
Illicitoſq; toros:& non ex coniuge parthus?
Proh pudor oblitus magni:tibi iulia fratres
Obſcœna de matre dedit:parteſq; fugatas
Paſſus in extremis libyes coaleſcere regnis
Tempora niliaco turpis deprendit amori:
Dum donare pharõ:dũ nõ ſibi uicere mauult
Quem formæ cõſiſa ſuæ cleopatra:ſine ullis
Triſtis adit lachrymis:ſimulatũ cõpta dolorẽ
Qua decuit.ueluti laceros diſparſa capillos.
Et ſic orſa loqui:ſi qua eſt o maxime cæſar

Leucadioq; fuit:poſtea apud leucadẽ ꝓmontoriũ ĩ magno diſcrimĩe fuit ĩperiũ ro.nũqd romãi ĩparent an Cleopatra romãos ĩpio ſuo ſubigeret. Leucadio gur.uidelic& ĩ mari qđ ẽ apud leucadẽ. An nõ ſu. hoc ĩcertũ:an cleopatra ĩpiũ ro.tenerent:an romãi.duplici rõe ĩdignũ fuiſſet romanis:ſi cleopatra regnaſ/ ſet.ꝙ uidelic& ĩdigna mulier erat:& ꝙ mulier nõ romana. Nec nr̃a.i.nec romana qdẽ.Mũdũ:ĩpiũ mũ/ di. Illa nox:q̃ cõſuetudinẽ cũ cæſare hũit.Animi.ſ.Cleopatræ.Inceſtã ptho. ĩpudicã cleopatrã pthole/ mæi filiã. Cubili mi.in eodẽ toro cõcubuit. Nr̃is du.cũ cæſare primũ deinde cũ.M.Ant.Quis ti.ue. inuectus ẽ ĩ cleopatrã:q̃ ĩpudicitia & pulchritudine ſua plurimũ nocuit ĩpio ro.nũc cæſarẽ rep̃hendit q cũ ductor eẽt fortiſſimus populi ro.& ĩ medio fla/ grãte bello ciuili uerſaretᷣ tamẽ amore mulieris hu ius corruptus fuerit:ut ꝑpea ignoſcẽdũ ſit antonio q cũ mollioris eſſet ĩgenii amoribus huius capi po/ tuerit a maiori ad minus arguit.ſi uĩcere:potuit ani/ mũ cæſaris durũ & nõ facile credentẽ blãditiis mu/ lierũ:q̃to facilius id ĩ.M.Antõio fecit q natura mol lior erat? Quis.q.d.oẽs. Ignis:amor. Hauſe/ rit:cõp̃hẽderit corrupit põt eẽ hyppalage.i.durũ pe ctus cæſaris hauſerit ignẽ.nã ignis ꝓ amore ponitᷣ Vir.& cæco carpitur igni. Et ĩ media rabie:decla rat.i.ĩ medio furore.uidelic& cũ bello ciuili adhuc eſſet occupatus:magnus adhuc labor ſuperat.nam uincẽda erat claſſis põpeii uĩcendæ reliqæ belli ciui lis q̃s ſecũ duxerat cato & ad iubã regẽ libyæ puene rat:q ĩ officio populi ro.pmãſerat:cũ igr̃ tãta adhuc ſupeſſent:tamẽ mollitus ẽ cleopatræ blãditiis. Au/ la.nã cũ ante oculos obuerſaretur Pom.cædes & in ipſa aula ptholemæi regis eẽt:cuius iuſſu põpeius occiſus fuerat. Vacauit cæſar.i.operã amoribus dedit. Sãguine:nondũ inqt abſterſus erat cruor ĩ theſſalia ſpſus:cũ tamẽ cleopatræ amorẽ cõcipe po tuit.Ar.i.cũ bello cõiũxit. Illicitoſq; thoros:uide lic& aliẽos:utpote ex pellice:nã ex hoc cõpreſſu cæ ſaris grauida facta ẽ Cleoparra & puer pepit cui po ſtea nomẽ ĩpoſuit cæſariõ quẽ poſtea M.Antoniuſ iuſſit ĩterfici. Cõiuge.ſ.Calfurnia cæſaris uxore.

Proh pu.p exclamationẽ exagerat adulteriũ cæſaris:dicens:dedecus ĩgens fuit:ut fratres Iuliæ ex pellice Cleopatra generaret:quã ex matrimonio legitimo cõceptã ĩ matrimoniũ põpeio dederat. Obſce.dete/ ſtabili & execrabili. Matre.i.pellice. Parteſq; fu.& p̃ter facinus quod admiſit minime ignoſcẽdũ acceſſit ꝙ interea ptibus.i.pompeianis ſpẽ dedit:qua poſſent ciuile bellũ reparare.nã ille dũ operã dat amoribus: ĩnterea cato ad iubã puenit:& ope illius exercitũ iuſtũ renouauit. Coaleſcere:ſimul creſcere augeri & cõ parari. Regnis libyæ:uidelic& ĩ regno iubæ regis numidiæ. Dependit:tradidit. Tẽpora:q̃ cõſumen/ da erant ad perficiendum ciuile bellum. Turpis:utpote adulter: Niliaco amori:id eſt Cleopatræ:q̃ regina fuit ægypti:dico fecit hoc dum mauult.Donare:ſcilic& Cleopatræ.non ſibi:ſed cleopatræ uince/ re cuius amoribus correptus erat. Quæ formæ cõ.nunc dicit quomodo cleopatra cæſarem in ſuum amorem pellexerit:cum corruptis cuſtodibus ad reginam ueniſſet in Alexandriam ad cæſarem ingreſ/ ſa eſt:& Cæſaris pedibus proſtrata in hunc modũ eſt locuta dum cæſar eſſet in regia ptholemæi:& epu lis ac regifico luxui intentus eſſet:delegit ergo tempus & locum ut poſſ& ſibi morigerum facere cæſa/ rem. Formæ ſuæ:ipſius conſcia erat:ut ſperaret atque cõſideraret poſſe animũ cæ.capi. Triſtis a.fecit quandam declamationem.declamauit enim per contrarium:quomodo triſtis ſi ſine lachrymis:ſed tri/ ſtis mœrorem ſimulans. Compta: id eſt ornata habens dolorem ſimulatum:quia ſe ornauit quan/ tum ſimulanti dolorem conueniebat.quam decuit quaſi dicat non decuit. Veluti:tanquam diſperſa ſit illa nihilo ſegnius:quam ſi ſpſis capillis prouoluta eſſet genibus cæſaris auſa eſt in hunc modum loqui. Diſperſa:ſciſſa ac inornata capillos. Si quam eſt:confuſe loquitur & perturbate:ut fœmina & perturbata perſona. ordo eſt. ego fœmina non prima tenebo urbes niliacas:ſi tua dextra teſtituat me ueteri fato: deinde per parentheſim lege & cum ſuperioribus iunge hoc modo. ego regina clariſ ſima proles Lagi pharii complector pedes: ſi qua eſt nobilitas o maxime cæſar & ego exul in æter/ num delapſa a regnis paternis: tu æquum ſidus ades noſtris gentibus. Proles lagi:id eſt que a Lago

rege ægyptiorum.originẽ duco.i.cui pr̃ Ptholemæus Auletes lagus:nam a ptholemæo lagi filio q̃ Alexandro successit dicti sunt reliqui reges lagi:sicut cæteri cæsares a primo cæsare denominati fuerunt:ptholemeus.n.lagi filius alexandro successit:ptholemæo autem philadelphus: philadelpho euergetes: postea philopater agatocliæ:postea epiphães:postea philomator:filio a pr̃e ĩperiũ accipiẽte hinc uero successit secundus euergetes nominatus:hunc physconem dicunt:cui ptholemæus cognomento lathurus. successit lathuro tempore Strabonis ptholemæus auletes cleopatræ pater. Exul in æter uidelicet nisi tua ope in regnũ restituar. Veteri fa.i.ãtiquæ fortunæ meæ Restituat me in regnum meum. Sidus æquum tanq̃ sidus prosperũ. Fœmina: quia occurrebat illud fœmina es & regnare non potes dicit ipsa nõ ita eẽt:hanc enim cõsuetudinem esse in ægypto: ut fœmina regnent. Discrimine nulla differentia sexus. Lege sum.& utitur testamento q; ipsa cum fratre pariter heres regni ægypti relicta fuerit. Verba.s.testamenti. Sũma:ultima. Qui iu.moriẽs pr̃ iussit:ut mr̃imõio iũgeret ptholemæo fr̃i & una cũ illo regnarẽ:nã r̃gibus oĩa licẽt:ũde Cãbyses correptus erat scelesto amore sororis: accitos igr̃ ad se magnos ĩterrogauit nũqd licer̃t fr̃i ducer̃ uxorem. magi s. quos philosophos græ.uocãt nos uero sapientes ĩtellexer̃t qd sibi uellet illa cãbysæ r̃gis ĩterrogatio.erat.n.natura procliuis ĩ libidinẽ:sicut barbari solẽt spaciũ respõdẽdi postularũt.s.unum diem. postero die redeunt & responsũ dederũt: quo nec uolũtatẽ r̃gis offẽderũt:& legẽ naturalẽ q̃ prohibet sororẽ fratri misceri conseruarũt dixerũt.n.non inuenimus rex legem quæ permittat sororem cõiungi fratri:sed lex ẽ regi licere quicqd uoluerit. Thalamos.i.in matrimonio. Puer ipse so.si queris cæsar cur regno pepulerit:nõ ipse fuit:sed satellites ipsius.s.photinus & Achillas: quorũ cõsilio regitur.

Nobilitas pharii proles clarissima lagi
Exul in æthernum sceptris depulsa paternis
Si tua restituat ueteri me dextera fato
Complector regia pedes tu gentibus æquũ
Sydus ades nostris:non urbes prima tenebo
Fœmina niliacas:nullo discrimine sexus
Regina sit ferre pharos lege summa perẽpti
Verba patris qui iura mihi cõmunia regni
Et thalami cum fratre dedit:puer ipse sororẽ
Si mõ liber amat:sed habet sub iure photini
Affectus ensesq; suos:nil ipsa paterni
Iuris nunc repeto:culpa tantoq; pudore
Solue domũ:remoue funesta satellitis arma:
Et regum regnare iube:quãtos ne tumores
Mente gerit famulus: magni ceruice reuulsa
Iam tibi sed procul hoc aduertãt fata minañ
Sat fuit indignum cæsar mundoq; tibiq;
Pompeium facinus meritũq; fuisse photini.
Nequicq̃ duras tentasset cæsaris aures
Vultus adest precibus:faciesq; incesta ꝑorat.
Exigit infandam corrupto cæsare noctem
pax ubi pta duci donisq; ĩgentibus empta est
Excepere epulæ tantarum gaudia rerum
Explicuitq; suos magno cleopatra tumultu:
Nondum trãslatos romana in sæcula luxus.

Puer:puerum appellauit:ut mirum nimiũ uideri possit:si imperio ac cõsilio satellitum suorũ subiectus est. Amat:amaret. Si mõ li.si modo sit sui iuris. Affectus:uoluntates. Suos enses.i.potestatem suam. Sub iure:sub potestate nõ audet discedere a uoluntate satellitum. Nil ipsa paterni:quæro id agas:ne regnũ ægypti sit sub potestate satellitum regis:nã hoc dedecus pati nõ possũ. Solue:libera. Culpa:qa culpa & crimen est. Regem:id enĩ qd̕ rogo ẽ:ut fr̃ meus rex sit & nõ photinus. Quãtosne.tu.& q̃ta inqt supbia credis ĩflatum eẽ photinũ postq̃ põpeiũ obtrũcauit:idẽ quoq; tibi facere auderet:& aĩo cõcepit si fortuna fauerit.Minaẽ.s.auellere & tibi ceruicẽ. Hæc.s.abscindere caput. Auertãt.i.ꝓcul dii amoueãt. Sat fuit.ĩ nã cæde pompei meritũ consecutus ẽ photius:tu uero scelus ac cædes appellaris:qĩ id tua causa photinus fecerit. Põpeii facit ut cũ facinus admiserit qĩ de te bene meruerit nõ ẽ hoc tolerãdũ. Neqcq̃ du.nũc dicit quẽ effectũ oro cleopr̃æ hũerit:obtiuit cleopatra qd̕ uoluit nõ ꝑcibꝰ:sed forma q̃ cæsaris aĩum cõmouit nã id obtiuit qd̕ ualde optabat.s.ut cæsar secũ misceret. Vultus:forma oris. Adest:cõiũcta ẽ cũ ꝑcibꝰ. Faciesq; in.ĩpudica forma. Perotat.i.obtinet qd̕ uolebat. Exigit.s.ꝑcibus suis. Infandã:scelestã noctẽ. Corrupto cæ.s. amore eius. Pax ubi pta:cleopatra sicuti supradictũ ẽ nõ tã ꝑcibꝰ q̃ forma obtiuit a cæsare qd̕ petebat: ut .s.ĩ gr̃am cũ fr̃e cõciliaret:quo fcõ tũc cõuiuia pata sũt sũptuosissima:qbus cæ.cũ rrge atq; regia ĩterfuit: & ipsa deĩde suos ornatus apuit oẽs:nec qcq̃ ꝑtermisit qd efficere potuit: ut cæsari placeret: describit igir̃ locũ prĩo.s.ædes ĩ qbus patũ ẽ cõuiuiũ:deĩde sũptuosas æpulas & appatus. Vbi:postq̃. Duci.s.a cæsare. Empta:ab ipso duce:qa multa mũera cæ.dederũt. Excepe æpu.s.postquã ĩ gr̃am rex cũ regia rediissẽt. Gaudia re.qa structa sũt cõuiuia regifico luxu pata. Expli.apuit supabũdãtia rerũ oĩum & sũptuosus appatus cleopatra. Tumultu:pro mole & magnitudĩe magna:posuit tumultũ significat famulorũ ac famularũ quorũ põpa magna ꝓgressa ẽ in cõuiuiũ. Nũdũ translatos:qa luxus nũdum ad romanos ꝑuenerat.

Ipse locus templi quod uix corruptior ætas
Extruat instar erat:laqueataq; tecta ferebant
Diuitias:crassumq; trabes abscõderat aurũ.
Nec sũmis crustata domus:sectisq; nitebat
Marmoribus:stabatq; sibi in segnis achates;
Purpureusque lapis:totaque effusus in aula
Calcabatur onix:hebenus mareotica uastos
Non operit postes:sed stat pro robore uili
Auxilium n forma domus:ebur atria uestit
Et suffecta manu:foribus testudis inde: do
Terga sedet crebro maculis distĩcta smarag
Fulget gema toris & iaspide fulua suppellex:

Ipse locus:primũ describit locus:qui adeo paratus erat pciosis rebus:ut nec tẽpla quidẽ deoꝝ:q̃ postea ætas corruptior ædificauit tã ornata esse consueuerint:& ostendit priscis illis fuisse templa q̃ illi pie magis colebant:q̃ preciosis muneribus. Aetas.s.postera q̃ corruptior futura erit. Quod:p quale templũ Laqataq; tecta:trabeataq; tecta.laqaria proprie dicuntur trabes quibus sustinetur tectũ:dicit & trabes fuisse auro ornatas:ut uix pondus auri sustineret. Ferebant:sustinebant. Diuitias.i.aurũ:argẽrũ:& lapides preciosos. Crassũ.s.densũ ac solidũ aurum. Absconderãt:nõ uidebant trabiũ ligna:nã auro tecta latebant. Nec sũmis cru.& domus nõ erat crustata marmore:sed tota marmorea:crustati dicunt pietes marmore tecti i superficie i similitudinẽ crustarũ:sit dr̃ia inter crustũ & crusta.crustũ ẽ esculentũ:crusta de aliis rebus dr̃. Sũmis.s.i superficie sectis. Stabatq; nõ se a.& nõ erat iutilis achates q lapis tantũmodo positus esset ad ornatũ:imo uero ad chaticæ colũnæ ædiũ arcus sustinebãt:iõ nõ segnis: achates est pciosus lapis:quẽ qui gestauerit i annulo efficitur amabilior.Achatẽ lapidẽ Sicilia primũ dedit in achatis flu.repertũ non uilem:cũ ibi tantũ reperiret:quippe iter scribẽtes eũ uenæ naturalibus sic notant formis:ut cũ optimũ ẽ uarias rerum præferat imagines:nũc diuersis i locis apparet teste Solino dat creta:dat india:achates sanguineis maculis irrubescit:sed q maxĩe pbat uitreã hẽt pspicuitatẽ:ut cy prius.nã q ẽ facie cerea abũdans triuialiter negligit.
Purpureusq; la.atq; purpureis lapidibus stratum erat solũ:& pauimentũ ipsarũ ædiũ. Purpureus.s. porphireus:sicut enim appellant porphira lapis & petra: nã porphira græci dicũt:nos purpura. Effusus:stratus. Calcabatur.s.a conuiuantibus. Onix:lapis est nitidus ad similitudinẽ & i modũ unguis: unde etiam denomiatiõnẽ habuit.nam ονιξ ονικοσ græ.latine significat unguem. Hebenus:q̃ alibi pciosa habentur:ibi erant pro uilissimo ligno.Sola india hebenum mittit:nec uniuersa:uerum exigua sui parte siluis hoc genus edit:arbor est plerũq; tenuis:sed frequentior uimine raro in crassitudine caudicis extuberata:hiulco cortice & admodũ reticulato:dehiscentibus uenis adeo:ut per ipsos sinus ps itima uix tenui libro contegat:lignũ omne absq; mediali:eadem ferme & facie & nitore qui est i lapide gagate : teste Solino : indi reges ex eo sceptra sumunt: & quascunq; deorum imagines non nisi ex hebeno habent:iidẽ ferunt materia ista liquorẽ non contineri & quicqd maleficium fuerit:tactu eius auerti:hacgra pocula ex hebeno hẽnt:hebenũ ex india mithridatico triumpho romæ primũ põpeius magnus exibuit. Mareotica :q̃ nascitur apud paludẽ mareotim. Nõ operit po.s.nõ i supficie hostii ponebat hebenus:ut esset ad ornatũ. Sed stat p ro.qa hebeneæ columnæ structæ erãt qbus sustentaret. Domus uili.iõ dixit:qa superius achaticas colũnas hũisse dr̃:& comparatione ergo achatis uilis est hebenus. Auxiliũ:ad substentandum domum. Nõ forma:nõ p ornatu:sed p substentaculo domus erat. Ebur atria ue.& qd dicã pietes marmorei in eoꝝ superficie erant crustæ eburneæ. Ebur:uidelicet crusta eburnea uestit atrium.
Et suffecta:testudo indica q̃ solet esse in precio:nunc erat tegmen postiũ:testudo est animal aquatile simul & terrestre:quia mõ in aqua mõ in terra habitat.Strabo refert indorum legatos qui ad cæsarẽ augustum uenerant:ei dono attulisse iter cætera octo seruos nudos in subligaculis aromatibus delibutos:mercuriũ a puero brachia ab humeris exertum:itẽ uiperas ingentes & serpẽtẽ decẽ cubitorum: & testitudinẽ fluuialem trium cubitorum:Solinus uero dicit qui Taprobanem insulam colunt marinas etiam testudines capere:quarum tanta est magnitudo:ut superficies eaꝝ domum faciat:& numerosam familiam non arcte receptet. Ostreũ est:hẽt.n.tegmen ostreũ. Testudo:idica testudo ad similitudinẽ huius aialis qd̃ uulgo nascit apud nos est preciosissima & ostreo eius ornabant postes:lecticæ & cætera huiusmõi quæ i domo ornatũ aliquẽ requirunt. Terga:ostrea. Indæ:indicæ:quæ nascit in india. Suffecta: inserta foribus. Manu.s.artificis:nã thessilis qbusdã huius indicæ testudinis distinctæ erãt fores. uerniculatas fores dicit:sic.n.appellat cicero.i.thessiris quibusdã distinctas:uulgo intarsiadi a scachi:ad similitudinem thesserarũ:nã thessera significat quattuor thessera significat formam quadratam. Sedent.s.in ipsis foribus. Maculis dist.i.hẽntia maculas distinctas. Smaragdo:lapide pcioso.Smaragdis scythicis tertiam iter lapides dignitatẽ Theophrastus dedit:nã licet sicut ægyptii:& calcedõii & Moedici & Lacõici pcipuus ẽ honor scythicis:nihil his iucũdius:nihil utilius uidẽt oculi.nã uisus quos alterius gẽmæ fulgor retulerit smaragdi recreãt. Fulcit gẽma.t.s.gẽmati erãt tori. Fulcit:sustiet fulcra ex gemma dicit hũisse toros: nã fulcire est sustinere in fulcrum tori dicitur tegmen. Gemma to.ideſt tori habent fulcra gemmata.

Iaſpide precioſo lapide:iaſpidis Plinius li.xxxvii.naturalis hiſtoriæ dicit iaſpidem uiridem & craſſi coloris eē. Fulua ſu.i.tori ueſtis & aulea habebant iaſpide fulgentia pro ſupelectile intelligo ueſtes quibus tori ornantur. Aſſyrio:aſſyr dicit feſtus pompeius antiqui ſanguinem uocabant.unde aſſyrius ria riū deduci poſſe uideť ſanguineus.i.purpureus:aut certe dicit purpuram quæ in aſſyria tingiť. Aſſyrio ſucco:id eſt purpureo colore qui color ſummus eſt. Cuius pars:pars erat ornata purpura aſſyria pars ãt tyria.nam in aſſyria & tyro purpura tingitur precioſa:tyrus ē oppidum phœniciæ ubi piſcis naſcitur cuius ſãguine tingitur purpura. Cocta diu.nã q̃to diutius coqtur purpura:tãto ẽt melior ac tenacior redditur:iō uirus appellauit ſuccum purpuræ. Lentũ: Tenax. Non duxit.i.traxit uno aheno.i.ſæpius cocta. Plũmata.i.in plũmarum modum:ſicut ſquãmæ ſunt piſcium. Auro.i.aureas ſquamaſ habebat in ſimilitudinem piſciũ. Ignea co.nã coccineus color igneus eſt. Vt mos ē phariis.i.ægyptiis:nã hic texẽdi genus eſt.ſ.diſtinctũ diuerſis coloribus ĩ ægypto. Litia:ſunt quibus tela texitur. Tunc famulæ:talis inquit erat aula:talis ornatus aulæ:ſed ingẽs numerus erat famuloꝝ ac famularũ:quæ miniſtrabant epulis eiuſmodi ſũptuoſis erant diſſoni linguiſ diſſoni moribus ac facie atq̃ colore. Famulæ turbæ:ꝓ turbæ famulantis:nã adiectiue poſuit famulæ pro famulãtis. Populuſq̃ m.i.multitudo ſeruorũ. Miniſter.i.multitudo ſeruorum. Sanguis.ſ.famulorum ac famularũ.ſ.genus quia diuerſi generis erant. Diſtixerat ætas:quia alii iuuenes:alii grauioris ætatis erant. Libycos:nigros. Tam:Adeo.

Sic torus aſſyrio cuius pars maxima ſucco
Strata micãt tyrio:quorũ pars maxĩa lẽtum
Cocta diu uirus non uno duxit aheno.
Pars auro plumata nit&:pars ignea coco
Vt mox eſt phariis miſcendi litia telis
Tũc ſãulæ nũerus turbæ:populuſq̃ miniſter
Diſcolor hos ſanguis:alios diſtinxerat ætas.
Hæc libycos pars tã flauos gerit altera crines
Vt nullas cæſar rheni ſe dicat in aruis
Tam rutilas uidiſſe comas pars ſãguinis uſti
Torta caput.refugoſq̃ geres a fronte capillos
Nec non infelix ferro mollita iuuentus
Atque exſecta uirum:ſtat cõtra fortior ætas:
Vix ulla fuſcante tamen lanugine malas
Diſcubuere reges:toris maiorque poteſtas
Cæſar:& ĩmodice formã fucata nocentem:
Nec ſceptris contenta ſuis:nec fratre marito:
Plena maris rubri ſpoliis colloque comiſque
Diuitias cleopatra gerit:cultuque laborat.

Flauos:ut cæſar ipe fateretur ſe in regione germaniæ non uidiſſe crines nitidiores:nam germani habent crines flauos ac nitidos. Cæſar:qui galliam germaniam bello ſubegerat:diu enim in his ꝓuinciis cæſar fuerat:quas decẽnio tandem ĩperio populi romani ſubegerat. Rhenus:flu.germaniæ. Pars ſcilicet famulorũ. Vſti ſanguinis:id ē æthiopũ parſ erat.ita enim æthiops ĩterpretatur oetho ſignificat uro opo opos uultum:id eſt qui uſtum uultum habet.ideo nigrũ:mauros ſignificat famulos ĩterfuiſſe. Torta caput.i.capillos:habent enim mauri capillos criſpos in ſimilitudinẽ lanæ. Refugos:id eſt retro fugientes a fronte:quia torti ſunt. Necnon infœ.quia uirilitatem amiſerat:erant enim eunuchi cõplures:nam ſicut apud Terentiũ legitur in domibus regum ſunt eunuchi quibus reginæ delectanť. Ferro molli.i.mollior effecta cum genitalia eſſent abſciſſa & declarat. Execta uirum:id eſt hẽns ãputatã uirilitatem. Contra:ex altera parte. Fortior uidelicet adulta ætas. Vix ul.fu.& oſtendit hanc partẽ famulorũ fuiſſe in ipſa pubertate:tunc primum ephebos inierant.nam ephiuos græ.adoleſcens dici poteſt latine εφηβοσ ſignificat.επι την ηβην ſignificat ætatem.i.quitin ætate eſt:nos adoloſcentem dicimus. inire autẽ ætas dicitur decimo quarto anno prima quidem ꝑs uitæ eſt infantia:ſecunda pueritia:q̃ quodãmodo appellari non poſſunt ætates:quia huiuſmodi ſunt:ut nullam prope induſtriam habeant.tertia uero ætas adoloſcentia dicitur:cum ad quartũdecimum annum uenerit. Fuſcata:adumbrata. Lanugine:primos barbæ pilos qui adeo tenues ſunt & candidi:ut uix diſcerni poſſint. Diſcubuere toris: poſtq̃ deſcripſit ædes & apparatum:nunc deſcribit cõuiuas.dicit enim habuiſſe cõuiuas non indignos tãto appatatu. Reges.ſ.ptholomæus & cleopatra. Maior.ſ.regibus:quia imperator erat populi ro.Cæſar. Immodice:ĩmoderate ſine modo:ſed præcipue ĩmoratur in deſcribenda pulchritudine cleopatræ & ornatu eius ſuperfluo.nam gẽmis & auro onuſta erat:ut uix ſuum ipſa ſuſtinere poſſet ornatum. Fucata.ſ.facie falſo colore.nã fucus proprie diciť color:q ꝑuellis colorẽ inducit etiã pallidis. Contenta ſuiſ.ſ.quæ maiora etiam regna cõcupiſceret. Nec fatre marito:quia iã in cõplexus ſuos pellicere uolebat cæſarem. Maris rubri:in mari rubro naſcunť lapides precioſi & margaritæ q̀bus ipſa orta erat.dat & ĩdia dat ẽt litus britãnicũ margaritas:ſicut diuus iulius thoracẽ quem ueneri genitrici in templo eius dicauit: ex britãnici margaritis factum ſubiecta inſcriptione intelligi uoluit:ſyllanis primũ tẽporibus romam allati ſunt uniones. Spoliis:uidelicet precioſis lapidibus. Colloq̃ e.uidelicet monilia colli geſtabat plena gemmis & comis redimita caput erat. Cultuque laborat:id eſt uix ſuſtinet ornamentum ſuum.

Candida:dicit cleopatrā pectori suo superimposuisse tenuissimū uelum:quod perlucebat non ut tegeret pectus:sed ut decentius redderet. Sidonio:sidon donis est quod nūc uulgo appellant el zendale de sidone regione:sed sidonium dicere debemus. Sidon post barutum est:ut refert Strabo:quadrigentis fere stadiis ab ea distans situm habet in pulcherimo continentis portu:poetæ adeo sidonem celebrant:ut homerus nō meminerit tyri:q̄ cum illa & magnitudine & antiquitate contendit:& post sidonem ē & tota insula est continens tamen aggere coniungit̄:ex sidone philosophi illustres fuere Bethus:itē diodorus eius frater.

Candida sidonio perlucent pectora filo
Quod nilotis acus cōpressum pectine serꝫ
Soluit:& extenso laxauit stamina uelo.
Dentibus hic niueis sectos atlantide silua
Imposuere orbes:quales ad cæsaris ora
Nec capto uenere iuba:proh cæcus & amēs
Ambitione furor. ciuilia bella gerenti
Diuitias aperire suas incendere mentem
Hospitis armati:non sit licet ille nefando
Marte paratus opes mundi quæsisse ruina
Pone duces priscos & nomina pauperis æui
Fabritios curiosq; graues:hic ille recumbat
Sordidus ethruscis abductus consul aratris

Quod nilotis acus:id est ægyptia. nā in ægypto hoc texendi genus fieri solet:sensus ē qd' pecten texendo densauerat: acus distinguendo laxabat. Pectine:nā textores fila filis cōiungūt. Ordo ē & nilotis acus soluit & laxauit stamina & cætera.

Quod stamen serū.id est sericū & est numeri pluralis:hi seres horum serum:sunt enim populi apud æthiopiam orientalem & indiam ubi bōbix nascit̄ in arboribus:de quo fila huiusmodi tenuia deducūtur. Vir. Velleraq; ut foliis depectāt tenuia seres:a seribus ergo sericum ē appellatum. Seres teste Strabo ne tam longæ dicūtur uitæ:ut ducetēsimum annū excedant:Solinus ait hos aquarum aspergine iundatis frondibus uellera arborum adminiculo depectere liquoris:& lanuginis teneram subtilitatem humore domare ad obsequiū hoc illud sericū in usum publicum damno seueritatis admissum:e quo ostēdere potius corpora q̄ uestire primo fœminis:nunc etiam uiris persuasit libido. Compressum:densatum cum textor texit. Soluit:distinxit. Laxauit id est rariora fecit stamina. Extenso ue. dum parat rariora reddere fila. Dentibus ni. dicit. n. ibi fuisse mensas rotundas ex ebore adeo candido:ut nec in regno quidem iubæ tam candidum cesar iuenerit tūc cum illum duxit in triumphū. Imposuere. s. qui ministrabant. Dentibus:nā in aphrica nascunt̄ elephanti quorū dentibus efficitur ebur. Hic:in hac aula. Orbes:rotundas mensas. Niueis:eburneis.

Atlandide sylua. s. elephantorū qui in sylua nascunt̄ iuxta atlantē. ibi. n. maiores & speciosiores nascūtur elephantes:iō per excellentiā dixit. Athlas mons est libyæ:ut refert solinus e media harenarū cōsurgens uastitate: & eductus in uicina lunaris circuli ultra nubila caput cōdit:atlantem mauri noīant addirim iuxta hunc montē e prouinciis mauritaniis tingitana q̄ sosticiali plagæ obuia est q̄ porrigit̄ ad internum mare exurgit montibus. vii. quia a similitudine fratres appellati freto īminent hi montes elephantis frequentissimi sunt:duo eorum sunt genera:nobiliores indicat magnitudo:minores nothos dicunt:candore dentiū intelligit̄ iuuenta:quorum alter in ministerio ē:alteri parcitur ne assiduo repercussu minus uigeat:si fuerit dimicandum:cū uenatu premunt̄:pariter affigunt utrosq;:ut damnato ebore nō requirantur:hanc. n. causā piculi sibi p̄sentiūt elephantes italia āno urbis cōditæ q̄dringētesimosecūdo in Lucanis primū bello epyrotico uidit:& boues lucas inde dixit. Sectos:quia secant̄ uelut tabulæ. Iuba:rege numidie. Proh cæcus:nūc reprehēdit stultitiā cleopatræ & ptholemæi q ostēderunt cæsari diuitias suas atq; thesauros:ut nisi ipse sua spōte icensus esse p̄ret sertim tantarum rerꝫ p̄cio irritari potuit. Cæcus:incōsideratus. Ambitione:nā luxus oīs ad ambitionē ptinet. Armati. s. cæsaris bella gerentis. Licet:q̄uis & est argumētū a minori ad maius:nam si nō eēt patus ad p̄dā totius mundi:nā ob hāc cām bellū suscepat:ut uniuersū orbē terrarꝫ in potestatē suam redigeret:nūc res tanti p̄cii aīum suū incēderet:erat aūt patus multo igit̄ magis & cætera. Pone du. pri. pstat in hac argumētatione. s. potuisse īpelli nō tātū aīum cæsaris:sed cuiuscūq; pcissimi ac moderatissimi uiri:ut Fabritii:ut Curii:ut Ti. corūcāi:& alii huiusmōi q fuerūt exēplar quoddā cōtinētiæ:Fabritius & Curius fuerūt cōsules romāorꝫ:quorū alter. s. Fabritius tāta cōtinentia & ītegritate fuit:ut nullis diuitiis nec mūeribus regis pyrrhi moueri potuerit:īmo cū medicus regis uēisset petēs aurū si regē suū īterficeēt r̄ppulit a se ipso:& lr̄as scripsit pyrrho ut sibi caueret qd' ni faceēt moriturū eē:missus deīde legatus ad pyrrhū maximis mūeribus ac pollicitatiōibus adduci nō potuit a pyrrho:ut secū hītar̄ uellet:nā si hoc fecisset dimidiū r̄gni sui pollicebatur:ut ipse p̄iter cū illo r̄gnar̄t:cōtēpsit igr̄. hic uero curius & ipse nō minus ꝓ uirtute & hōestate ditias oēs puifecit:nā cū sānites īgēs auri pōdus ad eū tulissēt. ite īqt ad populos ur̄os & dicite curiū malle aurū hēntibꝫ īpar̄ q̄ aurꝫ hr̄e:dicit igr̄ ꝙ hi tāta cōtinētia & castitate corrūpi potuerūt:si huic cōuiuio īterfuissēt:& rerꝫ tātarū p̄cio adduci. Hic il. i. hoc cōuiuio si adeēt cōsul ille q̄ ab aratro ad cōsulatū accitus fuit. s. T. serāus und̄ a serēdo serāus ē appellatus:se a ditiarꝫ tātarꝫ cupiditate abstiere nō potuisset. Ara. qa ab aratro accitus ē ad consulatū.

Triūphū:uidelic& regnū cū huiusmodi diuitiis. Aurū:aureis uasis. Quod terra: ut feræ ī syluis: lepores:apri:capreæ:nā aīalia domestica ibi uilia fuissent. Quod aer:ut phasiani:pdices. Pelagus: non solū pulmēta carniū aderant:sed pisciū. Nilusq;:nā nilus alios pisces generat qui nusq̄ repiunt. Luxus nō necessitas:sed uoluptas. Inani am. cupiditate:ābitio q̄uis ꝑprie sit honoꝝ & magistratuū: tamē pro oī cupiditate ponit:ut hic ꝑ cupiditate supflua ciboꝝ. Nō.n.fame nō ad necessitatē:sed ad uoluptatē
Feras:appo.deos ut cocodrillū:rationē cur diuersa genera aīalium colerēt ægyptii hanc fuisse phibēt:

Optabit patriæ talem duxisse triumphum
Infundere epulas auro: quod terra: quod aer
Quod pelagus nilusq; dedit:qđ luxus iani
Ambitione furens toto quæsiuit in orbe.
Nō mādāte famæ multas uolucresq; ferasq;
Aegypti posuere deos: manibusq; ministrat
Niliacas cristallus aquas gēmæq; capaces
Excepere merum: sed non mareotidos uuæ.
Nobile sed paucis senium qui contulit annis
Indomitum meroe:cogens spumare falernū
Accipiunt sertas nardo florente coronas.
Et nunquam fugiēte rosa multumq; madēti
Infundere comæ quod nondū euanuit aura
Cinamon:externæ nec perdidit aera terræ
Aduectumq; recens uiciæ messis amomum
Discit opes cæsar spoliati perdere mundi.

cū pharao ingēti exercitu moysē cū populo dei persequeref:& ad mare rubrū peruenisset diuina potentia statim mare cessit fugiētibus hæbreis:cū ī alueū igressus fuiss&:pharao cū suis mare qđ utrinq; sublatū erat simul rediit & oēs oppssit cū curribus suis equis & armis:qui uero coacti nō sūt proficisci aliqua necessitate īpediti:alii dū pascerēt equos:alii dū nutrirēt sues:nōnulli dū suos hortos colerēt:ea de niq; aīalia & res cū quibꝰ detēti fuerūt domi:ne cogerēt ire cū pharaone ꝑ diis coluerūt alii pcos alii caules:alii betas coluerūt pro diis:& ppea dixit uolucresq; ferasq; deos. Manibusq;:de uasis etiā loq̄tur pciosis quibꝰ usi sunt ī conuiuio. Cristallus.i. uasa ex cristallo fabrefacta. Niliacas.i.aquas e nilo sūptas. Gēmæq; ca.nō dicit gēmata pocula:sed gēmea.uidelic& gēmas tātæ magnitudis fuisse:ut ex his cauarēt pocula. Nō nobile:uinū qđ eēt expssum ex uua mareotide contulit:Mareotis ē regio ægypti ubi nascif pciosissimū uinū.Vir.sunt & mareotides albæ. Meroe:ē insula:quā ī medio sui facit nilus:cū sol fuerit ī cācro tātus ibi calor ē:ut uinū paucis mēsibus decoquat:adeo ut liqdius & purius factū uetustissimi uini saporē referat:uinū eni quāto uetustius ē:tāto liqdius & suauius ē:unde ēt cū quidam cōuiuiū parass& aliquot pricipibus romanis:iter quos etiā aderat Cicero nr̄ dixit magister conuiuii. agite inquit cōuiuiū bibite ex hoc falerno:nā decē annos hēt tū Cicero bene inqt fert ætatē suā quia icipiebat acidū eē uinū illud. Paucis ānis q̄uis nō multis āte ānis natū eēt:tamē quia ī meroe ī uasis detentum fuerat calor ipsius īsulæ reddiderat uinum liquidiꝰ & puriꝰ adeo:ut uetustissimi uini saporē redderet sunt qui uelit meroē eē fontē q̄ in eadē insula nascif:& dicūt hunc fontē ui hr̄e:ut uinū liqdius reddat ac prius:simul ēt uetustissimū uideri facit:Accipiūt ser.mos hic erat apud āntiquos:ut prīo se balneis lauarēt: deīde se odoriferis ūguētis ūgerēt:sed capita ī primis postea serta supīponer&:& ita uncti epulabanf: quē morē dicit hic fuisse seruatū. Nardo:nardus ē flos odoris maximi ex quo ipsi coronati erāt. Nardo flo. ꝑ nardi florētis. Nunq̄ fugiēte: quia ibi aura clæmētior ē:iō semp rosæ īueniūf. Madēti.f.odore unguētorū:Cinamomū est genus arōatis qđ ī oriēte nascif:& qa paulo post dicit Amomū uidēdum ē qđ itersit īter amomum & ciamomum:sed ciamō dixit ꝑ ciamomum p sincopā.ciamomum dr̄ arōatis genus qđ de terra ī terrā sæpe trāsferri solet & cōponif amomus tunc cum primum colligif appellaf amomum dei de cum ī diuersas orbis terrarum ptes trāsferf uēdēdi gr̄a appellaf ciamomum: unde eē nomē cōseqf: nā κινεκιvω.i.moueo:qa mouef de loco ad locum & a mercatoribꝰ trāffertur:si græce ꝑnuncio amomos dicitur penultia correpta:si latie momꝰ penultia lōga:dicit q̄uis ciamomum eēt:tamē ita seruatum fuerat ī uase:qa nōdum editum fuerat uas illud:ut uihilo segnius odorē reddere q̄ si nouum eēt:quia quāto magis trāsferf de loco ad locum:tāto magis pdit odorē:sed dicit hoc ciamomum uase seruatum:quod uas recōditum fuerat & nunquā pdidisse odorē:ut aura cœli eadē steterit quāuis eēt ī extrēa regiōe. Ciuamon: pro cinamomum. Nō euanuit:quia reconditū seruabatur. Nec pdidit:quāuis uas eēt de aliena terra & cinamomum esset:tamen saporem suum & odorem pstat:nā sapor est exhalatio quædā q̄ capitur ex speciebus fractis:unde fragorē rei fractæ odorem dicimus: & fragrare odorē reddere: flagrare uero ardere.
Aera:id est odorem suum:quia odor cuiusq; rei est exhalatio q̄dam:quæ ad nares peruenit:& odorem illum refert. Aduectumq;:quāuis de terra ubi nascitur ī aliā trāslatum eēt:tamē nō pdiderat odorē suū
Recēs quia nōdum editum fuerat: sed magnum in suo uase seruabat odorem. Vicinæ: Quia nascitus in oriente quo ægyptus haud procul abest. Infudere madente forma: discit opes.Quē fructum ex hoc cōuiuio cōsecutus es cæ.hūc:uidelic& ut si antea non nouerat opes:nunc primum factus sit doctior.
Spoliati:ut cū mūdū uincēdo spoliauerit rebus ēt nō nti solū:sed ēt abuti sciat q̄s uicēdo cōsecutus erat:

Et gessisse pudet genero cum paupe bellum
Et causas martis phariis cum gentibus optat.
Postq̃ epulis bacchoq̃ modũ lassata uoluptas
Imposuit.longis cæ ar producere noctem
Incohat alloquiis summaq̃ in sede iacentem:
Lanigerum placidis cõpellat acchorea dictis
O sacris deuote senex:quodq̃ arguit ætas
Non neglecte deis phariæ primordia gentis.
Terrarumq̃ situs uulgiq̃ edissere mores:
Et ritus formasq̃ deum:quodcũq̃ uetustis
Insculptum ẽ adytis profer: noscisq̃ uolentes
Prode deos:si cecropiũ sua sacra phytonem
Maiores docuere tui quis dignior unquam
Hoc fuit auditu mundiq̃ capatior hospes
Fama qdẽ generi:pharias me duxit ad urbes
Sed tamen & uestri media iter prælia semper
Stellarum:cœliq̃ plagis superisq̃ uocaui.
Non meus eudoxi uincetur fastibus annus

